PARATITLORVM LIBRI TRES ANTIQVI, AB IO. LEVNCLAVIO AMELBVRNO Latini de Græcis facti.

Eiusdem Leunclauij,

NOTATORVM LIBRI DVO, QVIBVS INNVMERA LOCA IVRIS CIVILIS INTEgritati suæ restituuntur, & illustrantur.

Cum præfatione, quæ viam discendi iuris ostendit, ad rationem Paratitlorum accommodatam.

FRANCOFVRTI,
Apud heredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium & Ioann. Aubrium.
M D XCIII.

IO. LEVNCLAVII,

DE PRISCO PARATITLORVM, ET HACTENVS IGNOTO NOBIS VSV,

deque recta discendi iuris, & expedita ratione, prologus,

AD MARQVARDVM FREHERVM, CONSILIARIVM Septemviri Palatini, I.C. nobilem, ac primæ sibi sinceriores inter amicos ceræ.

ABSOLVTOS *a me iamdudum libros hosce paratitlorum, & complures quidem ante annos, vt ipse mensibus æstiuis superioribus vidisti, Marquarde Frehere, V. C. nunc te tamdem impellente, duplicis fructus causa, quem iuris hinc studiosi capient, in lucem extrudo. Primum enim multa Codicis Iustinianei leges hinc restituuntur, quæ nostris in libris haud exstant: multa loca iuris nostri vitiosa, corruptaque mendis lectiones, in pristinam hinc integritatem reponi possunt. Antonius quidem Augustinus, doctissimus omnium episcoporum, qui nostro vixere sæculo, paratitlorum exemplar*

habuisse videtur, vnde non pauca nobis depromsit, quæ suis Antonius Contius locis in iure nostro reposuit. Non tamen vel Augustinus, vel Contius, restituerunt hinc omnia; sed aliis quasi spicilegia post se non infructuosa reliquere, quemadmodum e nostris hisce liquido parebit. Et Contius quidem, siue secutus A. Augustinum, siue more suo, negligentius pleraque vertit; quæ me causa compulit, interpretationem vt nouam instituerem. Iacobus autem Cuiacius, tuus in iure ciuili doctor, hæc paratitla viderit, nec ne, sane dubito. Quippe secutus est diuersam in paratitlis exponendis rationem, de qua tibi, & aliis maiorum gentium iureconsultis, integrum equidem iudicium permitto. Nam oratione perpetua suis in paratitlis explicuit, quæ pertinere singulos ad Pandectarum titulos putauit: quum longe alium apud priscos vsum paratitlorum fuisse, de Iustiniani Augusti verbis, accurate consideratis, intelligatur. Vetat enim, ne quis commentarios in editum ab se ius scribat, tamquam æquo longiores, & per quos ad pristinam librorum iuris immensitatem ne redeatur, periculum sit. In Græcam vero linguam transfundi sua non prohibet, modo fiat interpretatio κατὰ πόδα, quæ legum scilicet ipsarum vestigiis inhæreat. Deinde permittit, vt titulis secundum paratitlorum vsum aliquid adscribatur. Hæc igitur de modo iuris expli-

explicandi posteriore, per paratitla, mens Iustiniani fuit; vt liceat quemuis ad titulum Pandectarum adnotare, quæ aliis in titulis ac locis illum ad titulum pertinentia reperiantur. Hic priscus scilicet, germanusque paratitlorum est vsus. At vero quid his simile traditum nostris a paratitlorum hoc æuo scriptoribus? Nimirum titulo quouis contenta, strictius hi, prolixius illi complectuntur: nec verum tamen scopum, qui paratitlorum auctoribus priscis erat propositus, adtingunt. Id a me verissime dici, quiuis e paratitlis hisce nostris manifesto perspicit. Ergo vix quisquam, opinor, inficiabitur; aliquod a nobis hac paratitlorum publicatione precium operæ fieri. Sed vsus eorum plenior & illustrior adparebit, si magni cuiusdam viri, qui notus adulescenti mihi fuit, in tractando iure ciuili iudicium sequamur. Is erat AEgidius Mamerius Limpurgicus, tribunalis Cæsarei Spirensis adsessor; qui nobis cupide λαβυρινθῶδες illud ad penetralia iuris ciuilis iter ingredientibus, hoc quodam modo comiter, vt Ennij verbis vtar, monstrare viam solebat. Dicam vero totidem prope verbis, quot illum vsum memini; extra quam si quid occurrat, quod innouatum sit in iis, quæ triginta nunc, & amplius, ab annis ipse protulit: natis interea quibusdam libris, vt fit, nouis; quos ipse tum nondum viderat.

Itaque principio, de Mamerij nostri consilio, Pandectarum & Codicis tituli omnes in tabella depingendi; eaque sic collocanda, vt semper, aut quam sæpissime, ob oculos versetur. In hoc alphabeti ordo minime seruetur, sed ea prorsus serie, qua in Pandectarum libris exarata sunt singula, non aliter depingi debent, ac Institutionum tituli post ipsas Institutiones collocati reperiuntur. Sic enim fiet, vt absque multo labore quis addiscat, quid vnoquoque Pandectarum libro contineatur. Hoc vbi factum, danda opera, vt summatim cognoscatur, quid in vnoquoque titulo tractetur. Id aliquando vel ipsæ inscriptiones indicant, & in titulorum primis fere capitibus, quas leges vocant, explicatur. Non improbabat ipse, si quis hac in re Sebastiani Brandi opera vteretur, qui paruo libello summatim Pandectarum titulos omnes complexus, exposuit. Sed cauendum monebat, ne quis obliuisceretur, ab huiusmodi riuulis ad fontes accurrendum. Ab illo vero tempore tam Vesembeci, quam Cuiacii paratitla prodierunt. His vti fortasse præstaret, si non de plerorumque iudicio labor illius ob prolixitatem paratitlorum ab vsu alienam; huius, ob quæsitam quasi quamdam obscuritatē, tironibus iuris parum prodesse crederetur. Consimile quid de titulis Codicis existimandum. Ad eos Mamerius explicationem Christophori Hegendorfini

fini posse putabat adhiberi, quæ Spigelij Lexico solet adiungi. De Codicis œconomia Vesembeciana, quæ secundum illa lucem accepit, libera quorumuis per me quidem iudicia sunto. Mamerius vero haud dubitare solebat, eum, qui hactenus ab se præscripta fecisset, oblata quæstione quapiam, aut specie facti, statim & librum, & titulum, velut in promptu habiturum, quo illa materia tractaretur. Id operæ precium non leue ducebat. Omnibus autem titulis ad hunc modum cognitis, ipsæ leges accuratius euoluendæ: quodq; ad illum, qui perlectus est, titulum maxime pertinuerit, ad marginem collocandum. verbi gratia, qualis actio: ciuilis, an prætoria: quam diu competat, & quibus: ad heredes transeat, nec ne: quid eamdem in actionem veniat: bonæ fidei sit, an stricti iuris. Et ad summam, classes Oldendorpianas in his imitari nos posse iudicabat. Exempli caussa; In titulo, de rei vindicatione, *si quis scire velit, contra quos illa detur actio, & cui detur: titulus ipse perlegendus, & quicumq; reperitur, cui actio illa, tamquam actori, datur; eius nomen ad dextrum libri spatium collocandum, verbo saltim vnico*: Domino, Emtori, Qui vsu ceperit. *Eorum vero nomina, contra quos datur, ad sinistrum spatium ponenda, in hunc modum:* Contra possessorem, furem, raptorem. *Quod si talis sit liber, vt ab vtraq;*

parte marginis commode nomina signari nequeant: actorum nomina rubro colore depingenda, reorum nigro; idque ab vno tantum latere. Faciundum et in heredibus idem, quibus actio competit. Rubro nimirum colore pingenda dumtaxat vnica dictio, Heredes. *Sin* contra heredes, *colore nigro eadem dictio scribenda. Sin heredibus non datur, ad marginem notandum:* Heredibus non datur. *Si lex occurrat intricatior, asterisco notanda; nec ad eam, tamquam ad scopulum aliquem, hærendum; quod ipsum tempus iudicium sit confirmaturum.*

Vbi titulus aliquis in hunc modum perlectus, & singula, quæ ipsius sunt tituli propria, notata fuerint: iterum titulus idem perlegendus, quùm vt memoria confirmetur, tum etiam vt aliud quiddam huiusmodi peragatur.

Conficiendus e chartis liber, in quo tituli omnes Pandectarum & Codicis (si quidem in Pandectis titulus aliquis non exstet, qui tamen in Codice reperiatur) ordine scribantur. Singulis titulis vnum alterumve folium relinquendum. Is liber hoc modo locos communes suppeditabit. Siquando, ceu dictum, titulus aliquis perlectus est; non iam respiciendum amplius, quid eum ad titulum proprie pertineat, quando id iam ante notatum; sed si quid a iureconsultis †obiter in eo titulo permistum, quod alium ad titulum

†Hæc illa vere paratitla sunt, de quibus agimus.

titulum referri debeat, id considerandum diligenter. Ac facile dubio procul erit, cognitis perspectisque titulis omnibus, vt explicatum antea, videre; quo potissimum id referri debeat. Exempli gratia; Si perlegatur ab aliquo titulus primus libri X Digestorum, Finium scilicet regundorum: ad legem primam notandum in margine, Actio in personam. *Ad legem secundam,* Ad prædia rustica pertinet. *Item,* Iudicis officium. *quod quidem & Institutionum titulo,*de iudicis officio, *libro IIII, faciendum. Ad legem quartam, in principio, notandum in margine,* Quid in hoc iudicium veniat. *Idem ad finem vsque faciendum. Perlecto ad eum modum titulo, rursus idem euoluendus, ac indagandum, an quid aliud sit, quod alio referri debeat. Statim in lege quarta, §. post litem, adserit Paulus,* dolum & culpam post litem contestatam in iudicium venire. *Item,* Et fructus. id quod non heic tantum, sed in omnibus actionibus locum habet. *Quid igitur heic agendum? an loci communes faciundi varij & infiniti? Nequaquam. Loci plures non requirendi, quam in corpore iuris sint tituli. Ostendit igitur indicata superius tabula, titulum esse libro Codicis tertio,* De litis contestatione. *Idem ille titulus in libro chartaceo reperitur, de quo itidem dictum. In eum ergo notandum,* Culpa, dolus,

fructus, post litis contestationem in iudicium veniunt. l. 4. in princ. D. fin. regund. *Sed quia sæpenumero de fructibus habetur quæstio, non locus singularis est designandus, sed inspiciunda tabula. In ea se Codicis titulus offert,* De fructibus & litium expensis. *Et intellectum iam ante summatim, illum titulum de fructibus perceptis agere. Quærendus igitur idem titulus in libro chartaceo, quodq; Paulus de fructibus elegantißime disserit, breuiter describendum. Idem faciundum consimili modo, per omnes Pandectarum & Codicis libros.*

Quando igitur de fructibus incidit quæstio, Codex euoluendus, & quod in eo titulo proprium erit, ad marginem signatum dicto citius inuenietur. Deinde liber confectus ex chartis explicandus: Is ostendet, quid per vniuersum corpus iuris scriptum sit ea de materia. Nec loci, quod sæpe dictum, communes heic conficiundi; sed ipsi dumtaxat inspiciundi tituli, & quid in vno quoq; titulo † ex aliis titulis adiectum.

† En rursum, qd paratitla.

Item, ait eadem lex quarta: Si deiecti, aut exarati sint termini, id crimen esse. An illud ad fines regundos tantum pertinet? Neutiquam. Ipsi tituli, sunt optimi loci. Quonam igitur illud referendum? Consulenda tabula, vel si præstare poßit hoc aliquis, reuocandum ad memoriam. Offert se titulus Digestorum, de termino moto.

to. *Idem titulus & in chartis reperitur. Ad eum ergo ſcribendum*, Si termini exarentur, aut amoueantur, crimen committitur.l.4. D.fin.regund.

Ex lege ſeptima notandum ad titulum, qui & in Pandectis, & in chartaceo libro reperitur, De receptis arbitris: Etiam in modo, id eſt, menſura agrorum conſtituenda, arbitros recte dari.l.7.D.fin.regund.

Lex decima miſtum quiddam oſtendit, vbi quis ſimul & actor, & reus cenſetur. Id ad titulum, de actionibus, notandum. Nam is titulus diuiſionem actionum, & eorum, qui agunt, tractat. Notandum autem hoc modo: In vna eademque cauſa quem & actorem, & reum eſſe. *Idem & in l.2.ſeq.tit. Familiæ erciſcundæ, dicitur.*

Caput illud Solonis vltimum, quod de ædificiis tractat, quo proprie ſit referendum, oſtendit titulus Codicis, De ædificiis priuatis, *vbi modi ædificandi recenſentur. Ad hæc erunt etiam ſimilia referenda. Poſtremum hoc obſeruandum; Si quando locus aliquis inueniatur, qui alium ad titulum proprie pertineat; eum non tantum in chartis indicatis deſcribendum, ſed etiam ipſum textum integrum in Pandectis aliquo ſingulari colore ſubducendum: vt ſi contingat aliquando Pandectas iterum legere, ſeque loci offerant ii-*

dem, statim sciatur, suam in classem atque ordinem iam digestos. Id laboris subleuandi caussa faciundum, ac praeterea fructus hic indidem manat, vt si postea quid inueniatur, quod subnotatum non sit, & alio pertineat: statim ea de re certiores reddamur, quodque deest, impleamus.

Ex his iam quiuis perspicit, quae Mamerij mens, quod consilium fuerit, qui cum Paratitlorum ratione consensus. Propria titulorum discerni vult ab aliis modo quodam quasi alienis; & haec ipsa suos maxime proprios ad titulos referri: qua quidem ratione paratitla fiunt, vt ex hisce nostris vides. Et quod heic in sola rerum sacrarum materia praestitum, idem in aliis quoque iuris nostri materiis imitari commode licebit. Hac & rectissima, & maxime compendiaria via, hoc Theseio filo in legum labyrintho, hac cynosura paratitlorum in iuris oceano licebit vti, iusque nostrum vniuersum felicissime tum complecti, tum intelligere; tam glossis ineptis, quam commentariis illis immensis, penitus exclusis. Hanc viam qui non tenent, hoc filum, hanc cynosuram qui non sequuntur; vel in ipso statim nauigationis initio de portu desperant, vel ad operas mercenarias, sanctissima sapientia iuris indignas, deflectunt; ac professionis huius maiestatem faede contaminant, & vniuerso generi mortalium exosam reddunt. Abusus quidem

dem

dem vterque, tam oceaninæ commentariorum vastitatis, quam mercenariæ profanationis, tantopere nunc excreuit; vt nouum quemdam Iustinianum, ad disciplinæ iuris, & iudiciorum reformationem, nostrum hoc sæculum requirere videatur. Hoc iamdudum mundus vniuersus clamitat, & barbaram Turcorum gentem beatam prædicat, quæ sine fori strepitu, deque simplici & plano, quod dici solet, suis ius reddat, & exclusis dilationum quibusuis effugiis, exsecutionem mox adhibeat: licet illis ne Iustinianeus quidem Codex in lingua sua desit, quod ipsi tam αὐτόπται regionum illarum, quam αὐτήκοοι rerum nostris ignotarum hominibus, idonee testari possumus; quantumuis diuersum aliquid Vigelio, & aliis, ex opinione vulgari temere persuasum sit. Et hæc quidem de vero paratitlorum & saluberrimo vsu. De Notatorum vero libris nostris parcius, aut nihil potius dicam; quod eius vsus per se cuiuis manifestus sit.

Ad te vero, Marquarde præstantissime, mittendum hunc laborem meum, & cum aliis per te communicandum censui; quod & patrono ei opus esset idoneo, per quem in hac iudiciorum effreni libidine defenderetur; & cui rectius offerri posset, quam tibi, neminem vsquam reperirem. Insolens quippe paratitlorum ratio huius est sæculi hominibus, ac propter nouitatem re-

prehensorum iniquioribus exposita censuris: & in Notatis pleraque receptæ vulgo lectionis innouantur, quo prima fronte criticorum animos offendi solere non ignoras. Itaque tum remedium apud te nobis ad calumniatorum morsus expromptum, qui iuris es vniuersi, tam publici, quam priuati, peritissimus; tum iisdem certa spes in eodem, fiduciaque reposita, non ingratum fore tibi consilium dedicationis hoc nostrum, qui horum auctori more nouo quodam es amicissimus. Nam quum oculi duces in amore primi nobis esse soleant, tu Leunclauium tuum prius cœpisti diligere, quam vidisses: nullo quidem ipsius in te merito, sed occulto conspirantium inter se naturarum ductu ad eum amorem impulsus, quem deinceps, vbi conspexisset alter alterum, e non obscuris indiciis reabse singularem expertus sum. Vicissim & ipse, credo, satis animaduertisti, quam ille fuerit a mea quoque parte mutuus. Nimirum ortus ab initio tam raro, tamque feliciter coalescens inter nos animorum consensus, adeo firmas hactenus in solo virtutis, quod vnicum eius est fundamentum, radices egit: vt incrementa cottidie maiora capiat, etiam inter absentes, & perpetuum duraturus sit. Hoc inscriptis nomini tuo Paratitlorum Notatorumque libris hisce testatum equidem apud omnes volui, tu peruenusto vultus in mei monogrammum idyllio

tuo

tuo iam ante declarasti; cuius illa quam aureola? quam niuei signa pectoris?

Plurima quando tui lepidos erit inter amicos,
Non nisi sed meritis mentio digna tuis:
Tunc possim vt veluti præsentem sistere nobis,
Dicere et: Heic ille est, optimus ille virûm.
Te possim & caræ crebro monstrare puellæ,
Dicere et: Hic primus noster amicus erat.
Iuro tuos oculos, mea lux, mihi numinis instar;
Et fuit, & semper primus amicus erit.

Vale, ac Georgio Remo, V. C. propinquo tuo, salutem ex me plurimam dicito.

IO. LEVNCLAVII,

DE PRISCO PARATITLORVM, ET HACTENVS IGNOTO NOBIS VSV,

deque recta discendi iuris, & expedita ratione, prologus,

AD MARQVARDVM FREHERVM, CONSILIARIVM

Septemviri Palatini, I.C. nobilem, ac primæ sibi sinceriores inter amicos ceræ.

ABSOLVTOS *a me iamdudum libros hosce paratitlorum, & complures quidem ante annos, vt ipse mensibus æstiuis superioribus vidisti, Marquarde Frehere, V. C. nunc te tamdem impellente, duplicis fructus causa, quem iuris hinc studiosi capient, in lucem extrudo. Primum enim multa Codicis Iustinianei leges hinc restituuntur, quæ nostris in libris haud exstant: multa loca iuris nostri vitiosa, corruptaque mendis lectiones, in pristinam hinc integritatem reponi possunt. Antonius quidem Augustinus, doctissimus omnium episcoporum, qui nostro vixere sæculo, paratitlorum exemplar*

habuisse videtur, unde non pauca nobis deprompsit, quæ suis Antonius Contius locis in iure nostro reposuit. Non tamen vel Augustinus, vel Contius, restituerunt hinc omnia; sed aliis quasi spicilegia post se non infructuosa reliquere, quemadmodum e nostris hisce liquido parebit. Et Contius quidem, siue secutus A. Augustinum, siue more suo, negligentius pleraque vertit; quæ me causa compulit, interpretationem vt nouam instituerem. Iacobus autem Cuiacius, tuus in iure ciuili doctor, hæc paratitla viderit, nec ne, sane dubito. Quippe secutus est diuersam in paratitlis exponendis rationem, de qua tibi, & aliis maiorum gentium iureconsultis, integrum equidem iudicium permitto. Nam oratione perpetua suis in paratitlis explicuit, quæ pertinere singulos ad Pandectarum titulos putauit: quum longe alium apud priscos vsum paratitlorum fuisse, de Iustiniani Augusti verbis, accurate consideratis, intelligatur. Vetat enim, ne quis commentarios in editum ab se ius scribat, tamquam æquo longiores, & per quos ad pristinam librorum iuris immensitatem ne redeatur, periculum sit. In Græcam vero linguam transfundi sua non prohibet, modo fiat interpretatio κατὰ πόδα, quæ legum scilicet ipsarum vestigiis inhæreat. Deinde permittit, vt titulis secundum paratitlorum vsum aliquid adscribatur. Hæc igitur de modo iuris

expli-

explicandi posteriore, per paratitla, mens Iustiniani fuit; vt liceat quemuis ad titulum Pandectarum adnotare, quæ aliis in titulis ac locis illum ad titulum pertinentia reperiantur. Hic priscus scilicet, germanusque paratitlorum est vsus. At vero quid his simile traditum nostris a paratitlorum hoc æuo scriptoribus? Nimirum titulo quouis contenta, strictius hi, prolixius illi complectuntur: nec verum tamen scopum, qui paratitlorum auctoribus priscis erat propositus, adtingunt. Id a me verissime dici, quiuis e paratitlis hisce nostris manifesto perspicit. Ergo vix quisquam, opinor, inficiabitur; aliquod a nobis hac paratitlorum publicatione precium operæ fieri. Sed vsus eorum plenior & illustrior adparebit, si magni cuiusdam viri, qui notus adulescenti mihi fuit, in tractando iure ciuili iudicium sequamur. Is erat AEgidius Mamerius Limpurgicus, tribunalis Cæsarei Spirensis adsessor; qui nobis cupide λαβυρινθῶδες illud ad penetralia iuris ciuilis iter ingredientibus, hoc quodam modo comiter, vt Ennij verbis vtar, monstrare viam solebat. Dicam vero totidem prope verbis, quot illum vsum memini; extraquam si quid occurrat, quod innouatum sit in iis, quæ triginta nunc, & amplius, ab annis ipse protulit: natis interea quibusdam libris, vt fit, nouis; quos ipse tum nondum viderat.

Itaque principio, de Mamerij nostri consilio, Pandectarum & Codicis tituli omnes in tabella depingendi; eaque sic collocanda, vt semper, aut quam sæpissime, ob oculos versetur. In hoc alphabeti ordo minime seruetur, sed ea prorsus serie, qua in Pandectarum libris exarata sunt singula, non aliter depingi debent, ac Institutionum tituli post ipsas Institutiones collocati reperiuntur. Sic enim fiet, vt absque multo labore quis addiscat, quid vnoquoque Pandectarum libro contineatur. Hoc vbi factum, danda opera, vt summatim cognoscatur, quid in vnoquoque titulo tractetur. Id aliquando vel ipsæ inscriptiones indicant, & in titulorum primis fere capitibus, quas leges vocant, explicatur. Non improbabat ipse, si quis hac in re Sebastiani Brandi opera vteretur, qui paruo libello summatim Pandectarum titulos omnes complexus, exposuit. Sed cauendum monebat, ne quis obliuisceretur, ab huiusmodi riuulis ad fontes accurrendum. Ab illo vero tempore tam Vesembeci, quam Cuiacii paratitla prodierunt. His vti fortasse præstaret, si non de plerorumque iudicio labor illius ob prolixitatem paratitlorum ab vsu alienam; huius, ob quæsitam quasi quamdam obscuritatē, tironibus iuris parum prodesse crederetur. Consimile quid de titulis Codicis existimandum. Ad eos Mamerius explicationem Christophori Hegendorfini

fini

fini posse putabat adhiberi, quæ Spigelij Lexico solet adiungi. De Codicis œconomia Vesembeciana, quæ secundum illa lucem accepit, libera quorumuis per me quidem iudicia sunto. Mamerius vero haud dubitare solebat, eum, qui hactenus ab se præscripta fecisset; oblata quæstione quapiam, aut specie facti, statim & librum, & titulum, velut in promptu habiturum, quo illa materia tractaretur. Id operæ precium non leue ducebat. Omnibus autem titulis ad hunc modum cognitis, ipsæ leges accuratius euoluendæ: quodq; ad illum, qui perlectus est, titulum maxime pertinuerit, ad marginem collocandum. verbi gratia, qualis actio: ciuilis, an prætoria: quam diu competat, & quibus: ad heredes transeat, nec ne: quid eamdem in actionem veniat: bonæ fidei sit, an stricti iuris. Et ad summam, classes Oldendorpianas in his imitari nos posse iudicabat. Exempli caussa; In titulo, de rei vindicatione, *si quis scire velit, contra quos illa detur actio, & cui detur: titulus ipse perlegendus, & quicumq; reperitur, cui actio illa, tamquam actori, datur; eius nomen ad dextrum libri spatium collocandum, verbo saltim vnico*: Domino, Emtori, Qui vſu ceperit. *Eorum vero nomina, contra quos datur, ad sinistrum spatium ponenda, in hunc modum*: Contra poſſeſſorem, furem, raptorem. *Quod si talis sit liber, vt ab vtraq;*

parte marginis commode nomina signari nequeant: actorum nomina rubro colore depingenda, reorum nigro; idque ab vno tantum latere. Faciundum et in heredibus idem, quibus actio competit. Rubro nimirum colore pingenda dumtaxat vnica dictio, Heredes. *Sin* contra heredes, *colore nigro eadem dictio scribenda. Sin heredibus non datur, ad marginem notandum:* Heredibus non datur. *Si lex occurrat intricatior, asterisco notanda; nec ad eam, tamquam ad scopulum aliquem, hærendum; quod ipsum tempus iudicium sit confirmaturum.*

Vbi titulus aliquis in hunc modum perlectus, & singula, quæ ipsius sunt tituli propria, notata fuerint: iterum titulus idem perlegendus, quum vt memoria confirmetur, tum etiam vt aliud quiddam huiusmodi peragatur.

Conficiendus e chartis liber, in quo tituli omnes Pandectarum & Codicis (si quidem in Pandectis titulus aliquis non exstet, qui tamen in Codice reperiatur) ordine scribantur. Singulis titulis vnum alterumve folium relinquendum. Is liber hoc modo locos communes suppeditabit. Siquando, ceu dictum, titulus aliquis perlectus est; non iam respiciendum amplius, quid eum ad titulum proprie pertineat, quando id iam ante notatum; sed si quid a iureconsultis †obiter in eo titulo permistum, quod alium ad titulum

†Hęc illa vere paratitla sunt, de quibus agimus.

titulum referri debeat, id considerandum diligenter. Ac facile dubio procul erit, cognitis perspectisque titulis omnibus, vt explicatum antea, videre; quo potissimum id referri debeat. Exempli gratia; Si perlegatur ab aliquo titulus primus libri X Digestorum, Finium scilicet regundorum: ad legem primam notandum in margine, Actio in personam. *Ad legem secundam,* Ad prædia rustica pertinet. *Item,* Iudicis officium. *quod quidem & Institutionum titulo,*de iudicis officio, *libro IIII, faciendum. Ad legem quartam, in principio, notandum in margine,* Quid in hoc iudicium veniat. *Idem ad finem vsque faciendum. Perlecto ad eum modum titulo, rursus idem euoluendus, ac indagandum, an quid aliud sit, quod alio referri debeat. Statim in lege quarta, §. post litem, adserit Paulus,* dolum & culpam post litem contestatam in iudicium venire. *Item,* Et fructus. id quod non heic tantum, sed in omnibus actionibus locum habet. *Quid igitur heic agendum? an loci communes faciundi varij & infiniti? Nequaquam. Loci plures non requirendi, quam in corpore iuris sint tituli. Ostendit igitur indicata superius tabula, titulum esse libro Codicis tertio,* De litis contestatione. *Idem ille titulus in libro chartaceo reperitur, de quo itidem dictum. In eum ergo notandum,* Culpa, dolus,

fructus, post litis contestationem in iudicium veniunt. l. 4. in princ. D. fin. regund. *Sed quia sæpenumero de fructibus habetur quæstio, non locus singularis est designandus, sed inspiciunda tabula. In ea se Codicis titulus offert,* De fructibus & litium expensis. *Et intellectum iam ante summatim, illum titulum de fructibus perceptis agere. Quærendus igitur idem titulus in libro chartaceo, quodq; Paulus de fructibus elegantissime differit, breuiter describendum. Idem faciundum consimili modo, per omnes Pandectarum & Codicis libros.*

Quando igitur de fructibus incidit quæstio, Codex euoluendus, & quod in eo titulo proprium erit, ad marginem signatum dicto citius inuenietur. Deinde liber confectus ex chartis explicandus. Is ostendet, quid per vniuersum corpus iuris scriptum sit ea de materia. Nec loci, quod sæpe dictum, communes heic conficiundi; sed ipsi dumtaxat inspiciundi tituli, & quid in vnoquoq; titulo † ex aliis titulis adiectum.

† En rursum, qd paratitla.

Item, ait eadem lex quarta: Si deiecti, aut exarati sint termini, id crimen esse. An illud ad fines regundos tantum pertinet? Neutiquam. Ipsi tituli, sunt optimi loci. Quonam igitur illud referendum? Consulenda tabula, vel si præstare possit hoc aliquis, reuocandum ad memoriam. Offert se titulus Digestorum, de termino moto.

to. *Idem titulus & in chartis reperitur. Ad eum ergo scribendum*, Si termini exarentur, aut amoueantur, crimen committitur.l.4. D.fin.regund.

Ex lege septima notandum ad titulum, qui & in Pandectis, & in chartaceo libro reperitur, De receptis arbitris: Etiam in modo, id est, mensura agrorum constituenda, arbitros recte dari.l.7.D.fin.regund.

Lex decima mistum quiddam ostendit, vbi quis simul & actor, & reus censetur. Id ad titulum, de actionibus, notandum. Nam is titulus diuisionem actionum, & eorum, qui agunt, tractat. Notandum autem hoc modo: In vna eademque causa quem & actorem, & reum esse. *Idem & in l.2.seq.tit. Familiae erciscundae, dicitur.*

Caput illud Solonis vltimum, quod de aedificiis tractat, quo proprie sit referendum, ostendit titulus Codicis, De aedificiis priuatis, *vbi modi aedificandi recensentur. Ad hac erunt etiam similia referenda. Postremum hoc obseruandum; Si quando locus aliquis inueniatur, qui alium ad titulum proprie pertineat; eum non tantum in chartis indicatis describendum, sed etiam ipsum textum integrum in Pandectis aliquo singulari colore subducendum: vt si contingat aliquando Pandectas iterum legere, seque loci offerant ii-*

dem, statim sciatur, suam in classem atque ordinem iam digestos. Id laboris subleuandi caussa faciundum, ac praeterea fructus hic indidem manat, vt si postea quid inueniatur, quod subnotatum non sit, & alio pertineat: statim ea de re certiores reddamur, quodque deest, impleamus.

Ex his iam quiuis perspicit, quae Mamerij mens, quod consilium fuerit, qui cum Paratitlorum ratione consensus. Propria titulorum discerni vult ab aliis modo quodam quasi alienis; & haec ipsa suos maxime proprios ad titulos referri: qua quidem ratione paratitla fiunt, vt ex hisce nostris vides. Et quod heic in sola rerum sacrarum materia praestitum, idem in aliis quoque iuris nostri materiis imitari commode licebit. Hac & rectissima, & maxime compendiaria via, hoc Theseio filo in legum labyrintho, hac cynosura paratitlorum in iuris oceano licebit vti, iusque nostrum vniuersum felicissime tum complecti, tum intelligere; tam glossis ineptis, quam commentariis illis immensis, penitus exclusis. Hanc viam qui non tenent, hoc filum, hanc cynosuram qui non sequuntur; vel in ipso statim nauigationis initio de portu desperant, vel ad operas mercenarias, sanctissima sapientia iuris indignas, deflectunt; ac professionis huius maiestatem foede contaminant, & vniuerso generi mortalium exosam reddunt. Abusus quidem

dem vterque, tam oceaninæ commentariorum vastitatis, quam mercenariæ profanationis, tantopere nunc excreuit; vt nouum quemdam Iustinianum, ad disciplinæ iuris, & iudiciorum reformationem, nostrum hoc sæculum requirere videatur. Hoc iamdudum mundus vniuersus clamitat, & barbaram Turcorum gentem beatam prædicat, quæ sine fori strepitu, deque simplici & plano, quod dici solet, suis ius reddat, & exclusis dilationum quibusuis effugiis, exsecutionem mox adhibeat: licet illis ne Iustinianeus quidem Codex in lingua sua desit, quod ipsi tam αὐτόπται regionum illarum, quam αὐτήκοοι rerum nostris ignotarum hominibus, idonee testari possumus; quantumuis diuersum aliquid Vigelio, & aliis, ex opinione vulgari temere persuasum sit. Et hac quidem de vero paratitlorum & saluberrimo vsu. De Notatorum vero libris nostris parcius, aut nihil potius dicam; quod eius vsus per se cuiuis manifestus sit.

Ad te vero, Marquarde præstantissime, mittendum hunc laborem meum, & cum aliis per te communicandum censui; quod & patrono ei opus esset idoneo, per quem in hac iudiciorum effreni libidine defenderetur; & cui rectius offerri posset, quam tibi, neminem vsquam reperirem. Insolens quippe paratitlorum ratio huius est sæculi hominibus, ac propter nouitatem re-

prehensorum iniquioribus exposita censuris: & in Notatis pleraque receptæ vulgo lectionis innouantur, quo prima fronte criticorum animos offendi solere non ignoras. Itaque tum remedium apud te nobis ad calumniatorum morsus expromptum, qui iuris es uniuersi, tam publici, quam priuati, peritissimus; tum iisdem certa spes in eodem, fiduciaque reposita, non ingratum fore tibi consilium dedicationis hoc nostrum, qui horum auctori more nouo quodam es amicissimus. Nam quum oculi duces in amore primi nobis esse soleant, tu Leunclauium tuum prius cœpisti diligere, quam vidisses: nullo quidem ipsius in te merito, sed occulto conspirantium inter se naturarum ductu ad eum amorem impulsus, quem deinceps, vbi conspexisset alter alterum, e non obscuris indiciis reabse singularem expertus sum. Vicissim & ipse, credo, satis animaduertisti; quam ille fuerit a mea quoque parte mutuus. Nimirum ortus ab initio tam raro, tamque feliciter coalescens inter nos animorum consensus, adeo firmas hactenus in solo virtutis, quod vnicum eius est fundamentum, radices egit: vt incrementa cottidie maiora capiat, etiam inter absentes, & perpetuum duraturus sit. Hoc inscriptis nomini tuo Paratitlorum Notatorumque libris hisce testatum equidem apud omnes volui, tu peruenusto vultus in mei monogrammum idyllio

tuo

tuo iam ante declarasti; cuius illa quam aureola? quam niuei signa pectoris?

Plurima quando tui lepidos erit inter amicos,
Non nisi sed meritis mentio digna tuis:
Tunc possim ut veluti præsentem sistere nobis,
Dicere et: Heic ille est, optimus ille virûm.
Te possim & caræ crebro monstrare puellæ,
Dicere et: Hic primus noster amicus erat.
Iuro tuos oculos, mea lux, mihi numinis instar;
Et fuit, & semper primus amicus erit.

Vale, ac Georgio Remo, V. C. propinquo tuo, salutem ex me plurimam dicito.

AD MARQVARDVM FREHERVM IC. CONsiliarium Palatin.

*P*ARATITLA *quæ ſint apta, priſcis e libris*
Deprompta Graiûm, comprobat LEVNCLAVIVS,
Amicus ille noſter integerrimus.
Adhæc malê uſurpata corrigit probê,
Enucleatê cenſa ad unguem digerens;
Vt ſolet in aliis omnibus, quæ ſedulo
Vertenda ſermonem in Latinum ſuſcipit.
Hoc opere gaudes o FREHERE *non minus,*
Communicatis quàm Baſilicorum eclogis,
Et publicandis hiſce monumentis brevi,
Quæ te penes ſunt, diligenter admodum
Græcê & Latinê nuper ipſius manu
Perarata, jus ad Canonicum facientia,
Civíleque iſtud, cuius uſus in foro
Frequens Quiritum. Dignus ille eſt, quem libens
Romanus amplo Cæſar ornet munere
Laboris ergo. nos quidem illum inſcripſimus
Æterno in Immortalitatis codice
Virtutis ergo. nam quid uſquam clarius
Celebriusve eſt erudito nomine?

Paulus Meliſſus Francus, Comes ſacri
Pal. & Eq. ciyis Rom.

INDEX

*INDEX EORVM, QVÆ SINGVLIS TITVLIS I PARATITLORVM LIBRI continentur.

* Reperi sic descriptū a Græcis. Faciūt autem hæc ad probandum, vere leges quasdam his paratitlis citatas hactenus in Codice desiderari.

TIT. I.

De summa Trinitate, & fide catholica, siue orthodoxa.

TIT. II.

De sacrosanctis ecclesiis.

TIT. III.

De episcopis & clericis.

De

† Breuis epitome legis 3..h.t. quæ declarat epitomen expositiam in paratitlis.

**d.l.§.vlt.*

†h.e. anuo. ἐτησίου.

†§ penult. dictæ constitut. 52.
**§. vlt. d. l.52.C.hoc tit.*
†l.54 §.1. C.de episc. & cler.
**dicta l.§. hoc etiam.*
†d.l.§.huiusmodi ita.

TIT. IIII.
De episcopali audientia.

De

TIT. V.

De hæreticis.

De

De hæreticis, qui sunt in curiis, vel militia, vel collegiis. VII. XII.

De Dioscoro, & Eutyche, & scriptis eorum. VIII.

Quas ferant pœnas, qui contra synodum Chalcedonensem scribunt, aut scripta legunt, aut dictant. VIII.

De eo, quod hæretici more consueto non sepeliantur. IX.

De liberis hæreticorum, qui sunt orthodoxi, vel ad ecclesiam orthodoxam adducuntur. XII. XIII. XV. XVIII. XIX.

Quomodo succedant, vel successores habeant, vel alienent hæretici. IIII. XIII. XV. XVII. XVIII. XIX. XXII.

De his, qui hæreticos non indicant: & de libris eorum. XVI.

Quæ pœnæ sint illorum, qui Montanistis præsunt. XX.

Quinam hæretici, & quando testes sint. XXI.

Quod hæreticus ne quidem ex militari testamento hereditatem, vel legatum accipiat. XXII.

TIT. VI.

Ne sanctum baptisma iteretur.

DE his, qui bis eumdem baptissant. I.

De hæreticis baptissantibus, & baptissatis. II. III.

Si hæretici seruos suos baptissarint, aut prohibuerint, quo minus ad orthodoxam fidem accederent. III.

TIT. VII.

De apoſtatis.

TIT. VIII.

Nemini licere ſignum.

TIT. IX.

De Iudæis.

De

TIT. X.

Ne Christianum mancipium.

SI Iudæus habeat mancipium, quod non est Iudæus: aut si mancipium Christianum habeat, qui non est Christianus.

TIT. XI.

De paganis.

TIT. XII.

De his, qui ad ecclesias.

† §. Quum autem. d. l. 6.

* d. l. §. ult. sub fin.

TIT. XIII.

De his, qui in ecclesiiis † accipiunt libertatem.

† *sic latinus litteris hoc loco scriptum reperi. aliter in ipsis paratitlis.*

EXPLICIT INDEX LIBRI I.

INDEX EORVM QVÆ SINGVLIS TITVLIS libri II continentur.

EXPLICIT INDEX LIBRI II.

INDEX EORVM, QVÆ SINGVLIS TITVLIS libri III continentur.

TITVLVS I.

De episcopis, & clericis, & monachis, & monastriis.

XII. *Vbi*

TITVLVS II.

De rebus & titulis eccleſiaſticis.

TITVLVS III.

De hæreticis, & Iudæis, & Samaritis.

EXPLICIT INDEX LIBRI III.

PARATI-

PARATITLORVM LIBRI III. ANTIQVI,

Quibus vniuersa personarum, locorum, ac rerum sacrarum, ecclesiasticarum, & his adfinium, iura continentur.

LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

EX CODICIS LIB. I.

De summa Trinitate, & fide Catholica, & ut nemo de ea publice contendere audeat.

I. QVI sacrosanctam Trinitatem, in vna deitate, paris potestatis, haud glorificat; ne Christianus quidem dicitur: sed Vesanus, hæreticus, & infamis est, & punitur.

l. 1. C. hoc tit. cum seq.

II. Hæretici congregationes nullas habeant, nec sacrificia vel mysteria peragant, tametsi per subreptionem rescriptum impetrauerint: Fides patrum, qui Nicææ conuenerunt, auctoritatem duntaxat habeat: ac siquidem hæretici congregationes intra oppida habere audeant, oppidis expelluntur.

Hæc constitutio deest in vulgatis libris Codicis. Contius tamen reposuit.

III. Porphyrii, & aliorum aduersus Christianos scripta, itemque Nestorii, atque adeo quæcumque cum Nicæna & Ephesina synodis non consentiunt, à quarum fide deflectere non licet, exuruntur. Qui vero libros indicatos habent & legunt, vltimo supplicio adficiuntur: & episcopi clericiq; Nestoriani, ecclesiis eiiciuntur; laici anathemate feriuntur, orthodoxis eos absque periculo deferentibus. Tenor constitutionis est huiusmodi.

Impp. Theodosius & Valentinianus AA. Hormisdæ PP.

Sancimus, vt quæcunque Porphyrius propria exagitatus insania, vel quiuis alius aduersus piam Christianorum religionē conscripsit, apud quemcunq; reperiantur, igni tradantur. Cuncta enim scripta, quę Deum ad iram mouent, & animas violant, ne ad hominum quidem aures peruenire volumus. Præterea sancimus, vt qui fidem impiam Nestorii æmulantur, aut nefariam eius doctrinam sectantur, siquidem episcopi sint, aut clerici, ecclesiis sacrosanctis eiiciantur: si vero laici, anathemate feriantur: potestatem habentibus quibuslibet orthodoxis, qui piæ legis nostræ sectatores sunt, vt illos absque metu & damno denuntient ac insimulent. Quoniam vero ad pias aures nostras peruenit, aliquos doctrinas conscripsisse & exposuisse quasdam ambiguas, nec accurate congruentes cum fide orthodoxa sanctorum patrum, sacra synodo exposita, qui Nicææ ac Ephesi conuenerunt, & à Cyrillo piæ memoriæ, qui magnæ Alexandrinorum vrbis episcopus fuit: iubemus, vt quæcunque fuerint eiusmodi scripta, vel antehac,

vel

vel nunc, & præcipue Nestorii, sic comburantur, & plenæ abolitioni tradantur, vt in neminis lectionem veniant: atque iis, qui talia scripta siue libros habere ac legere sustinent, vltimum supplicium formidantibus, nemini deinceps liceat præter expositam fidem, ceu diximus, Nicæç atque Ephesi, quidquam dicere vel docere.

IIII. Qui publicè, multitudine præsente, de Christiana fide tractat; si clericus est, deponitur: sin militat, cingulo spoliatur: ceteri, si liberi sint, ex vrbe imperatoria eiiciuntur, prout visum iudici fuerit, castigandi: serui vero acriter puniuntur.

V. Expositio fidei orthodoxæ, atque exsecratio Nestorii & Eutychis tum quod ii, qui cum eis sentiunt, hæretici sint, & castigentur. Verba constitutionis hæc sunt.

Hæc constitutio deest in vulgatis libr. Contius posuit. Nos correctiorē damus.

Imp. Iustinianus A.

Quum recta & repræhensionis expers fides, quam prædicat sanctissima Dei catholica & Apostolica ecclesia, nullo modo nouationem admittat: nos sanctorum apostolorum, & eorum, qui post eos in sanctis Dei ecclesiis spectabiles fuere, dogmata sequentes; rectè nos facturos existimauimus, si cunctis manifestum faceremus, quo pacto de spe, quæ in nobis est, adfecti simus; insistentes vestigiis traditionis & confessionis sanctæ Dei catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ. Quippe credentes in patrem, & filium, & spiritum sanctum, vnam essentiam in tribus personis adoramus, vnam deitatem, vnam potestatem, trinitatem vnius essentiæ. In extremis autem diebus confitemur vnigenitum Dei filium, Deum de Deo, ante sæcula & sine tempore genitum ex patre, patrí coæter-

num, eum ipsum, ex quo omnia, & per quem omnia, degressum è cælis, incarnatum esse de spiritu sancto, & sancta, gloriosa, perpetuaque virgine Maria; & hominem esse factum, crucemque pertulisse, sepultum esse, resurrexisse die tertio: vnius & eiusdem miracula cruciatusque, quos sponte in carne sustinuit, adgnoscentes. Non enim alium Deum Sermonem, & alium Christum nouimus: sed vnum & eumdem, consubstantialem patri secundum diuinitatem, & eumdem nobis consubstantialem secundum humanitatem. Quippe Trinitas mansit Trinitas, etiam post incarnatum Deum Sermonem, qui vnus est ex Trinitate. Non enim adiectionem quartæ personæ sancta Trinitas admittit. Quæ quum ita se habeant, anathemate damnamus omnem sectam, & præcipue Nestorium adoratorem hominis, diuidentem vnum illum dominum nostrum Iesum Christum, Dei filium, Deumque nostrum, nec confitentem proprie ac secundum veritatem, quod sancta, gloriosa, perpetua virgo Maria sit Deipara: sed tradentem, quod alius sit ille natus ex Deo patre Deus Sermo, & alius ille natus ex sancta perpetuaque Virgine Maria, qui per gratiam & necessitudinem cum Deo Sermone, factus sit Deus. Neque vero dumtaxat hunc, sed etiam mente captum illum Eutychem, qui adparentiam introducit, & veram illam incarnationem ex sancta perpetua virgine Maria Deipara infitiatur, hoc est, ipsam salutem nostram; neque confitetur, eumdem per omnia patri consubstantialem secundum diuinitatem, & nobis consubstantialem secundum humanitatem. Eodem modo & Apollinarem animæ exterminatorem, qui

qui tradit dominum nostrum Iesum Christum, Dei filium, ac Deum nostrum, mente carere; confusionemque siue commistionem introducit in vnigeniti filii Dei inhumanatione. Vniuersos denique, qui horum opiniones sequuti sunt, vel sequuntur. Quippe si qui post hanc nostram præmonitionem, & religiosissimorum singulis in locis episcoporum nostrorum adfirmationem, reperti deinceps fuerint esse contrariæ sententiæ: non exspectent futurum, vt veniam impetrent. Iubemus enim tales, veluti confessos hæreticos, animaduersioni competenti subiici.

VI. Similiter orthodoxæ fidei expositio, & Eutychis atque Apollinaris exsecratio. Verba constitutionis hæc sunt.

Idem Imp. Constantinopolitanis.

Seruatorem ac Dominum huius vniuersi Iesum Christum, verum Deum nostrum colentes per omnia, studiosè dámus operam, quantum eius humana mens adsequi potest, vt demissionem eius imitemur. Quumque nonnullos inuenerimus, qui morbo ac furore impiorum Nestorii & Eutychis, hostium Dei, & sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ, detinentur; infitiantes se sanctam illam, gloriosam, perpetuam virginem Mariam, proprie ac secundum veritatem dicere Deiparam; id operam dedimus, vt hi rectam Christianorum fidem edocerentur. Alii quum incurabiles sint, errorem suum tegentes circumeunt, vti quidem accepimus, simpliciorum animos conturbantes & offendentes, ac proferentes sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ contraria. Quamobrem necessarium duximus, tam hæreticorum mendacia

Deest in vulgatis. Contius habet.

dissipare, quàm vniuersis explanare, quomodo sentiat sancta Dei, & catholica, atque apostolica ecclesia, & eiusdem sanctissimi sacerdotes prædicent. Quorum vestigia nos etiam sequentes, manifestamus ea, quæ de spe, quæ in nobis est, sentimus: non fidem innouantes, (absit hoc) sed coarguentes illorum insaniam, qui eadem cum impiis istis hęreticis sentiunt: quod quidem & in primordiis imperii nostri quum faceremus, satis omnibus animum nostrum declarauimus.

Quippe credimus in vnum Deum patrem omnipotẽtem, & in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei, & in spiritum sanctum, vnam essentiam in tribus personis adorantes, vnam deitatem, vnam potestatem, trinitatem vnius essentiæ. In extremis autem diebus confitemur dominum nostrum Iesum Christum, vnigenitum Dei filium, Deum verum ex Deo vero, ante sæcula & sine tempore genitum ex patre, patri coæternum, eum ipsum, ex quo omnia, & per quem omnia, degressum è cælis, incarnatum esse de spiritu sancto, & sancta, gloriosa, perpetuaque virgine Maria, & hominem esse factum, crucemque pro nobis pertulisse sub Pontio Pilato, sepultum esse, resurrexisse die tertio: vnius & eiusdem miracula & cruciatus, quos sponte in carne sustinuit, adgnoscentes. Non enim alium Deum Sermonem, & alium Christum nouimus: sed vnum & eumdem, consubstantialem patri secundum diuinitatem, & eumdem nobis consubstantialem secundum humanitatem. Quippe sicut in diuinitate perfectus est, ita perfectus idem est & in humanitate. Nam personalem vnionem recipimus & confitemur. Quippe Trinitas

nitas mansit Trinitas, etiam post incarnatum Deum Sermonem, qui vnus est ex Trinitate. Non enim adiectionem quartæ personæ sancta Trinitas admittit. Quæ quum ita se habeant, anathemate damnamus omnem sectam, & præcipue Nestorium adoratorem hominis, & opiniones eius sequutos vel sequentes, qui diuidunt vnum illum dominum nostrum Iesum Christum, Dei filium, Deumque nostrum, nec proprie ac secundum veritatem confitentur, quòd sancta, gloriosa, perpetua virgo Maria sit Deipera, id est, Dei mater: sed duos filios tradunt, alium natum illum ex patre Deum Sermonem, & alium natum illum ex sancta, perpetua virgine, Deipera Maria: qui per gratiam, & adfectionem, & necessitudinem cum Deo Sermone, factus sit Deus: quique negant, nec confitentur, dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, Deumq; nostrum, incarnatum, & hominem factum, & crucifixum, esse vnum in illa sancta & consubstantiali Trinitate. Nam hic solus est, qui vna cum patre ac spiritu sancto adoratur & glorificatur. Anathemate damnamus & mente captum illum Eutychem, & opiniones eius sequutos ac sequentes, qui adparentiam introducunt, & veram illam natiuitatem Domini ac seruatoris nostri Iesu Christi ex illa sancta virgine Deipera Maria, hoc est, ipsam salutem nostram, infitiantur; neque confitentur, eum per omnia patri consubstantialem secundum diuinitatem, & nobis consubstantialem secundum humanitatem. Eodem modo & Apollinarem animæ exterminatorem, & opiniones ipsius sequutos vel sequentes, qui tradunt dominum nostrum Iesum Christum,

Dei filium, ac Deum nostrum, mente carere; confusionemque siue commistionem introducunt in vnigeniti filii Dei inhumanatione. Vniuersos denique, qui horum opiniones sequuti sunt, vel sequuntur. Dat. Id. Mart. DN. Iustiniano PP. A. III. Cos.

Idem perscriptum Ephesiis, idem Cæsariensibus, idem Cyzicenis, idem Amidenis, Trapezuntiis, Hierosolymitanis, Apamensibus, Iustinopolitanis, † Antiochenis, Sebastenis, Tarsensibus, Ancyranis.

† *Quorum vrbs Θεύπολις dicebatur, vt heic in Græco.*

VII. Similis est præcedenti, recipiens sancta quatuor concilia, & anathematismos ac segregationes ab eis promulgatas confirmans. Inter cetera dicit, primum esse inter omnes sacerdotes Papam Romanum. Verba constitutionis hæc sunt.

Idem Imp. Epiphanio sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo vrbis huius imperatoriæ, & vniuersali patriarchæ.

Exstat apud A. Contium, sed absque interpretatione Latina, & mutilato textu.

Scire volentes sanctitatem tuam omnia, quæ ad statum ecclesiasticum spectant, necessarium duximus, his ad eam sacris apicibus vti, ac per eos ipsi manifesta facere, quæ nota sunt; licet ei perspecta esse, persuasi simus. Quippe repertis quibusdam alienis à sancta catholica & apostolica ecclesia, qui errorem impiorum, Nestorii & Eutychis, sequuntur; eorumque blasphemiis vtuntur: sacrum edictum proposuimus, quod ad tuæ quoque sanctitatis notitiam peruenit, quo hæreticorum insaniam refutauimus, nulla re prorsus immutata; nec quidquam immutantes, aut prætermittentes, quod ad statum ecclesiasticum spectet, qui adiuuante Deo hactenus obtinuit, sicut & tua nouit

nouit beatitudo; ſed per omnia ſtatum vnionis ſanctiſſimarum eccleſiarum erga ſanctiſſimum Romæ veteris Papam & Patriarcham cuſtodientes, ad quem his etiam † ſimilia perſcripſimus. Nec enim patimur, vt aliquid eorum, quæ ad ſtatum eccleſiaſticum pertinent, non etiam ad ipſius beatitudinem referatur: quum ea ſit caput omnium ſanctiſſimorum Dei ſacerdotum; & quotieſcumque his in partibus hæretici fuerunt enati, per ſententiam, rectumque iudicium illius venerabilis ſedis aboliti ſint. Nimirum ex præſentibus ſacris apicibus noſtris, tua ſanctitas à nobis propoſita cognoſcet; vt ii, qui male intelligere, vel interpretari, rectè à nobis in edicto prodita conantur; ex præſentibus ſacris apicibus noſtris refutentur.

† *Inſerta ſcilicet epiſtola*, Inter *claras*. C. *h.t.*

Pauci quidam infideles, & alieni à ſancta Dei catholica & apoſtolica eccleſia, Iudaicè contradicere auſi ſunt iis, quæ ab omnibus ſacerdotibus rectè tenentur, probantur, & prædicantur: negantes dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vnigenitum illum Dei filium, Deumque noſtrum, qui de ſpiritu ſancto, & ſancta, glorioſa, perpetua virgine, Deiparáque Maria eſt incarnatus, & homo factus, & crucifixus, eſſe vnum ex illa ſancta & conſubſtantiali Trinitate; qui vna cum patre ac ſpiritu ſancto adoratur & glorificatur, conſubſtantialis patri ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialis nobis ſecundum humanitatem; carnis ratione cruciatibus obnoxius, & idem diuinitatis ratione nullis cruciatibus obnoxius. Dum autem fateri recuſant, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vnigenitum illum Dei filium, deumque noſtrum, eſſe vnum ex illa ſancta & conſubſtantiali Trini-

tate:palam redarguuntur illius impii Nestorii prauam doctrinam sequi,dum secundum gratiam dicunt eum Dei filium, atque alium esse Deum sermonem, alium Christum tradunt. Quos sane, cum ipsorum dogmatis, & iis, qui opiniones eorum sequuti sunt, vel sequuntur, anathemate damnamus; velut alienos à sancta Dei catholica & apostolica ecclesia. Omnes enim sanctæ catholicæ ecclesiæ sacerdotes, & reuerendissimi sanctorum monasteriorum archimandritæ, sanctorum patrum traditionem sequentes, quum nihil penitus immutarint,vel immutent in eo statu ecclesiastico,qui hactenus(vti dictum est) durat;vno consensu confitentur, atque glorificant, prædicantes dominum nostrum Iesum Christum, vnigenitum Dei filium,Deumque nostrum,ante sęcula & sine tempore de patre natum, extremisque diebus degressum è cælis,& incarnatum de spiritu sancto, & sancta,gloriosa, perpetua virgine, ac Deipera Maria,& hominem factum, & crucifixum, vnum esse de sancta & consubstantiali trinitate. Quippe nouimus eum consubstantialem patri ratione diuinitatis, & eumdem nobis consubstantialem ratione humanitatis:cruciatibus obnoxium ratione carnis,& nullis cruciatibus obnoxium ratione diuinitatis. Nam vti perfectus est in diuinitate, sic idem perfectus est in humanitate. Quippe personalem vnionem recipimus & confitemur.Et quoniam vnigenitus ille filius ac Sermo Dei, ante sæcula & sine tempore de patre natus, idemque diebus extremis de cœlis degressus, & incarnatus de spiritu sancto,& sancta,gloriosa,Deipera Maria,& homo factus, ipse videlicet dominus noster Iesus

Christus,

Christus, proprie ac vere Deus est: ideo sanctam quoque, gloriosam, perpetuam virginem Mariam, proprie ac vere matrem Dei dicimus: non quasi Deus ille Sermo principium ex ea sumserit, sed quòd extremis diebus de cælis degressus sit, & ex ipsa incarnatus, & natus, & homo factus; quem confitemur, vti dictum est, patri consubstantialem esse secundum diuinitatem, & eumdem nobis consubstantialem esse, secundum humanitatem: eiusdem miracula & cruciatus, quos in carne spõte sustinuit, adgnoscentes. Hæc ergo sunt, quibus per sacrum illud edictum nostrum expositis, hæreticos confutauimus; cui sacro edicto etiam omnes heic inuenti sanctissimi episcopi, & reuerendissimi archimandritę, vna cum sanctitate tua subscripserunt, per omnia sequentes sancta quatuor concilia, & ea, quæ a quolibet illorum sancita sunt: hoc est, à concilio Nicæno patrum CCCXVIII, & à celebrato in hac vrbe imperatoria patrum CL, & ab Ephesino primo, & à Chalcedonensi: quum vniuersis constet, nos omnibus, qui nobiscum sunt, sanctæ atque apostolicæ ecclesiæ fidelibus traditam fidei definitionem, hoc est, sacrosanctum documentum siue symbolum, retinere atque custodire, sanctis à patribus illis CCCXVIII. expositum, quod etiam congregati hac in vrbe imperatoria CL. sancti patres explanatione adhibita declararunt; non quod aliquid ei deesset, sed ea de caussa, quòd veritatis hostes partim spiritus sancti diuinitatem reprobare conati essent, partim veram Dei sermonis incarnationem ex sancta, perpetua virgine, Deipera Maria negassent. Iccirco scripturæ testimoniis sacrosanctum hoc documentum in-

dicati CL. sancti patres explanatione adhibita declararunt. Idem & omnes aliæ sanctæ synodi, videlicet Ephesina prima, & Chalcedonensis, eamdem fidem sequutæ, receperunt & conseruarunt; ac sanctam illam, gloriosam, perpetuam virginem Mariam, Deiparam prædicarunt, & anathemate damnarunt, qui eam non confiterentur esse Deiparam. Consimiliter & illos anathemati subiecerunt, qui aliud symbolum sacrúmue documentum traderent, præter id, quod à sanctis CCCXVIII. patribus expositum, explanatum declaratúmque fuit à CL. sanctis patribus, qui hac in vrbe imperatoria conuenerunt. Et prima quidem Ephesina synodus impium illum Nestorium, eiusque dogmata abrogauit & anathemate damnauit: eodemque damnauit & illos anathemate, qui eius opiniones vel sequuti essent, vel sequerentur; quiue cum eo consensissent, aut consentirent. Sanctum vero Chalcedonense concilium abrogauit, & sanctis Dei ecclesiis eiecit, atque anathemate damnauit, tum impium illum Eutychem, eiusque dogmata, tum eius opiniones sequutos, vel sequentes, & qui cum eo vel consensissent, vel consentirent: atque omnes etiam hæreticos, eorumque dogmata, cum iis, qui opiniones ipsorum amplexi essent, vel amplecterentur; quiue cum eis consensissent, aut consentirent, anathemate percussit. Consimiliter & Nestorium anathemati subiecit, eiusque dogmata; cum iis, qui opiniones ipsius amplexi essent, vel amplecterentur; quiue cum eo consensissent, aut consentirent. Eadem sacra Chalcedonēsis synodus etiam magni illius Procli epistolam ad Armenios scriptam, qua tractatur, dici debere,

quòd

quod dominus noster Iesus Christus, filius ille Dei, Deusque noster, vnus sit ex sancta trinitate, per relationem suam recepit & confirmauit. Nimirum si extra quatuor indicatas sanctas synodos, vel ab eis sancita, deflectimus: licentiam hæreticis, quos illę destruxerunt, & dogmatibus eorum concedimus, pestem suam sanctis Dei ecclesiis ostentandi. quod absit, vt vmquam fieri liceat. quandoquidem indicatæ quatuor synodi decretis suis tam ipsos hæreticos, quàm eorum dogmata expulerunt: ac si quis de vno dictorum sacrorum conciliorum dubitet, is manifesto se prodit amplecti ea dogmata, quæ ab illis reiecta sunt, & anathemate damnata. Nemo igitur incassum nos turbet, spe vana subnixus, quasi nos aliquid aduersus indicatas quatuor synodos admiserimus, vel admissuri simus, vel concessuri, vt admittatur; vel toleraturi, vt earumdem sanctarum quatuor synodorum religiosa memoria de indicatis ecclesiæ codicibus tollatur. Vniuersos enim ab eis depositos, & anathemate damnatos, vnà cum depositorum dogmatibus, & iis, qui opiniones ipsorum amplexi sunt, vel amplectuntur, anathemati deuouemus. Quamobrem oret pro nobis, & republica nostra, beatitudo tua: de instituto nostro, & studio erga fidem inculpatam, exponens & satisfaciens vniuersis. Dat. VII. Kal. April. CP. DN. IVSTINIAN. PP. A. III. COS.

VIII. Edictum, nomine Iustiniani. *** Gloriosissimo .... Iustiniano Pp. Aug.

TITVLI I. PARATITLA.

LIBRI I. tit. III. constitutio XV. cuius principium, Conuenticula. In priuatis ædibus ne- *l. 15. C. de epis. et cler.*

mo profana conuenticula celebret. In ea vero, quæ inuenta fuerint. * *

l.23.C.eod.

Libri I. tit. III. conſtit. XXIII. cuius initium, Quoniam. Eutyches, & ab eo ſcelerate dicta, reiiciuntur: Flauianus autem, qui teſtimonio ſynodi Chalcedonenſis ornatus eſt, veluti recte credens, laudatur. Exſtat in actis ſynodi Chalcedonenſis.

Non exſtat in vulgatis. Contius habet.

Lib. I. tit. III. conſtit. XXIX. cuius principium, οἱ ἐν τοῖς μοναστηρίοις. Ne quidem apocriſiarius monaſterii, quamcumque in vrbem venerit, de fide diſceptet.

l.8.C.de hæret.& manich.

Lib. I. tit. V. conſtit. VIII. cuius principium, Quicumque. Nicænam fidem quilibet amplectitor. Eutychis & Apollinaris opiniones nemo ſequitor. Iidem neque peculiaria conuenticula inſtituant, neque publice vel clàm de hæreſi ſua diſceptent.

Nō exſtat, extra epitomē Contii.

Lib. I. tit. V. conſtit. XII. cuius principium, Hæreticos. Quum liberos alteruter parentum vult orthodoxos efficere, rata ſit eius ſententia.

**l.3.C.de feriis.& mirū ſane, Theodoſianæ legi Cōſtantinianas poſtponi.*

Lib. III. tit. XII. conſtit. * II. cuius initium, Omnes. Omnia tribunalia, & vrbana plebs, die dominico ferias agant: ſolis autem agricolis liceat, vt operis ſuis intenti ſint.

Lib. III. tit. XII. conſtit. † V. cuius initium, Quadraginta. Nulla cognitio criminalis in ieiuniorum quadrageſima exerceatur.

† in C.h.t. lex eſt 6. † ibid. l.7.

Lib. III. tit. XII. conſtit. † VI. cuius initium, Omnes. Quindecim diebus paſchalibus, & die natali Chriſti, & Epiphaniis, & quolibet die dominico, & in apoſtolorū commemoratione, tam tribunalia, cū ſpectaculis; quàm annonariæ cōpulſiones, cum priuatorum debitorum exactionibus, quieſcant.

TITV-

TITVLVS II.

De sacrosanctis ecclesiis, & rebus, & priuilegiis earum.

I. CVILIBET in suprema voluntate sacrosanctis ecclesiis relinquere licet. Quippe ratas oportet esse morientium voluntates. *l.1.C.h.t. cum seq.*

II. In ecclesiis apostolorum vel martyrum sepelire non licet.

III. Non distrahendi sunt, vel emendi sancti martyres.

IIII. Non vltra nongentos quinquaginta decanos habeat ecclesia Constantinopolitana.

V. Vrbanarum ecclesiarum prædia sordidis muneribus subiecta non sunt, vel extraordinariis, vel indictionibus, vel transuectionibus: sed canonem dumtaxat conferunt, & coëmtiones necessarias adgnoscunt. Qui contrauenerit, sacrilegii reus fit, & in perpetuum deportatur.

VI. Dubia, quæ in toto Illyrico emergunt, decidenda non sunt præter sententiam archiepiscopi Constantinopolis, quæ priuilegia Romæ veteris habet.

VII. Ad instructionem itinerum atque pontium, etiam diuinæ domus & ecclesiæ describuntur. Non enim hoc sordidum munus est.

VIII. A propria capitatione Thessalonicensis ecclesia subleuatur, non etiam aliæ, ipsius nomine.

IX. Decani siue collegiati, non implentes hoc munus, ab aliis muneribus non absoluuntur, puta argẽtariorum & numulariorum: dant autem subrogatos, à primate adprobatos.

X. Nauis, quæ vltra duo millia modiorum ca-

pit, non excusatur ante embolam & transuectionem publicarum specierum, neque priuilegio personæ, neque dignitatis, aut ecclesiæ; licet diuinam iussionem habeat, vel pragmaticam sanctionem. Nam quæ quolibet in negotio contra ius vel vtilitatem publicam proferuntur, minime seruantur. Si quid autem in fraudem istius legis adtentatum fuerit, nauis ipsa publicatur.

XI. Omnes obligati sunt, etiam ipsa prædia ecclesiarum, ad præstandas angarias, & plaustra, transeuntibus ad expeditiones imperatoribus.

XII. Ecclesiarum priuilegia firma sunto. Pragmaticæ sanctiones, quæ canonibus aduersantur, irritæ redduntur. Præstentur ad alendos pauperes ecclesiis diuersæ species, quæ de publico eis adsignatæ sunt.

XIII. In testamento robur suum obtinente, vel in codicillo, vel non scripta voluntate, licet viduis, & diaconissis, & sacris virginibus, & solitudinariis, aliisque sacris fœminis, aliquid relinquere vel ecclesiæ, vel clero, vel monachio, vel pauperibus, per institutionem, & substitutionem, & legata, & fideicommissa, tam specialia, quàm per vniuersitatem.

XIIII. Ecclesiæ Constantinopolitanæ immobilia studiosè coli, non diuidi debent; & nec ipsa, nec coloni, nec rustica mancipia, nec peculia eorum, nec † panes ciuiles vllo modo ad quamcumque personam alienātur, ne quidem omnibus clericis cum archiepiscopo & œconomo consentientibus. Nam qui ea consequutus est, tam precia, quàm si quid aliud cuicumq; personæ dedit, amittit; atque hæc ipsi addicuntur ecclesiæ. Reddit etiam

† qui alioquin annonæ dicũtur. Vocat et Zosimus panes in historia sua, itemq; Iulianus antecessor, Nouella VII.

iam rem ipſam cum perceptis medio tempore fructibus, & penſionibus ædificiorum, & acceſſionibus, quaſi ſi diſtracta non fuiſſet. Nam quæ contra leges fiunt, pro infectis habētur. Et quia cōſenſu alienationi adhibito, rē fieri permiſit œconomus; œconomi officio excidit, & vna cum heredibus ſuis eccleſię damnū prę ſtat: ac tabellio citra reſtitutionē exſilio plectitur: ipſeq; magiſtratus, vel quis alius, huiuſmodi geſta corroborans, dignitatē cum facultatibus amittit. At vſumfructum eccleſiaſticæ rei poteſt aliquis ad certum tempus, vel ad diem vitæ ſuæ, interueniente ſcriptura, certiſque pactis, ita conſequi: vt rem, quæ tantumdem habeat reditus, vna cum colonis, in dominium eccleſiæ relinquat.

XV. Si quis rem mobilem, vel immobilem, vel ius aliquod donauerit in perſonam martyris, vel prophetæ, vel angeli, tamquam illi oratorium ædificaturus, eamque donationem inſinuauerit apud eos, quibus inſinuari neceſſe eſt: cogitur hoc opus, licet inchoatum non fuerit, vnà cum ſuis heredibus, perficere; ac perfecto, ea dare, quæ donatione continentur. Idem & in peregrinorum, & ægrotantium, & mendicorum vſui deſtinatis ædificiis obtinet: epiſcopis & œconomis facultatem habentibus eos conueniendi. Verum ſi hæc impleantur, fit adminiſtratio de illorum ſententia, qui hac liberalitate ſunt vſi, & ſecundum leges ab iis datas.

Deeſt in vulgatis. Contius hinc reſtituit.

XVI. Ea, quæ acciderant † in perduellione aduerſus Zenonem, præter ſuperiorum temporum auguſtas ſanctiones, de ſacerdotibus, & eccleſiaſtico ſtatu, abrogans hæc conſtitutio; priſtina re-

† Hinc manifeſto conſtat, ſolius Zenonis hanc eſſe conſtitutionem, oppreſſo Baſiliſco reſtituti.

nouat, & episcopum Constantinopolitanum habere præsidendi ius ante alios tradit.

Abest à vulgatis. Contius habet, sed corruptã, & male versam.

XVII. Priuilegia maioris ecclesiæ Constantinopolitanæ, ac venerabilium domorum, quæ sub ea administrantur & sustentantur, custodiuntur. Ceteræ vero ecclesiæ, & monasteria, & ptochia, & Xenodochia, & orphanotrophia eiusdem vrbis, & continentium eius, quæque subdita sunt ordinationi archiepiscopi eius, vel metropolitanorum, qui ab hoc ordinantur, & eorum, qui ordinantur à metropolitanis, rem aliquam soli, vel annonam ciuilem, non alienant; nisi sit vtilis ea venditio, vel hypotheca, vel permutatio, vel emphyteusis perpetua: hoc est, quum precium rei venditæ, vel mutuum sub hypotheca sumtum, cessurum est ad dissolutionem æris alieni, quod ex successione, vel alio quopiam vsu necessario venerabili domo incumbit, vel ad comparandum aliam rem magis necessariam, vel ad vrgentem domus venerabilis instaurationem; itidemque si permutatio fiat cum re magis necessaria, quæque reditum eò, quod datur, non minorem habeat; & si emphyteuses constituantur, absque deminutione reditus, aut quum omnino res ipsa sterilis est. Nam quæ ob sterilitatem damnosa sunt, donare atque aliis concedere possunt. Quod autem agitur, non aliter valet, nisi caussarum indicatarum vna in monumento expressa fuerit, Byzantii quidem, apud Magistrum census; in prouinciis vero, apud Defensores, propositis sacris scripturis: & in negotiis ecclesiarum, œconomis & clericis, qui ad vrbem sunt, præsentibus; in monasteriorum negotiis, abbates & ceteri monachi addesse debent; in ptochiorum, administrator,

ſtrator, eiuſque miniſtri, & ipſi pauperes; in xenonum, adminiſtrator, & vniuerſi, qui adminiſtrationi reperiuntur inſeruientes, ac ſimiliter in negotiis orphanotrophiorum: ita vt ratum ſit, quod pluribus placet, etiam epiſcopo illorum locorum, quibus in locis res fieri conſueuit, adſentiente: nec poſſit Magiſter cenſus, aut Defenſor, excuſare ſe; quo minus venerabilem domum, in qua eiuſmodi negotium contrahitur, indemnem ſuſcipiat; adeoque hi eam defendant. Etenim ex tranſgreſſione obnoxii ſunt pœnæ xx. librarum auri. Ac ſecundum hæc, inſtrumenta conficiuntur, mentionem facientia cauſſarum, & monumētorum confectionis, & nominis eorum, qui adfuerunt, & apud quem confecta ſint. Si vero ex indicatis aliquid neglectum fuerit, creditor quidem, & emtor, rem ipſam amittit, & creditum, & precia: qui autem accepit nomine permutationis, tam id, quod dedit, quam quod accepit, amittit: qui rem emphyteuſeos nomine ſuam ad vitam, vel donationem, vel ceſſionem prohibitam, accepit; tum id, quod accepit, tum quantitatem alteram, quanti eſt id, quod datum fuit, reſtituit. Habent autem locum, quæ dicta ſunt, tam in iis, quæ eccleſiaſtica; quàm quæ † religioſa futura ſunt. Quod ſi res mobiles exſtent, ſacris vaſis exceptis, eæque ſufficiant ad cauſſas indicatas: ceſſat neceſſariorum immobilium, atque panum tam alienatio, quam hypotheca.

† Hoc eſt, religioſis locis addicenda. Deeſt in vulgatis.

XVIII. Adſignat hæc conſtitutio maiori eccleſiæ Conſtantinopolis LXX. librarum auri reditum, in hunc finem, vt funera citra impenſam Conſtantinopoli curentur, ad nouos vſque muros, & in Blachernis. Nam † Sycæ, pars vrbis ſunt.

Contius hinc ſumſit. † Conſule Zoſimum libro II.

Aduersus transgressores, quinquaginta librarum auri pœnam in singulos statuit.

XIX. Donationes actis non insinuatæ, quæ ad quingentos vsque nummos fiunt in ciuitatem, vel ecclesiam, vel Xenodochium, vel nosocomium, vel orphanotrophium, vel ptochium, vel in ipsos pauperes, ratæ sunt. Reliquæ, licet in alias pias actiones fiant, indigent insinuatione; atque etiam hæ, quas diximus, si nummos quingentos excedant: exceptis donationibus imperialibus.

Hanc Cõtius hinc reposuit.

XX. Neque per sacram formam, neque de mandato præsidum, militares annonas ad religiosas domos, vel ad clericos transferre licet.

XXI. Qui non ex caussa redemtionis captiuorum sacra vasa, vel vestes emit, vel in hypothecam, vel pignus accipit: tam preciis, quam credito excidit. Res ipsæ vindicantur ab episcopis, & œconomis, & vasorum custodibus, tametsi conflatæ sint; earumque precia, si non exstent, per condictionem, vel in factum actionem, exiguntur.

XXII. Quæ ad religiosas domus ex curiali liberalitate perueniunt, lucratiuorum inscriptioni non subiacent.

XXIII. Si quid loco religioso, vel ciuitati, vel ad redemtionem captiuorum, mobile vel immobile, donatum fuerit; vel si hereditas, aut legatum, aut fideicommissum his relictum, vel quid ab eis emtum fuerit: actiones personales, & in rem, & hypothecariæ competunt, & sola præscriptione centum annorum excluduntur.

Contius hinc reposuit sed male vertit.

XXIIII. Ecclesia Constantinopolitana caput est aliarum omnium. Quæ iure colonario fit locatio, in rebus ecclesiasticis irrita est, vti quam ne lex quidem

quidem adgnoſcat. Si magiſtratus aliquis in actu Conſtantinopoli conſtitutus, per ſe ipſum, vel per ſubiectam perſonam, à maiori eccleſia rem ſoli conduxerit: quod actum fuerit, irritum eſt, & eccleſiæ dat æſtimationem ipſius rei. Similiter & œconomus. Quod ſi alio quoque modo perſuaſerit, aut coëgerit, vt ad ipſum res eccleſiaſtica perueniret: tum quod actum fuerit, irritum eſt; tum quod eo nomine datum alicui perſonæ pertinenti ad eccleſiam, reſtituitur eidem: ac tam ipſe præter indicata, pœnæ x x. librarum auri obnoxius eſt, quàm qui rem conceſſit: itemque is, qui aliquid accepit hoc nomine, vt contractus interueniente ipſius opera conficeretur, duplum dat eius, quod ipſi datum fuit. atque hæc omnia eccleſiæ addicuntur. Vltra x x annos res ſoli ab eccleſia non conducitur. Eccleſiaſtica prædia locupletibus dumtaxat in emphyteuſin concedenda ſunt, propter reſtitutionem prioris ſtatus; nec vltra perſonam eius, qui emphyteuſin accipit, ac duorum deinceps heredum: nec releuandum amplius ſexta illius canonis parte, qui tépore locationis ſeruabatur. Quod ſi damno rem ſequenti tempore quis adfecerit, expellitur, ac damnum præſtat. Si œconomi culpa interuenerit, vel ſi locauerit iis, qui ſoluendo non ſunt; ipſe damnum adgnoſcit.

X X V. Chartularii maioris eccleſiæ ne per ſubiectam quidem perſonam rem ſoli, quæ ipſius eſt, per conductionem, vel emphyteuſin, vel aliũm modum accipere poſſunt. Chartularii libello præeunte fiunt, qui patriarchæ & œconomi ſubſcriptionem habeat: ac ſi quem eorum vel clepere, vel aliis aliquid tradere, vel alioqui non idoneum

Contius hinc ſumſit, ſed more ſuo tráſtulit.

esse patuerit; patriarchę & œconomis licet, vt eum de catalogo chartulariorum summoueant. Fiunt autem ad scrinium Orientis, chartularii XV: ad diœceseos Asianæ, XVI: ad Ponti, XV: ad pensionum, XV: ad Thraciæ, VIII: ad Antiochi, VI: ad Calopodii, VI: ad expensarum, X: ad legatorum, IX: & ratione † consuetudinum accipiunt pro instrumentis emphyteuticis, quinquagesimas: pro locatoriis, & reliquis contractibus, centesimam. Quod si quis vltra numerum indicatum factus fuerit chartularius, loco mouetur, & ecclesiæ dat libras XV, quique fecit eum chartularium, libras XX. Oeconomi de sententia patriarchæ cum accurato scrutinio computent impēsam, quam emphyteutæ, cōductores, & administratores faciunt: quolibet œconomo de iis inquirēte, quæ ad commissam sibi administrationem pertinent; reliquis, ex scripto patriarchæ iussu, qui verbum hoc, RELEGI, ratiociniis subscribit. Quidquid absque huiusmodi obseruatione computatur, œconomi de suo præstant. Eius autem impensæ, quæ computatur, & pecuniarum, quæ inferuntur, chartularii centesimas accipiunt. Qui vero plus capit, & officio chartularii, & dignitate sacerdotali confestim excidit. Debent œconomi singulis mensibus, aut ad summum, pro binis rationes arcariis reddere. nam alioqui periculum incurrunt.

† h.e. sportularum.

XXVI. Si quis heredem scripserit dominum Christum, oratorii nomine non adiecto: eius loci ecclesia, quo in loco degebat defunctus, heres scripta videtur. Idem in legato & fideicommisso locum habet, & ad pauperes alendos confertur. Sin quid alicui sanctorum angelorum, aut martyrum

Contius integram reposuit, sed vitiosam et parum bene versam.

rum reliquerit, nulla domus mentione facta: siquidem eiusmodi domus est in illa ciuitate, vel eius territorio, relictum accipit: sin autem, domus in metropoli constituta capit. Quod si ne istic quidem eiusmodi domus est, ipsius loci ecclesiæ rem consequuntur, quibus ceteræ domus cedunt: extra quàm si probatum fuerit, defunctum aliud habuisse in animo, & aliud dixisse. Tunc enim ipsa rei veritas potior est eo, quod scriptum fuit. Sin certum locum expresserit, & in ciuitate, vel eius continentibus, plures eiusdem nominis domus inuentæ fuerint: siquidem ad aliquam harum maiorem adfectionem habebat, aut frequenter illuc itabat, illi ipsi relicta fuisse res videtur. At si nulla talis reperiatur, ea domus inter has relictum accipit, quæ magis est indiga.

TITVLI II. PARATITLA.

LIB. I. tit. I. constit. II. cuius initium, Nullus. Solis orthodoxam fidem colentibus episcopis ecclesiæ traduntur. *l. 2. C. de sum. trinit. in fin.*

Lib. I. tit. III. constit. X. cuius initium, Si quis. Qui vel impressionem, vel quamcumq; iniuriam ecclesiæ loco inferre conatus fuerit; capitali supplicio punitur. *l. 10. C. de epis. & cler.*

Lib. I. tit. III. constit. XIII. cuius initium, Si ecclesiæ. Qui ecclesiarum priuilegia violat, quinque librarum auri multam præstat. *l. 13. ibidē.*

Lib. I. tit. III. constit. XX. cuius initium, Si quis. Vbi clericus, vel monachus, vel diaconissa, vel solitaria, nullo condito testamento decesserit, nec eius hereditatem adierit ecclesia, vel monasterium, propterea quod esset adscripticius, aut libertus, aut curialis: si quas habet aduersus eum actiones *l. 20. eod.*

ecclesia, vel monasterium, aduersus heredes experietur.

l.22.eod. in medio. Lib. I. tit. III. constit. XXII. cuius initium, Si qua. Priuilegia per antiquas constitutiones ecclesiis concessa, rara sint.

l.26.eod. in medio. Lib. I. tit. III. constit. XXVI. cuius initium, Decernimus. Nec publicum aliquod ædificium, nec quod ad oblectamentum ciuitatis destinatum sit, a monachis aut clericis surripitor, vt sit ecclesia.

l.32.§.priuilegia. eod. Lib. I. tit. III. constit. XXXII. cuius initium, Omnes. Omnia priuilegia, quæ per antiquas constitutiones ecclesiis concessa sunt, rata sunto.

l.34.eod. Lib. I. tit. III. constit. XXXIV. cuius initium, Omnia. Priuilegia præstita ecclesiis, aut hominibus, aut rebus ecclesiarum, firma sunto.

Græca est constitutio, quam Cõtius integram posuit. Lib. I. tit. III. constit. XLIV. cuius initium, τῶν ἱερῶν κανόνων. Presbyter, aut diaconus, in matrimonio versari non possunt. Quamobrem si quis hoc fecerit, & vxori suæ res aliquas dederit, vel inter viuos donatione, vel in testamento: ecclesia, cui subest, eas ipsas sibi vindicat.

l.53.C.eod. Lib. I. tit. III. constit. LIII. cuius initium, Raptores. Res eius, qui diaconissam, aut virginem rapuit; ecclesia, cui subest, pleno dominio consequitor.

l.3.C.de episc.aud. Lib. I. tit. IV. constit. III. cuius initium, Nemo. Differit hæc constitutio, & exponit, qualibus a criminibus festum dierum Paschalium liberet.

l.1.C.de hæretic. Lib. I. tit. V. constit. I. cuius initium, Priuilegia. Hæretici ecclesiis indulta priuilegia sibi non vindicent. Nam solis orthodoxis ea conceduntur.

l.8.eod. Lib. I. tit. V. constit. VIII. cuius initium, Quicumque. Eutychianistarum siue Apollinarista-

rum

rum monasteria, ecclesiæ territorio addicentur.

Lib. I. tit. V. constit. X. cuius initium, Si quis. Nemo prædium orthodoxorum, in quo est orthodoxorum ecclesia, vel oratorium, in testamento, vel donatione, vel in suprema voluntate, vel alio modo alienet, aut det hæretico. *l.10.eod.*

Lib. I. tit. IX. constit. XII. cuius initium, Cælicolarum. Loca cælicolarum conuentibus adsignata, ecclesiis addicuntor. *l.12.C.de Iud.& cælic.*

Lib. I. tit. IX. constit. XVIII. cuius initium, Hac valitura. Exstructa Iudęorum vel Samaritanorum noua synagoga, ecclesiæ addicitor. *l.vlt.§. Quisquis. eod.*

Lib. I. tit. XI. const. V. cuius initium, Omnia loca. Sacra Carthagine loca, ecclesiis ab ipso imperatore donata, maneant eis inademta. *l.5.C.de pag.& sacr.*

Lib. I. tit. XII. constit. V. cuius initium, Denuntiamus. Nemo sanctissimis in ecclesiis, vel in aliis venerabilibus locis, in quibus vota concipiuntur, exclamationibus vtitor, vel seditionem moueto; vltimum inde supplicium formidans. *l.5. C. de his, qui ad eccl.*

Lib. I. tit. XIII. constit. † IIII. cuius initium, Iamdudum. Qui manumissus est in ecclesia, coram plebe ac episcopis, libertatem certam consequitur. *† hæc in nostris libris est l.1. C. de his, qui in eccl. manum.*

Lib. I. tit. XIII. constit. II. cuius initium, Qui religiosa. Quum in ecclesia quis, episcopo præsente, manumissus fuerit: ita liber fiat, atque si omnia in manumissione sollemnia seruata fuissent. *l.vlt.eod.* *† In nostris libris est l. 3. C. de feriis. sed supra quoque lex secũda est omissa.*

Lib. III. tit. XII. constit. † II. cuius initium, Omnes. Die dominico iudices omnes, & ciuitatum plebes, & artium cunctarum collegia, quiescant: agricolis vero liceat, vt operis suis intenti sint.

Lib. III. tit. XII. constit. v. cuius initium, Qua- *l.6.eod.*

draginta. In ieiuniorum quadragesima, nulla cognitio criminalis locum habeat.

l.7.eod.

Lib. III. tit. XII. constit. VI. cuius initium, Omnes. Quindecim diebus paschalibus,& die natali Christi,& Theophaniis,& cuiuslibet septimanæ dominica, & in memoria passionis apostolorum, spectacula cessent, & tribunalia, itemque præstationis annonarum compulsiones, & priuatorum debitorum exactiones.

l.5.C.de commerc. & merc.

Lib. IIII. tit. LXIII. constit. V. cuius initium, Cessante. Decani maioris ecclesiæ Constantinopolitanæ habent immunitatem: sed non fiunt vltra nongentos quinquaginta.

Non exstat in codice, nec apud Contium. l.11.C.de annon. & trib. lib. x.

Lib. VI. tit. XLVIII. constit. I. cuius initium, Si quando. Quum res debitoris creditores distrahunt, si precium solutum amplius esse fuerit inuentum, quàm ea summa sit, quæ ipsis debetur: id, quod superest, in archiuis ecclesiæ deponunto, vt quondam debitori seruetur.

*† id est, Thessalonicensis. *l.4. C. de priuil. dõ. Aug. lib. XI. tit. tamẽ LXXIIII. in editis.*

Libri X. tit. XVI. constit. XI. cuius initium, Id. Formæ publicorum tributorum, quæ apud Achiuos, atque etiam Macedonas exstat, insistendum est. Et quãuis hæc Macedonũ † ecclesia, remissionẽ [tributorum] est consequuta; propterea tamen aliena tributa sub nomine suo subleuare nõ debet.

**l 17. C. de erog. milit. annon. lib. XII. tit. XXXVIII. quæ heic citatur XXXVII.*

*Lib. XI. tit. LXXV. const. IIII. cuius initium, Absit. Etiam ecclesia instructionis itinerum, & pontium reparationis onus adgnoscat.

*Lib. XII. tit. XXXVII. const. XVII. cuius initium, Quum sæpe. Si deputati fuerint milites ecclesiæ cuipiam, ex alio loco translati; & annonarum præstatio in eo loco damnum det fisco: quæ ipsos arcessiuit ecclesia, damnum agnoscet.

Lib.

Lib.XII.tit. L.constit.XX.cuius initium, Nullus. Ne sanctissimæ quidem ecclesiæ tempore expeditionis ab angariis vel parangariis excusationem habeant.

l.21.C. de curs. publ. lib.XII.

Legito etiam publicatam post Codicem constitutionem inter nouellas ordine septimam, cuius initium & inscriptio, Lex de non alienandis vel permutandis rebus ecclesiasticis, & quæ sequuntur. Item † XLIIII, cuius inscriptio est, De rerum ecclesiasticarum immobilium alienatione ac solutione. Item † LII, cuius inscriptio est: Vt constitutio, quæ natos ex adscripticio & ingenua, vult esse liberos, intelligatur, & quæ sequuntur. Quippe reperies in illa quidem prima generaliter esse prohibitam omnem alienationem rerum ecclesiasticarum: emphyteusin vero dumtaxat esse permissam, ad duas vsq; personas, eius videlicet, qui emphyteusin accipit; & alterius, qui huius est heres. In quadragesima vero quarta, quod quum debita fiscalia vel priuata ecclesiis incumbunt, decreto interueniente res immobiles alienare possint. In LII deniq;, capite secũdo, inuenies agi de eo, quod oratoria permutationes inter se rerũ immobiliũ facere possint, modo de his decretum prius interponatur. Excipit autem & in hac constitutione, & in XLIIII, maiorem ecclesiam Constantinopolitanam, & omnem locum sacrum, sub ea positum.

† Editio Contii facit XVI.

† Contius LIIII, facit.

TITVLVS III.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, ET ORPHAnotrophis, & brephotrophis, & xenodochis, & ptochotrophis, & ascetriis, & monachis, & priuilegiis eorum, & castrensi peculio, & redimendis captiuis, & de nuptiis clericorum vetitis seu permissis.

l.1.C. de episc. et cleric. cum sequentib.

I. CLERICI, & eorum mancipia, nouis collationibus, aut metatis subiecti non sunt.

II. Clerici muneribus sordidis non sunt subiecti, neque negotiatorum præstationibus: quando ea, quæ ipsi adquirunt, alendis pauperibus cedunt. Nec item muneribus extraordinariis, nec perangariis, tam facultates eorum, quàm coniuges aut liberi, vel eorumdem vxores subiacent.

III. Clerici fiscalia prædiorum suorum, & transuectiones adgnoscunt.

IIII. Si † officiales, vel catholiciani, relicto ministerio cursus & primipili, contractis erga fiscum debitis, clerici facti fuerint: condicioni suæ, restituuntur. Si vero apud magistratum, per depositionem ipsius Officii constiterit, eos non esse ratiociniis vel ministeriis obnoxios, atque ipsi vitæ probabilis sint: absque dispendio facultatum suarum transferuntur. Quod si clam facti fuerint clerici, duas partes facultatum suarum concedunt liberis, aut liberis nullis exstantibus, propinquis: aut in horum defectu, sociis officialibus: ac tertiam partem sibi retinent.

† h. e. adparitores.

V. Si quis rapuerit, vel dumtaxat vxorem ducere virginem sacram adtentauerit: capitali supplicio punitur.

VI. Presbyteri, & diaconi, & exorcistæ, & lectores, & ostiarii, personalibus etiam muneribus eximuntur.

VII. Episcopus testimonium non dicit.

VIII. Presbyteri sine tormentis testimonium dicunt, ita tamen, vt ipsi litigatores eos actione falsi conuenire possint. Ceteri vero clerici secundum iuris ordinem testimonium dicunt.

IX. Quæ annum sexagesimum non excessit, non fit diaconissa.

X. Si

X. Si qui in ecclesia irruerint in episcopum, vel clericos, aut flagitiosum aliquid eo in loco, vel in † liturgia commiserint: ab omnibus publice accusantur, & capitali supplicio adficiuntur; licet episcopus ad facinus admissum conniueat. Si vero ii, qui irruunt, Officium ciuile numero superant: præses per publicas litteras milites arcessat.

† *cultu diuino.*

XI. In ecclesiis prædiorum & vicorum, pro illorum magnitudine, de numero ipsorummet, non aliunde, clerici fiunt; ita quidem, vt propriam capitationem, & onus fiscale conferant.

XII. Qui versatur in curia, si post interdictum fiat clericus: præsidis opera curiæ restituitur.

XIII. Qui per vim, aut simulationem, ecclesiarum priuilegia violat: quinque librarum auri multam soluit.

XIV. Qui episcopatu per arbitrium episcoporum deiectus fuerit, si quid egerit tumultuose, ac eumdem episcopatum inuadere voluerit: procul ab vrbe centum millibus eiicitur, nec imperatorem adeundi potestatem habet, vel impetrandi rescriptum: sed etiam si quod impetrauerit, non accipit; & qui auxilium eis tulerint, indignationem incurrunt.

XV. Si prohibita clericorum conuenticula priuatis in ædibus, de sententia dominorum habeantur: domus ipsæ proscribuntur.

XVI. Adscripticius inuito domino non fit clericus, atque etiam in prædio sub hac lege clericus fit, vt per ipsum dominum capitationem præstet, ac per subrogatum rus colat: ea immunitate ipsi rata manente, quæ certas capitationes ecclesiis relaxat. Et huic cōstitutioni si quod rescriptum aduersetur, non valet.

XVII. Clerici non habent aditum ad actiones publicas, vel quæ ad curias pertinent: nec qui parabolani vocantur, potestatem habent accedendi ad spectacula publica, vel ad curias, nec ad præsides: nisi litis propriæ caussa, vel quæ ad ipsorũ † cõmunitatem spectet. Si quis præter hæc fecerit, in perpetuum ex ipso collegio eiicitur, & supplicio competenti adficitur.

† h. e. corpus, vel collegium.

XVIII. Parabolani ex episcopi Alexandrini arbitrio fiunt, qui non sunt in dignitate constituti, vel curiales: & confectorum morbis curam gerere debent, eiusque Papæ iussis obsequi.

Vbique scribitur, parabalani.

XIX. Sacerdotes & clerici matribus dumtaxat suis, & filiabus, & sororibus, & antea secum matrimonio copulatis cohabitent.

XX. Si presbyter, vel diaconus, vel diaconissa, vel subdiaconus, vel clericus, vel monachus, vel monastria, nullo condito testamento decesserit, nec habeat adscendentes, aut descendentes, aut propinquos, aut vxorem: ecclesia sua, vel monasterium ei succedit. Eidem, si sit adscripticius, dominus; si libertus, patronus; si curialis, curia succedit: ita vt ecclesiis & monasteriis actiones, quas aduersus defunctos ratione negotiorum gestorum habebant, reseruentur.

XXI. Episcopi, & presbyteri, & diaconi, & illustres, per substitutos, periculo facultatum suarum, obire munera curialia possunt.

XXII. Qui per calumniam, exhibitionis caussa, apud iudicem competentem accusat episcopum; dat auri triginta libras. Confirmat etiam hæc constitutio priuilegia ecclesiastica. Item si clericus aut monachus Constantinopolim adierit religionis

religionis caussa, vel ob aliquod negotium ecclesiæ, sine litteris episcopi sui: non putatur esse clericus aut monachus.

XXIII. Eutychem reiicit hæc constitutio, & Flauiani memoriam recipit.

XXIV. Ratum est, quod pauperibus relinquitur; nec incertarum personarum ratione infirmatur.

XXV. Clerici Constantinopolitani, quum actores apud patriarcham eos conuenire nolunt, apud solos præfectos prætorio litigant; siue sint actores, siue rei, tam de suis, quam ecclesiasticis negotiis, & ciuiliter, & criminaliter. Et clerici quidem Oeconomum, vel Defensorem ecclesiæ, non alium, fideiussorem præbent, vsque ad L libras auri. Quam summam si lis excedat, pro residua quãtitate cautionem, nullo interueniente iuramento, præstant. Nam & leges, & canones clericum vetant iurare. Quum œconomus conuenitur, nullum dat fideiussorem. Ac tam ipse, quam ceteri clerici, duos numos pro commonitione, ac procuratoris institutione dant, & reliquas etiam litis expensas parcius erogant.

XXVI. Nullus in locum publicum, vel publicis deputatum spectaculis, crucem vel martyrum reliquias inferat: sed in ecclesias, ex episcoporum arbitrio.

XXVII. Qui militiam, vel officium, vel munus aliquod impleuit, recte fit clericus, cuicumque condicioni subiectus sit: actionibus quæ aduersus ipsum, & facultates ipsius competunt, reseruandis. Excipiuntur primipilares, qui perpetuo obligantur.

XXIIX. Quod in redemtionem captiuorum relinquitur, ratione incertorum non fit irritum. Ac siquidem testator expressit eum, qui negotio subseruire debet: is ipse relictum exigit, & pro conscientia sua quod ordinatum est, implet. Sin personam non expressit, episcopus ciuitatis originalis testatori, donationem relictam accipit, & apud prçsidem actis interuenientibus quantitatem datarum sibi pecuniarum manifestat, itemque anno exacto tam redemtorum numerum, quam ab se data precia. Quod si testator natione barbarus erat, ac de ipsius ciuitate dubitatur: episcopus eius loci, quo in loco diem obiit, accipit pecunias, & quod ordinatum fuit, implet. Si cui de legato relicto constat, recte facit, si præsidi & episcopo rem indicat, nec propterea delator est.

Contius pleniorem dedit.

XXIX. Apocrisiarii dumtaxat e monasteriis prodire possunt, & ciuitates ingredi. Verum si constiterit, eos per dogmata, vel aliquo consilio simpliciores perturbare, secundum leges castigantur.

XXX. Tam qui largitione interueniente fit episcopus, quam qui pecuniam accipit, vt eum ordinet, vel eligat, deponitur, & infamia perpetua notatur.

XXXI. Orphanotrophi Constantinopolis vicem obtinent tutorum & curatorum, absque fideiussionibus, tam in litibus, quam aliis caussis: & tabulariis præsentibus, aut interuenientibus actis, heic quidem apud Magistrum censuum; in prouinciis autem, apud præsides: aut defensores, accipiunt res pupillorum, & custodiunt; aut çstimatione facta distrahunt, quod facile corrumpantur; aut

aut etiam ratione fœnoris, aut ob aliam iustam caussam. Non sunt autem curatoriis aut tutelaribus ratiociniis obnoxii.

XXXII. Episcopi, & clerici, & monachi, non propelluntur aliò; sed apud pręsides prouinciarum suarum conueniuntur. At si Constantinopoli reperiantur, apud solos præfectos prætorio in ius vocantur, vbi & honor eorum saluus est, & aduocatos accipiunt. Quum in prouinciis suas ob caussas conueniuntur, dumtaxat ecclesiæ defensores, vel œconomos dant fideiussores. At quum apud præfectos prætorio ciuiliter conueniuntur, vel alios dant fideiussores, vel cautiones sub facultatum suarum obligationibus præstant. Ecclesiasticarum caussarum nomine solus œconomus conuenitur, quem ab episcopo constitui oportet: atque is ecclesiæ defensorem dat fideiussorem. Et in minoribus quidem iudiciis episcopi & clerici pro commonitione non amplius, quàm vnum numisma dant exsequutoribus. At si per exsequutorem præfectorum prætorio, de horum sententia, commoniti fuerint in prouinciis: non amplius quàm duos numos sportularum nomine dant: heic vero, clericus extraneus dat vnum numum sportularum nomine, quantamcumque ob summam conueniatur. Exsequutor, qui quemcumque clericum adficit contumelia, vel impulsione molestat, cingulum amittit, & vltimo supplicio punitur. Firma vero venerabilium domorum priuilegia sunt, & nec ipsæ, nec earum administratores, vel episcopi, vel clerici, vel monachi, qui orthodoxi sunt, extraordinariis sordidisue muneribus sunt obligati. Quod si constiterit, quosdam eos iniuste

conuenire: dant eis, ex ipſorum priuilegiò, omnes litis occaſione prouenientes expenſas.

XXXIII. Epiſcopi & clerici orthodoxi, quidquid in clericatu adquiſiuerint, licet adhuc filiifamilias ſint, ſibi vindicant, nec conferunt: ſed poteſtatem habent, vt id tum viui alienent, tum ad extraneos, & deſcendentes, condito teſtamento, tranſmittant.

XXXIV. Hæc conſtitutio confirmat imperatoria, & prȩſidalia, & a conſuetudine profecta priuilegia venerabilium domorum, & perſonarum, quæ ſub orphanotrophio Conſtantinopolitano ſunt: eidemque concedit omnia priuilegia, quæcumque nunc habet, vel eſt habitura maior eccleſia Conſtantinopolitana.

Hanc Cõtius hinc ſumſit.

XXXV. Qualibet ciuitas ſuũ habeat epiſcopum. Ac tametſi quis per diuinũ reſcriptum auſus fuerit, alicui ciuitati ſuum epiſcopum, vel ciuitatis cõtinentia, vel quod aliud ius auferre: facultatibus ſuis ſpoliatur, & infamia notatur. Excipitur autem Tomenſium Scythiæ ciuitas. Nam eius epiſcopus ceterarum quoque curam gerit. Præterea Leontopolis Iſauriæ ſubeſt epiſcopo Iſauropolitano.

XXXVI. Adſcripticii, qui ſine cõſenſu dominorũ clerici fiunt, vel ſolitariam vitam amplectuntur, perinde ſunt eis obligati, atq; ſi nihil tale actũ eſſet. Seruus autem, ne de domini quidem ſententia clero accenſetur, niſi prius manumiſſus fuerit. Omnes vero tum epiſcopi, tum clerici, atq; monachi, apud præſides reſpondent, ac ſi quidem accuſentur, ad tribunal veniunt, non iudex ad ipſos.

XXXVII. Serui, qui volentibus dominis ſolitariam vitam amplexi ſunt, efficiuntur liberi. Sin

illac

illac exercitatione relicta, ſeſe aliã ad condicionem contulerint: ad ſeruitutem denuo reuocantur.

XXXIIX. Qui monaſteria ſua relinquũt, res mobiles, quas adtulerũt ad ea, nõ recipiunt, cuiuſcumq; ſint quãtitatis, etiãſi de his monumentorũ geſta nõ cõfecta ſint. At vero in rerũ ſoli donationib. ea ſeruãda ſunt, quæ legib. ſunt recepta. Quippe nõ perimitur ei, qui donauit, harũ euictio. Non debẽt epiſcopi vel clerici quoſquã ad fructus offerẽdos, vel prꝺſtãdas angarias cogere, vel alio modo adficere iniuria, vel ſegregare, vel anathemati deuouere, vel cõmunionẽ denegare, vel ob hæc non baptiſſare, licet eiuſmodi conſuetudo inualuerit. Trãſgreſſor ab eccleſia ſummouetur, & ab eius adminiſtratione; ſimulq; libras decẽ ſoluit. Hæc vero valẽt in vrbe dũtaxat imperatoria, & illius territorio, & iis locis, quæ ad metropolitanos, quotquot ordinantur a patriarcha, vel illos ad epiſcopos pertinent, qui ab hiſce metropolitanis conſtituuntur.

Contius hinc ad verbum ſumſit.

XXXIX. Monaſteria ſubſunt epiſcopis territoriorum ſuorum. Et abbatum quidem inſpectores, ſunt epiſcopi: monachorum vero abbates. Nec quiſquam fit abbas duorum monaſteriorum.

Hæc quoque Paratitulorum libro debetur.

XL. Non magiſtratus Conſtantinopolitani, non eccleſiarum defenſores, ſed dumtaxat Magiſter cenſus ſupremas voluntates inſinuat: violatore legis quinquaginta librarum pœna multando.

XLI. Decreta in epiſcoporũ electione fiunt ab iis, qui ciuitatem incolũt, pro trib. perſonis, orthodoxis, & honeſtæ vitæ, nec vllos habẽtibus liberos aut nepotes. Quæ poſt initiũ epiſcopatum adquiſita ſunt, epiſcopus alienare nõ poteſt, vel de iiſdẽ teſtari; niſi quæ a parẽtibus, aut patruis & auunculis,

Hæc lex, et ſequentes vſque ad 48, Græce tãtum exſtant apud Contium, & heic epitomata.

aut fratribus ad eum peruenerint:ſed ad eccleſiam ipſius pertinent,ac poſt ipſius obitum rationes de rebus eiuſmodi ab œconomo exiguntur. Quæ vero ante epiſcopatum habuerunt,& alienant,& teſtamenta de iiſdem condunt. Oeconomus exploratione interueniente conſtituitur, & quotannis adminiſtrationis ſuæ rationes apud epiſcopum deponit, & ſi quid eum damni dediſſe, vel eſſe lucratum conſtiterit,reſtituit. Quod ſi defunctus ante rationes redditas fuerit,heres eius reddendis iis eſt obligatus. Quæ dicta ſunt de pertinentibus ad epiſcopos, locum etiam habent in adminiſtratoribus xenonum, noſocomiorum, ptochiorum,orphanotrophiorum,brephotrophiorum.Quę poſt neceſſarias expenſas ſuperant,ad emendos reditus conferuntur. Quilibet horum vniuerſæ adminiſtrationes ſuę rationes ſucceſſori ſuo reddit. Si per largitionem quiſpiam factus fuerit epiſcopus, aut chorepiſcopus,aut viſitator,aut clericus, aut œconomus, aut eccleſiæ defenſor, aut xenodochus, aut noſocomus, aut prochotrophus, aut qui præfectus mendicis dicitur:tam ipſe, quàm qui accipit pecuniam,a ſacerdotio,& adminiſtrator a curatione ſua remouetur.Clerici,qui per ſeipſos non pſallunt odas nocturnas, matutinas, & veſpertinas,& citra reprahenſionem cultum diuinum non implent, a clericatu ſummouentur, & in eos inquiritur, ab epiſcopis, & duobus primis preſbyteris,& vicario, & cuiuſuis eccleſiæ defenſore. Vnusquiſque, qui ſcit horum aliquid violari, rem deferre poteſt.

XLII. Epiſcopus in quocumque negotio, citra iuſſionem imperatoriam, Conſtantinopolim

ne

ne proficiſcitor; ſed apocriſiarios mittito. Qui ſecus facit, indignationem incurrit, & ſegregatur.

XLIII. Non cohabitent vnà monachi & monaſtriæ, ſed habeant monaſtriæ ſenem vnum, ab epiſcopo deputatum apocriſiarium, & ad participationem ſacræ communionis vnus preſbyter, & vnus diaconus eis dandi ſunt, qui honeſtæ vitæ ſint, nec cum eis conuerſentur aut cohabitẽt. Qui vero in hæc non inquirit, nec ea corrigit, epiſcopus; epiſcopatus amittendi periculum incurrit.

XLIIII. Si presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus, matrimonium contraxerit; & pœnæ canonum eſt obnoxius, qui non minus, quàm leges, valent; & ſacerdotium amittit. Quinetiam liberi, velut ex inceſtis & nefariis nuptiis procreati, neque ſpurii ſunt, neque per ſucceſſionem, aut donationem, aut mutuum fictitium, aut aliam obligationem, quidquam a patribus vel ipſi, vel eorum matres accipiunt: ſed eiuſmodi res ſibi eccleſia ipſorum vindicat.

XLV. Si quispiam fecerit diſpoſitionem, per inſtitutionem, aut legatum, aut fideicommiſſum, aut mortis cauſſa donationem: is qui rem curare iuſſus eſt, cogitur per epiſcopum, etiamſi hoc prohibitum epiſcopo ſit per teſtatorem, prouidere; vt, ſiquidem iniuncta fuerit ei eccleſiæ exſtructio, intra triennium eam abſoluat: ſi vero xenon, intra ſpatium anni. Sane poteſt etiam domus aliqua conduci, ad componendos in lectis ægros; donec ipſum opificium impletum fuerit. Quod ſi qua ſemel ad pias cauſſas dare iuſſi fuerint, ea præſtare confeſtim coguntur, vbi primum publicatum teſtamentum, & ipſi hereditatem atque legatum

fuerint adepti, Quod tempus vbi præterierit, relictum episcopus exigit, vna cum fructibus & accessionibus, inde vsque a tempore mortis eius, qui testamentum condidit; & structuras ecclesiarum, xenonum, gerontocomiorum, vel orphanotrophiorum, vel nosocomiorũ, vel ptochiorum perficit; aut captiuorum redemtionem, aliasue pias actiones procurat: & administratores horum instituit, si defunctus eum, qui administrare debeat, disertis verbis non expressit. Sin eum nominauit, potestatem habet episcopus, vt male se gerentem remoueat, & alium instituat. Sin aliquis iussus ac molestatus ab episcopo, præsidum interpellationem exspectauerit: rei testamento relictę duplum præstat. Quod si episcopi negligentia interueniat, metropolitanus impleri, quod testamento dispositum est, cogit; vel eius diœceseos archiepiscopus: atque adeo ciuium quilibet ex lege condicticiam habet. Si vero heredes post obitum suum, hoc ædificium struere iussi fuerint: tempus indicatum ab eorum obitu numeratur, & ipsi præsides opus absoluunt. Si quod legatum annale relictum fuerit, aut donatum venerabilibus locis, aut clero, aut monachis, aut monastriis, aut pauperibus, & simpliciter religiosis, vel non prohibitis corporibus: de eo transigere non licet, nisi datus fuerit opimus reditus, nec fiscalibus oneratus, cum adpendice, non minus quartą parte puri reditus habente; qui denique numquam alienari possit. Atque hęc tum pacta, tum transactiones, hoc nomine per scripturam fieri debent, & apud acta insinuari. Si quid secus factum fuerit, aurum solutum amittit is, qui transegit; & ipsam rem locus religiosus vindicat,

retinens

retinens interim obligatas sibi res testatoris, tam legatorum respectu, quam fructuũ, & redituum, & omnis accessionis legitimæ. Nec præscriptio longi temporis opponitur huic actioni, quum quotannis nascatur.

XLVI. Abbas per electionem, habita exercitationis & administrationis ratione, a reliquis monachis, vel a pluribus, propositis euangeliis, episcopi adprobatione interueniente, instituitur. Idem fit in † præfecta monastriarum siue ascetriarum. Ceterum si primi ad præfecturæ munus idonei reperiantur, potiores sunt illis, qui eos sequuntur.

† h. e. abbatissa.

XLVII. Si quis vxorem & liberos habens, fit episcopus: nõ amplius ipse in episcoporũ erit numero, & qui eum ordinauerit, episcopatũ amittit.

XLVIII. Recte ac vtiliter captiuos quis heredes scribit, ac hereditatẽ episcopus & œconomus ciuitatis, in qua domiciliũ habuit, accipit; & in captiuorum redemtionẽ expendunt vel ipsarum rerũ precia, vel immobilium reditus, nihil retinentes iure Falcidico. Iidem nomine debitorũ & agunt, & cõueniuntur. Pauperes etiam recte quis scribit heredes, ac si distincte nõ adiecerit, quosnã intelligat: eiusdem ciuitatis xenodochus illas res accipit, & ex ipsarũ distractione reditum cõparat. Sin plures in ciuitate sunt xenones, magis inops hasce res accipit, discutiẽte caussam episcopo, & subditis ei clericis. Quod si nullũ ciuitas xenonem habet, per episcopum vel œconomũ res distribuũtur in pauperes, vel alioquin egenos, nulla Falcidiæ ratione habita. Sin ad manifestum, non incertum ecclesiæ nomen, vel religiosæ domus, respiciendo reliquit: ea ipsa legatum accipit, nõ interueniente Falcidia

XLIX. Episcopi,& presbyteri, & diaconi, peculium quasi castrense habent, ac de hoc legitime testantur: nec ipsorum testamentum inofficiosi querelæ subiacet.

L. Etiam clerici recte in instrumentis fori præscriptioni renuntiant. Quippe generaliter cuiuis licet, vt ea, quæ pro se faciunt, negligat.

LI. Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, & monachi, licet ordinationem nullam habeant, immunes sunt ab omni tutela & curatione: ea tamen lege, si ecclesiis & monasteriis suis vacent, nec diuinum cultum negligant.

Hæc est epitomata. Contius habet integram.

LII. Curialis & adparitor si factus fuerit episcopus, aut presbyter, loco mouetur; licet antea clericus esset: & factus priuatus, muneri suo restituitur. Sin ab impuberi ætate solitarius fuit, ac in eo perseuerauit: & presbyter fit, & episcopus, & archimandrita, & a munere suo liberatur: ita quidem, vt curialis quartam patrimonii sui partem det curiæ, ac fisco: adparitor vero, tantumdem fisco dumtaxat. Qui autem præter leges ordinatus fuerit, deponitur. Si quis, quum clericus sit, vel armatæ militiæ se dederit, vel a clericatu remotus, militauerit: extemplo fit curialis ciuitatis suæ, vel alicuius alterius, ad vnam vsque prouinciam, siquidem ipsius patria multos habeat decuriones. Sin latitat, facultates eius decuriones adpræhendunt, earumque semissem ipsi accipiunt in reditu, vel existente, vel comparando: altera semissis mensæ præfectorum prætorio infertur. Idem etiam in monacho locum habet, si quomodocumque militauerit, aut dignitatem adeptus sit, aut in iudiciis versetur. Si quis grauatus fuerit fideicommisso, vel

vel ſubſtitutione, ex cauſſa non exſtantium liberorum, ac propter exercitationem monaſticam matrimonium contrahere non voluerit: manet in eodem ſtatu, ac res ipſas retinet, eaſque ſuperſtes expendit, vel teſtamento relinquit, pro lubitu ſuo, pias tamen ad cauſſas. Quod ſi etiam ſub condicione procreandorum liberorum eis aliqua legata fuerint, retinent ea, tametſi nullos procreant liberos. Idem obtinet etiam in feminis virginitatem profitentibus, & in clericis, qui matrimonium contrahere prohibentur. Si coniugum alteruter ſolitariæ vitæ ſe dederit, alter repudium ei mittit, & locus eſt pactis in caſum mortis, ac lucrum inde proueniens reſeruatur communibus ex eodem matrimonio liberis, ſi quidem ea perſona, quæ lucrum illud acceperit, ad ſecundas nuptias non acceſſerit, & ipſa mulier annum vnum innupta maneat.

LIII. Licet parentibus, & fratribus, & curatoribus virginum ac diaconiſſarum, quique præſunt choris Deo vacãtibus, vt earum raptores, & illos, qui tempore inuaſionis auxilium eis præbent, in ipſo facinore interficiant. Sin effugiunt, perquirunt eos, Conſtantinopoli quidem, præfecti prætorio, & præfectus vrbi: in prouinciis autem, magiſtratus vniuerſi, tam ciuiles, quam militares: & probatione ſequuta, nulla fori pręſcriptione vtentes extremo ſupplicio adficiunt: ac bona raptoris, & eius, qui (ſicuti dictum eſt) auxilium illi præbuit, accipit ipſum monaſterium, vel aſceterium; ita tamen, vt ea, cui vis illata fuit, ex iis ibidem alatur. Sin violata dumtaxat eſt diaconiſſa, non aſcetria, vel monaſtria: proprietatem illorum bonorum

† h. e. alimenta, id est, vsumfructum.

ecclesia ipsius accipit; ipsa vero, † suffragium. Qui autem aliter eis auxilium præbuerint, vel ministri fuerint, vel cōscii, vel susceptores, vel opem quamcumque tulerint: vltimo dumtaxat supplicio subiacent. Est autem locus his, quæ dicta sunt, etiamsi mulierum indicatarum aliqua volēs peccauerit.

LIV. Si quis ex sponsis solitariam vitam elegerit, arræ simplæ restituuntur, nec quidquam præter has amittitur. Et in iis, qui matrimonium contraxerunt, casus post mortem locum inueniunt. Non licet parentibus impedire liberos, qui vitam solitariam amplecti, vel clerici fieri volunt; nec illa sola de caussa potestatem habent exheredandi: sed si testamentum condiderint, tres vncias eis relinquere coguntur: sin nihil omnino disposuerint, locus est successioni ab intestato. Quod si ecclesias ipsi, vel monasteria reliquerint, ac mundani facti fuerint: omnia ipsorum iura pertinent ad monasterium, vel ad ecclesiam. Si Christianus Iudęo, vel hæretico, vel pagano seruierit: libertatem adipiscitur. Sed & si quis necdum Christianus, ad orthodoxam fidem accedat; licet postea dominus etiam fidem Christianam amplexus fuerit: nihil pro eius precio consequitur: violatore legis nō solum multæ pecuniariæ, verumetiam vltimo supplicio subiacente.

Hæc vere lex est 55. non 56. h. t. Contii errorem in notis nostris indicamus.

LV. Iis, quæ sancita sunt in extremo capite cōstitutionis XLV, tituli præsentis, adiicit hæc constitutio; vt quæ nomine transactionis aut venditionis rei, quæ perpetuo relinquitur, cuiusmodi leges annalia vocant, præter vim dictæ constitutionis data sunt, religiosæ domui addicantur; & vt ei, qui dedit, obligatus is sit, qui cum ipso contraxit; & heredes

heredes contrahentis alteri de suo, quæ data sunt, præstent.

PARATITLA TITVLI III.

LIB. I. tit. I. constit. III. cuius initium, Sancimus. Episcopus, vel clericus, qui Nestorianus est, ex ecclesia eiicitur. *l.3.C.de sum. Trinit.*

Lib. I. tit. I. constit. IIII. cuius initium, Nemo. Clericus, qui publice de fide disceptationem instituit, a sacerdotio remouetor.

Lib. I. tit. II. constit. VI. cuius initium, Omni. Etiam in Illyrico prisci canones ecclesiastici seruantor: vt quum ecclesiasticum aliquod dubium emerserit, fide archiepiscopi Constantinoplitani, synodo conueniente, decidatur. *l.6.C.de sacr.eccles.*

Lib. I. tit. II. constit. XII. cuius initium, Priuilegia. Quæ ex publico perueniunt ad sanctissimas ecclesias ratione pauperum, sine dubitatione ac imminutione debent eis præstari, quibuscumque tamdem in speciebus sint. *l.12.C.eod. cum seq.*

Lib. I. tit. II. constit. XIII. cuius initium, Generali lege. Mulier Deo consecrata, & vidua, potest ecclesiæ, vel monasterio, vel clero, vel pauperibus, in testamento, vel in codicillo, quidquid omnino vult, relinquere.

Lib. I. tit. II. constit. XIV. cuius initium, Iubemus. Oeconomus, qui rem immobilem ecclesiæ Constantinopolitanæ, vel annonas ciuiles, vel colonos alienat, ab œconomi officio remouetur.

Lib. I. tit. II. constit. XV. cuius initium, ... Si quis nosocomium, vel ptochium, vel xenodochium, modo donationis, exstructurum se promiserit: rem implere cogitur, episcoporum qualibet in ciuitate, atq; œconomorum interueniente prouidentia.

Lib.I.tit.II.constit.XVI. cuius initium, Decernimus. Vult hæc constitutio, vt clericorum & monachorum priuilegia firma maneant.

Aliam huius constitutionis epitomen supra titulo II posuit.

Lib.I.tit.II.constit.XVII. cuius initium, Sancimus. Hæc constitutio statuit de alienatione, & permutatione, & hypotheca, & emphyteusi, & donatione rerum pertinentium ad sanctas Constantinopolis ecclesias, & ad martyria, & monasteria, & xenodochia, & ptochia, & orphanotrophia eius, & ad episcopos, qui ordinationem ab ea consequuntur; & ad eos, qui a metropolitanis ciuitatum ipsius ac regionum ordinantur. Quapropter illam legito, ad verbum declarantem, ac plene sancientem, quando, & quomodo, & quibus ex caussis, & quibus cum litteris, & quo pacto, & apud quos fiant alienationes, vel emphyteuses rerum ad eadem loca pertinentium. Nam ex ea cognosces etiam, de quibus hæc sanciat rebus. Neque te lateat, quod in emphyteusi eadem valere iubeat in rebus ad maiorem ecclesiam Constãtinopolitanam pertinentibus, quæ statuit & de rebus ad alia indicata loca pertinentibus. Excipit autẽ ab hac lege constitutio, † anathemata sacra. Et ex ipsius verbis nota, quod sola dicat non alienanda sacra donaria.

† h.e. donaria, vel vasa sacra.

Lib.I.tit.II.constit.XVIII. cuius initium, ἡ μεγάλη. Ecclesia maior Constantinopolitana pro iis gratuito sepeliendis, qui moriuntur, LXX libras auri ex augustali liberalitate accepit.

Lib.I.tit.II.constit.XIX. cuius initium, Illud. Qui donationem vsque ad quingentos numos in xenodochium, vel nosocomium, vel orphanotrophium, vel in ipsos pauperes facit, actorum monumentis non indiget.

Lib.

Lib.I.tit.IIII.constit.IIII. cuius initium, Mima. Quæ scortatione simplici peccat, nequaquam habitu perpetuæ virginis aut diaconissæ vtitor.

l.4.C.de episc. aud. cum seq.

Lib I.tit.IIII.constit.II.cuius initium, Si clericus. Si clericus ante sententiam definitiuam adpellauerit, L libris argenti multatur: quæ pauperibus per fidelissimum quemdam distribuentur.

Lib.I.tit.IIII.constit VI. cuius initium, Addictos. Nullus clericus, vel monachus, vel qui synodita vocatur, condemnatum rapiat vel detineat. Sin præter sancita, damnatum rapuerint: a præside pro dignitate puniuntor. Quod si magnam clericorum manum, & copiis suis superiorem præses viderit: ad imperatorem de ipsis referat, vt conueniens eis pœna irrogetur. Nec eorum locorum episcopus expers est culpæ, quibus in locis a clericis aut monachis peccatum fuerit. Nam ab ipso castigari debent horũ omnia delicta, quandoquidem ipsi, quum admittuntur, repræhensionẽ adferunt.

Lib.I.tit. IIII. constit. IX. cuius initium, Iudices. Debet episcopus eorum curam gerere, qui sunt in custodia: & siquidem eos negligi viderit, præsidem prouinciæ de hoc moneat.

Lib.I.tit.IIII.constit.X.cuius initium, Mathematicos. Tradant mathematici libros erroris sui episcopis, vt in oculis eorum concrementur, atque ipsi hoc modo Christiani fiant.

Lib.I.tit.IIII. constit.XII. cuius initium, Si lenones. Si quis filia, vel mancipio suo, ad lenocinium fuerit abusus: licet eis, quæ ita coactæ prostituuntur, episcopum adire, atque hoc modo ab eiusmodi misera necessitate liberari.

Lib.I.tit.IIII.constit.XIII. cuius initium, De-

cernimus. Qui litem habet aduersus clericum, inuitus haud cogitur, vt apud episcopum Constantinopolitanum litiget.

Deest in editis Contius aliam epitomen posuit.

Lib. I. tit. IIII. constit. XVIII. cuius initium, Θεσπίζομεν. Quum miles queritur de bonitate specierum, quæ ipsi annonarum ratione præbentur; episcopus curã eorum gerere debet, qui tributa cõferunt; neq; permittere, vt a militibus vexentur.

Lib. I. tit. IIII. constit. XIX. cuius initium, Iubemus. Episcopi & clericorum suffragio defensor constituitor.

Lib. I. tit. IIII. constit. XXI. cuius initium, Si præses. Quum locum habet exceptio non numeratæ pecuniæ, nec præses adest: potest aliquis accedendo ad episcopum, tempus interrumpere.

Lib. I. tit. IIII. constit. XXII. cuius initium, Οὐδένα. Religiosissimi quouis in loco episcopi, vno septimanæ cuiuslibet die, vel feria quarta, vel in parasceue, custodias perscrutantor.

Deest in editis. Contius habet. sed heic omissum ab eo legis caput exponitur.

Lib. I. tit. IIII. constit. XXIII. cuius initium, Ἰδιωτικάς. Si quis in carcerem priuatum coniectus fuerit, religiosissimorum episcoporum cura ex templo e custodia dimittitor. Nota, quum hoc negotium segniter procedit, episcopum rem ipsam deferre debere ad eum, qui pro tempore præpositus fuerit rebus sacris priuatis. Quippe ni fecerint, inquit, non modo circa solum patrimonium; verumetiam circa salutẽ ipsam periculũ incurrent.

l. 2. C. de heretic. & manich. cũ seq.

Lib. I. tit. V. constit. II. cuius initium, Omnes. Hæreticorum episcopi nullam fidem, quam non habent, doceant.

Lib. I. tit. V. const. VIII. cuius initiũ, Quicumq;. Episcopi, qui Eutychis & Apollinaris dogmata sectantur,

ctantur, neque diaconum, neq; presbyterum, neq; (simpliciter loquẽdo) vllã ordinationẽ instituant.

Lib. I. tit. V. constitutio X V I I I. cuius initium, τῆς αἱρετικῆς. Vt aduersus hæreticos promulgata seruentur, episcopis curæ esto. *pars vltima l. 12. C. d. t.*

Lib. I. tit. V I. constit. I. cuius initium, Antistitem. Episcopus, qui iam baptissatum rebaptissare fuerit ausus; ordinatione sua excidat. Hoc enim cum præceptis apostolicis pugnat. *l. 1. C. ne sanct. baptis.*

Lib. I. tit. V I I. constit. V I. cuius initium, Eos, qui. Clerici vel monachi orthodoxæ religionis, si ad Apollinaris vel Eutychis dogmata transierint; acerbe puniuntur, & in exsilium extra solum Romanum pelluntur. *l. vlt. C. de apostat.*

Lib. I. tit. I X. constit. X V I I I. cuius initium, Hac victura. Episcopus ciuitatis non dedignetur apud defensores ciuitatum litigare. Nam hoc illi ius habẽt, vt de cõtrouersiis episcoporũ cognoscere possint. Nota, hoc colligi† ex distinctione contraria. *†nimirum hoc modo. Iudæus nõ potest fieri defensor, ne iudex sit episcoporũ. Ergo alius defensor iudicare potest episcopos.*

Lib. I. tit. X I. constit. I X. cuius initium, προστάττομεν.* Episcopi paganorum impietatem resecare debent, & de his præsidi prouinciæ indicare. **Hæc legis particula non legitur apud Contium.*

Lib. I. tit. X I I. constit. I I I. cuius initium, Pateat: Armatos cõfugas necesse est arma deponere. Si nõ obtemperauerint, neq; cesserint exhortationi episcopi, & clericorum, & promissæ securitati, cum præstatione iurisiurandi: ne sic quidem eos inconsulto episcopo licet abstrahere. *l. 3. C. de his qui ad eccl. apud Contium.*

Lib. I. tit. X I I. cõst. V I. cuius initiũ, Pręsenti. Clericus, quẽ suspicio est habere res eius, qui ad ecclesiã cõfugit: episcopo rationẽ cõscientię suę reddat. *l. 6. §. Quũ autẽ eod.*

Lib. I. tit. X I I I. const. I. cuius initiũ, Iamdudum. Episcopi vice testiũ subscribã instrumẽtis eorum, qui in ecclesiis manumittuntur. *l. 1. C de his qui in eccl manumitt.*

Lib. I.tit.XIII.constit.II.cuius initium, Qui religiosa. Clericus siue in ecclesia, siue in testamento, quibuscumque verbis seruum manumiserit: ciuem Romanum efficit, ac directam libertatem ei tribuit, quæ competit ex die publicatorum testamentorum. Et eiusdem tituli prima constitutio tradit, etiam episcopos in ecclesia posse manumittere, ac in testamentis libertatem relinquere.

l.8. C. de defens. ciuit.

Lib.I.tit.LV. constit. VIII. cuius initium, Defensores. Etiam [ciuitatis] defensor consensu episcopi, & clericorum, iisdemque decretum facientibus, constituitur. Eiusdem vero tituli constitutio † XI, requirit, vt prius defensor apud acta monumentorum, præsente ciuitatis episcopo, cum præstatione iurisiurãdi deponat, quod religioni Christianorum addictus sit.

† deest in editis, nec Contius habet. Vide notata.

l.29. C. de pact.

Lib.II.tit.III.constit. XXIX. cuius initium, Si quis. Qui propter sacerdotium habere fori præscriptionem potest, si per scripturam ei renuntiauerit: ex pœnitentia nequit eadem vti.

l.2. C. vt nemo priuat. titul.

Liber II. tit.XV. constit. II. cuius initium, Ne quis. Clericus, qui regia vela, vel titulos immittere fuerit ausus, absque iussione iudicis competentis: publicatione bonorum multatus, & deportatus, etiam ipsa libertate priuatur.

Pertinet hæc particula ad l.2. C. de sportulis quæ non exstat.

Lib.III.tit. II. constit. II. cuius initium, ἀπαγορεύομεν. Si exsequutor citatum vexet ob constituendum fideiussorem, quem dicat esse personam, quæ soluendo non sit: prouidentia & iudicio episcopi eum accipiat.

Particula l.1. C. de aleat. quæ non exstat.

Lib. III. tit. XLIII. constit.I. cuius initium, ἡ τῶν κύβων. In aleæ lusum inquirere possunt episcopi, & prohibere, ne fiat.

Lib.

Lib.IIII.tit.XXX.constit.XIIII. cuius initium, In contractibus. Qui propter difficultatem quamdam nequit per locorum præsidem, vel per defensorem, facere denuntiationem exceptionis non numeratæ pecuniæ: licentiam habeat adeundi episcopum, & per ipsum episcopum hanc manifestandi creditori.

l.14. C. de non num. pec. §. in omni vero.

Lib.V.tit.IIII.constit.XXV. cuius initium, Si furiosi. Quando furiosi filia nuptias est contractura, inquirere debet episcopus de illius existimatione, qui eam ducturus est.

l.25. C. de nupt.

Lib. V. tit.IIII. constit. XXIX. cuius initium, πάση. Scenica mulier, quæ liberari vult, & a præside impeditur; episcopum adire potest, vt eius prouidentia ad vitam honestam ac pudicam se conferat.

Epitome l. vlt. C. eod. sed aliud est initium legis, quã Cont. posuit ibidẽ.

Lib. V. tit. LXX. constit. VII. cuius initium, Quum. Curatores iudicio & arbitratu episcoporum constituuntor.

l. 7. §. vlt. C. de curat. fur.

Lib.VI.tit.XXIII. constit. XXIII. cuius initium, Consulta. Ignominiosum est clericis, si præ se ferant, scire se causidicorum disciplinam. Ideoque defensores ecclesiarum, ne quidem, si eis insinuentur, ad se recipiant voluntates vltimas; quas apud Magistrum censuum insinuari oportet: violatore L librarum auri multam metuente.

l. 23. C. de testam.

Lib.VI.tit.XLVIII. constit..... cuius initium, Certus. Eius octauo capite dicit constitutio, quod possit aliquis legatum, vel hereditatem, ecclesiæ ..... relinquere.

Hic titulus cum legib. suis non exstat.

Lib.VII.tit.LXII constit.XXIX. cuius initium, Addictos. Non debent a clericis, vel monachis, vel qui synoditæ vocantur, abstrahi & detineri, qui semel criminis rei facti sunt, ac pro qualitate delicti sententiæ traditi.

l. 29. C. de appell.

Lib. VII. tit. LXV. constit. IX. cuius initium, † τοὺς συνειδότας. Clerici ante sententiam adpellantes, multantur a præside L libris argenti. Verum hæc non fiscus accipiet, sed pauperibus & egenis fideliter erogabuntur.

†Litteræ latinæ legi non possunt in meo libro. Ceterum ipsa constitutio in hoc quidem tit. C. desideratur.

Lib. IX. tit. IIII. constit. VI. cuius initium, Οὐδένα. Religiosissimi quouis in loco episcopi vno cuiuslibet septimanæ die, vel feria quarta, vel in parasceue, custodias perscrutantor.

pars l. 6. C. de cust. reor. lib. 9. ad l. 2. C. de priuat. carcer.

Lib. IX. tit. V. constit. II. cuius initium, ἰδιωτικάς. Si quis in carcerem priuatum coniectus fuerit, religiosissimorum episcoporum cura extemplo e custodia dimittitor. Notandum, quum hoc negotiũ segniter procedit, episcopum rem ipsam deferre debere ad eum, qui pro tempore præpositus fuerit sacris rebus priuatis. Quippe ni fecerint, inquit, non modo circa solum patrimonium; verumetiam circa saluté ipsam periculum incurrent.

l. 4. C. de iniur.

Lib. IX. tit. XXXV. constit. IIII. cuius initium, Atrocem. Committit atrocem iniuriam, qui sacerdotem, habitum sacerdotii gestantem, adfecerit iniuria.

particula l. vlt. C. de pœn. quæ non exstat.

Lib. IX. tit. XLVII. constit. XXVI. cuius initiũ, Θεσπίζομεν. Episcopi cuiusuis loci curent, vt in iis, qui vel in perpetuum, vel ad certum tempus relegantur, hac constitutione præcepta seruentur.

lex, quæ deest in tit. C. de sent. aduers. fiscũ.

Lib. X. tit. IX. constit. ... cuius initium, Θεσπίζομεν. Nota, quod curialis & officialis fieri possint clerici, licet fisci debitores sint. Et alia quoque ratione nota, quod non sine temeritate ac periculo fiat ac rata sit in eorum personis facta ordinatio.

debet esse l. 2. C. vt

Lib. X. tit. XXVII. constit. II. cuius initium, Θεσπίζομεν σιτώνην. Arbitratu religiosissimi ciuitatis

episcopi, & primatum inter possessores, ex ipsius regionis officio creatur frumenti comparator, siue is, qui ad officium est allegendus, vel qui munus hoc impler, aut impleuit.

nem. liceat in emt. specier. Contius tertiã fecit.

Lib. X. tit. XXVII. constit. IIII. cuius initium, ἦλθον. Interueniente cura episcopi, officiales regionis frumenti comparatores conueniunt.

debet esse l.4. C. eod. quæ in omnibus desideratur.

Libri X. tit. XXXI. constitut. XXVI. cuius initium, Quidam. Si decuriones relictis ciuitatum muneribus, in monasteria sese coniecerint: facultatibus suis spoliantor, vel curiis denuo redduntor.

Lib. XI. tit. XL. constit. V. cuius initium, Nemo. Qui per coactionem prostituti sunt ad fornicationem, episcopos locorum adeant, & sic ea liberabuntur. Simile quid tradit ordine sequens constitutio, quum ait, posse clericum atque monachum ab eadem turpi professione prostitutos vindicare.

videtur esse l. 6. & 7. C. de spectac. sed non quadrat initium, et lex quæ hæc statim subiicitur.

Lib. XI. tit. XLI. constit. VI. cuius initium, Lenones. Quæ in potestate est, a patre vel domino suo ad fornicationem prostituta, episcopum adire potest, & ab eiusmodi coactione liberari. Eadem quoque lex VII, tituli eiusdem, generaliter tradit. quapropter illam legito.

Hæc vere lex est sexta, C. de spectac.

Lib. XI. tit. LXXV. constit. IIII. cuius initium, Absit. Curatio pontiũ, & itinerum instructio, non cõnumeratur inter munera sordida. Quapropter & sanctissimę ecclesiæ cogũtur hæc præstare.

l. 4 C. de priuil. dõ. augus.

Lib. XII. tit. XXXVII. constit. XIX. cuius initium, Κατίζομεν. Miles arbitratu defensoris, quum præses prouinciæ non adest, & religiosi locorum episcopi, speciem accipiat a collatore.

l. 19. Græca. C. de erog. milit. annon.

pars l.2.C. publ.latic. Lib. XII. tit. LXIII. constit. II. cuius initium, θεσπίζομεν. Qui quædam nuntiando insinuauerit in prouincia, si amplius VI numis a prouinciis velit exigere: per episcopi prouidentiam depellitor.

Legito quoque nouellam quintam post Codicem editam, cuius est inscriptio; De monasteriis, & monachis, & abbatibus. Item VI, cuius hæc est inscriptio; Lex, quæ tradit, quomodo sint ordinandi episcopi, & presbyteri, & diaconi, & cetera. Item † XXII, cuius inscriptio est; Hæc constitutio priorem constitutionem interpretatur, quæ est de ingredientibus in monasterium, & cetera. Item * LXXIII, cuius inscriptio est; Apud quos oporteat litigare monachos & ascetrias. Item † LXXX. cuius inscriptio est; Constitutio, quæ per dignitates & episcopatum a patria potestate liberat.

† quæ in autenticis est LXXVI, iuxta Cōtium.
** in nostris, LXXIX.*
† in nostris LXXXI.

Nam inuenies in quinta quidem nouella, quomodo struenda sint monasteria; & quali diæta, qui solitariam vitam suscipiunt, vti debeant; & intra quot annos habitum monachicum sumere: & quali pœnæ subiiciatur, qui vitam solitariam reliquerit.

In sexta vero, quonam ordinari modo debeant episcopi, & presbyteri, & diaconi: quæue statutæ sint pœnæ tam aduersus violatores huius constitutionis, quàm qui præter sanctiones eius ordinantur.

In vigesima secunda, ne quisquam ex iis matrimonium contrahat, qui sub ordinatione sunt, a subdiacono sursum numerando. Quod si lector, aut cantor matrimonium contraxerit; amplius ad diaconatum, & maiores sacerdotii gradus progredi nequeunt. Consimiliter quisquis vxorem non ducit

ducit virginem, ordinationem ſubdiaconi, vel diaconi, vel presbyteri conſequi non poteſt.

In LXXVI, quod omnes ingredientes monaſterium, qui liberos habent, ſiue vir, ſiue mulier ſit, pro ſe teſtari debeant. Interpretatur etiam conſtitutionem ſextam præſentis operis.

In LXXVIII, quod omnes monachi & monaſtriæ apud epiſcopum loci litigent, non apud præſides prouinciæ.

In LXXX, quod quicumque præfectoriam vel epiſcopatus dignitatem conſequutus eſt, tam a condicione curiali, quàm poteſtate patria liberetur.

TITVLVS IIII.

DE EPISCOPALI AVDIENtia, & diuerſis capitulis, quæ pertinent ad † ius, curamque, & reuerentiam pontificalem.

I. ETIAMSI negotiatores ad † diuinam domum pertinent, negotiatoria tributa præſtant.

† δικαιοδοσίαν in Græco, id eſt, iuriſdictionem.
† h. e. auguſtatem.

II. Si clericus ante ſententiam definitiuam adpellauerit, ſtatutam ob hoc pœnam in alios, quinquaginta librarum argenti, ab eo fiſcus non accipit; ſed in pauperes erogatur.

III. Diebus paſchalibus nemo in carcere, vel in vinculis tenetur; excepto adultero, & ſtuprum inceſtumue committente, & raptore virginum, & violatore ſepulcrorum, & venefico, & adulteratore monetæ, & homicida, & parricida, & perduelle. Nam omnes hi ſemper ſuas accipiūt pœnas, quum ceteris ſemel dumtaxat ignoſcatur.

IIII. Mimæ, ac meretrices, quæ corpore suo publice quæstum faciunt, habitu sacrarum virginum non vtuntor.

V. Archigerontes,& ergasiotarum diœcetæ fiunt,qui Christiani sunt.

VI. Licet clericis,& monachis,& iis, qui synoditæ vocantur, vt pro condemnatis criminaliter, intra certum tempus adpellent:non autem, vt eos abstrahant & abducant. Quippe præsides multam L librarum præstant,& primates officii capitaliter puniuntur, si confestim eos persequuti non fuerint. Sin clerici atque monachi semet eis opponunt: rem præsides ad imperatorem referunt, & episcopi repræhensione non carent, si monachos talia perpetrantes non fuerint persequuti.

VII. In caussis dumtaxat pecuniariis,inter consentientes,non inuitos,recte cognoscit episcopus.

VIII. Episcoporum sententia rata est inter eos, qui episcopos iudices elegerunt; & similis est sententiis præfectorum prætorio,a quibus adpellare non licet. Mandantur autem exsequutioni per adparitores præsidum.

IX. Eos, qui sunt in custodia, præses die dominico producẽs,interroget; num quid inhumani a custodib.perpetiãtur:& egenis adsignet alimenta per cõmentarienses,ac pręcipiat eos,quibus hoc opus erit,tuto lauari. Quæ si negligantur, præses xx libris multatur, ac tantumdẽ præstat ipsum officium: decurionũ ordine tres libras soluẽte. Rem ipsam curat episcopus, & præsidem admonet.

X. Mathematici libros suos pręsentibus episcopis non concremantes, nec ad fidem orthodoxam accedentes, ex omnibus ciuitatibus expelluntur.

Sin

Sin autem in ciuitatibus reperti fuerint, superstitionem suam publicantes;deportantur.

XI. Prouideant Christiani, ne a quoqam detineantur, vel iniuriis aut damnis adficiantur captiui Romani ;qui reuertuntur.

XII. Si perductor ancillas suas, vel filias, peccare coëgerit: ad episcopos accedentes, ea miseria liberantur.

XIII. Actor volens, non inuitus, apud Archiepiscopum Constantinopolitanum agit aduersus œconomum, & reliquos eius clericos: siue contra ipsos, siue contra ecclesiam habeat actionem.

XIIII. Ne scenicis quidē liceat, vt ancillam, vel ingenuā, ad sctotationē perducant, aut prostituāt. Quippe omnino ancilla vindicat' in libertatē absq; vlla iactura, si ad præsides aut episcopos accedat: quib. etiam erit curæ, ne permittant ancillā, vel ingenuam mulierē, inuitam versari cum mimis, aut choris, aliudve spectaculum in theatris exhibere.

Contius aliam epitomen posuit ex lib. Anton. Augustini.

XV. Si quis non orthodoxus, factus fuerit aduocatus apud præfectos prætorio: centum libris ipsum officium multatur. Qui vero fieri aduocatus, & patrocinium præstare fuerit ausus: ab aduocatorum numero remouetur, & bonis per proscriptionem amissis, in perpetuum relegatur: regionis autem præses, dimidia patrimonii parte multatus, exsilio quinquennii punitur.

XVI. Si nō prohibitum lege sit matrimonium, sed sponsa propter diuersitatē religionis sponsum recuset: si quidē id nouerant ipsius parentes prius, quā arras accepisset: duplas restituit. Sin deinceps intercessit hæc caussa, restituit simplas. Idem in sponso quoq; obtinet, ad recipiendas vel perdendas arras.

Contius hinc sumsit, cum seq. sed non bene versas ab A. August.

XVII. Delectu episcopi & primatum inter possessores, fit comparator frumenti, ex illis, qui militant in eius regionis officio: siue munus suum impleuerint, siue adhuc militaturi sint. Hoc qui transgreditur, L libris multatur.

† stationibus.

XVIII. Milites, qui præpositi sunt, & intenti agendis excubiis, in † sedetis suis; species, quæ ipsis offeruntur ex iis, quæ per agrorum culturam in ciuitate, vel in eius territorio proueniunt, annonarum suarum nomine accipiant, arbitratu episcopi & præsidis, aut defensoris, si præses absit. Nec collator adærationem præstare cogitur.

XIX. Defensores per episcoporum, & clericorum, & in dignitate constitutorum, & possessorum, & curialium decreta constituuntur: prius illis, qui eos cognoscunt, in actis monumentorum, esse ipsos orthodoxos, iurantibus. Actus ipse, in episcopi præsentia celebratur.

Anton. Aug. hinc sumsit, sed frigide vertit,

XX. Nullus ad vllam militiam admittitur, nisi per tres in actis monumentorum, propositis sacrosanctis euangeliis, ei testimonium perhibitum fuerit, quod sit Christianus, orthodoxus: qui quidem actus apud eius loci præsidem celebratur, vbi militaturus est: duobus solidis eius nomine soluendis. Quod si neglectum fuerit, præses L libras soluit, & officium eius XX, & qui militiam consequutus est, X: simulque loco mouetur. Qui falsum dixere testimonium, pœna corporali adficiuntur: atque ipsæ multæ, periculo comitis rerum priuatarum, priuatis inferuntur.

XXI. Si quis denuntiationem pecuniæ non numeratæ mittere nequeat propterea, quod ipsius aduersarius prouinciæ præses sit: alium magistra-

tum

tum ciuilem vel militarem adeat, eique rem manifestet: vel in horum defectu, adeat episcopum, atque ita tempus interrumpat. Idem locum habet etiam in exceptione non numeratæ dotis.

XXII. Nemo coniicitor in carcerem, non interueniente præsidum, vel defensorum actu. Et eos, qui in carcerem coniiciuntur, episcopi semel in septimana visitent, & curiose caussas inquirentes, efficiant; vt legibus consentanea præsides agant: habentibus facultatem iisdem episcopis, vt de culpa prę sidum & officiorum ad imperatoriam maiestatem referant.

Exstat apud Contium.

XXIII. Priuati carceres nulli sunto, dimittendis iis, qui in eos coniiciuntur, episcoporum prouidentia.

Cont. habet.

XXIIII. Nemo potest infantes, & ingenuis, vel seruis natos, qui exponuntur, sibi vindicare tamquam mancipia, vel adscripticiæ, colonariæue condicionis: neque cum tali distinctione, licet eos nutriendos suscipere: sed ingenui sunt, & quæ adquirunt, ad liberos suos, vel extraneos, quo modo voluerint, transmittunt: quarum sane rerum curam præsides & episcopi gerunt.

XXV. Solliciti sunt episcopi de iis, quæ sancita sunt in prohibitione alearum: & inhoneste se gerentes, opera præsidum castigant.

Dedit hæc A. August.

XXVI. Qui res municipales administrauit, obnoxius est reddendis rationibus, vel sponte, vel interueniente absque damno coactione præsidis, idque quotannis, apud acta monumentorum, in præsentia episcopi & trium primorum in municipio, propositis sacris euangeliis; vbi manifestandum, quas impensas fecerit, & quid reliquorum

Integram Contius edidit, sed male redditam e Græca.

nomine (ceu consentaneum est) soluerit: ac securitatē habet, donec imperatoria maiestas aliquem arbitratu suo mittat, qui rationes inspiciat: qui si recte factas inuenerit, per decretū ei, qui administrauit, cauet: nec alteri deinceps obnoxius est inquisitioni. ¶ Non licet præsidibus, vt in prouincias discussores, siue ratiocinatores, vel peræquatores, ad discutiendas rationes publicas, mittant: sed si qui sacram formulam subrepticiam adferunt, episcopi potestatem eius accipiendæ habent, & ad imperatoriam maiestatem referendi. Ceteroqui eiusmodi mandata, vel commonitoria, vel decreta præsidalia ne prorsus admittantur, efficiant episcopi. Quod si rem silentio prçterit episcopus, indignationem incurrit.

¶ Qui sacras in prouincia formulas, vel constitutiones, vel præsidum cōsulumve perductiones, vel statuarum erectiones insinuat; si amplius sex solidis acceperit ex vniuersa prouincia, quadruplum eius, quod hanc quantitate superat, restituit: habente huius rei prohibendæ potestatem episcopo, & pœna decem auri librarum incumbēte præsidi, atque officio, & ipsi episcopo, si summæ maioris exactionem non prohibuerint.

¶ Non admittendus est, qui cum formula mittitur a præsidibus ad expurgationem aquæductuum, vel demolitionem ædificiorum, aliorumve talium, vel imaginum caussa. Qui hoc non prohibet episcopus, eidem obnoxius est pœnæ. ¶ Debet episcopus, & municipii pater prouidere, ne loca municipii iure nullo ab aliquib. possideantur, neue sine formula sacra locentur: & eos perquirere, qui ex formula sacra possessiones aquarum habent;

ne

ne minus hic, ille plus, quam par sit, habeat.

¶ Si habent patrimonium in aliqua re soli constitutum, qui commoniti sunt in prouinciis: iuratoria cautione præstita, fidei suæ cõmittuntur. sin autem, pro ipsius caussæ modo dant fideiussorem, vsq; ad summã, quæ nunc est in vsu. Quod si num fideiussores soluendo sint, ambigitur: ab episcopo, & municipii patre, & defensore, in vnum conuenientibus, explorantur: nec qui missus est exactor, quidquã nomine iuratoriæ cautionis, aut satisdationũ accipit. Sin ex speciali iussu principis, aut mãdato maximi magistratus, imperatũ exactori fuerit; vt ipsam personã abducat, nec eam fideiussioni cõmittat: hoc ipsum, absq; iactura tamen ipsius, faciat: habentib. heic quoq; locum pœnis iisdem aduersus episcopũ atq; præsidem, si legem hanc violari permiserint; aut quum aliquid delinquitur, cõfestim id principi non indicauerint. Et oportet eos nõ amplius sibi retinere, quam constitutum sit dari nomine sportularũ: neq; per coactionem aliqua fieri debet exactio, præter indicatos superius sex solidos, in constitutionũ publicatione, caussisque ceteris; & quæ in publico vtiles, & eos municipii vsus, qui probentur vniuersis, expenduntur. Seruabit etiam episcopus ea, quæ sancita sunt de ademtione armorum, & adærratione metatorum.

XXVII. Si pater furioso curatorẽ in testamẽto reliquerit, is absq; satisdatione fit curator. Si nullum reliquit, adgnatus eius, qui ex lege vocatur, curationem accipit. Sin adgnatus nullus exstet, aut nõ idoneus inueniatur: alius arbitratu præsidis cõstituitur. Ac si quidẽ patrimonium sufficiẽs habet, non satisdat: sin autem, pro modo facultatum suarum fideiussorem præstat. Et vtroq; casu tam iura-

mento, quam actis interuenientibus, euangelia tangens,in præsentia prędidis,& episcopi,& trium primatum deponit; omnino se res furiosi ad vtilitatem eius gesturum. Facit etiam publicum inuētarium,atq; ita res accipit, & administrat eas arbitratu suo; manentibus interim sub hypotheca rebus ipsius, ad similitudinem episcopi, & curatoris pupilli.

XXVIII. Furiosorum, & mente captorum liberi,matrimonium contrahere possunt; tam dote,quam donatione ante nuptias a curatoribus eorum præstanda:sic tamen,vt heic quidem,æstimatione præfecti vrbi; in prouinciis vero, ipsorum præsidum & episcoporum; tam opinio personarum, quam rerum præstandarum summa spectetur. Et fiunt hæc absque sumtu,præsentibus curatoribus, & insignioribus furiosi dementisque cognatis.

Dedit integram A. August. cũ interpretatione vitiosa.

XXIX. Nullus ab initio clericum accuset apud patriarcham, sed apud episcopum ipsius: quem si suspectum habet,agat apud metropolitanum. Sin & ille suspectus est, vna cum ipso iudices esse debent ex totius synodi persona tres, qui ordinationis serie priores sint.Quorum sententiis si nō contentus sit, diœcesis suæ patriarcham imploret, ac pronuntiatis ab illo adquiescat, quasi si ab initio ius ille dixisset. Nam a patriarcharum sententiis non adpellatur. Idem & in iis locum habet, qui episcopos conueniunt. Licet autem in eum finem apud patriarcham conqueri, vt is per litteras suas caussam ad episcopum remittat:nec amplius† quatuor siliquis nomine sportularum accipit clericus, qui a patriarcha vel metropolitano mittitur:vel si,

† sextæ solidi partis mentionē facit ipsa constitutio.

qui

qui accusatus est, episcopus sit; non amplius sex solidis, in quacumque caussa vel summa. De adpellatione patriarcha cognoscit, & iudices per ipsius commissionem sunt episcopi, vel metropolitani. Qui præter hæc agit, duplum restituit eius, quod vltra modum exegit; & a patriarcha vel metropolitano ecclesiasticæ pœnæ subiicitur, & a catalogis ecclesiasticis remouetur. Et hæc quidem, si ad ecclesiasticum statum caussa spectet. Sin disceptatio ciuilis sit, non cogitur actor hæc seruare, sed apud præsides conueniendi facultatem habet.

XXX. Omnis curatio; si patrimonium ad quingentos vsque solidos se porrigat, non apud præsidem constituitur: sed apud defensorem ciuitatis, vel duum virum, & Alexandriæ apud Iuridicum, præsente episcopo, vel personis publicis, si earum in ciuitate copia sit: fideiussore pro modo patrimonii præstando, dictarum personarum arbitratu: atque ceteris, quæ creandis curatoribus fieri solent, obseruandis; ac duobus aureis soluendis: eo, qui creationem maioris lucri caussa differt, vel amplius accipit, id omne triplum restituente, & munus curationis amittente. Ceterum vbi curatorem defensor episcopo præsente dat, gesta in archiuo ecclesiæ reponenda sunt. Constantinopoli quidem apud prætorem dumtaxat curatores creantur.

Huius l. mentio fit Instit. de Atil. tut. §. nos autem. Contius habet.

XXXI. Si is, qui detinet rem ad me pertinentem, absens est, vel in magistratu constitutus, vel infans, vel furiosus, nec tutorem aut curatorem habet: licitum mihi est, vt intra constitutum tempus hoc nomine præsidem adeam, vel libellum porrigam, & tempus interrumpitur. Quod si præ-

ſidem accedere nequeo, conuento epiſcopo per ſcripturam animi mei ſententiam manifeſtare debeo.

Anton. August. hinc ſumſit. vertit male.

XXXII. Quum dominus in recipienda emphyteutica re moram interponit, emphyteuta poteſtatem habet eius ſignandæ, ac Conſtantinopoli quidem ſub triennii finem adteſtationis faciendæ apud præfectos prætorio, vel præfectum vrbi, vel iudicem ei, qui emphyteuſin recipere recuſat, competentem; vel apud patriarcham deniq;, ſi dominus emphyteuticæ rei, potens ſit: in prouinciis autem, apud præſidem; vel abſente præſide, apud defenſorẽ vel epiſcopum eius ciuitatis, in qua recuſans degit: atq; horum alterutrius teſtimonium accipiendi. Quod ſi ne ita quidẽ receperit ille rem emphyteuticam, ſane nec contractus emphyteuticus ſoluitur, & emphyteuta ſequẽtis etiam temporis penſionem lucratur: donec ipſe dominus adteſtationem miſerit, qua eam exigit. Tunc enim illam ab adteſtatione facta, non ratione præteriti temporis, accipiet: exactoq; triennio poſt factam adteſtationem, ſi contumax emphyteuta ſit; eum expellere poteſt.

Contius integram edidit ex Ant. Aug.

XXXIII. Qui ancillam, vel ingenuam, inuitam in ſcenam, orcheſtramue trahit, vel prohibet hac illam profeſſione liberari, vel a fideiuſſoribus eius aurum exigit: a præſide ac epiſcopo proſcribitur, & ciuitate pellitur. Quod ſi præſes ipſe eſt, qui vim adhibet; ab epiſcopo prohibetur: vel rem imperatori epiſcopus indicat. Fideiuſſores abſq; iactura ſeruantur. Et eiuſmodi mulieres legitime nubunt etiam in dignitate cõſtitutis, ac ſine reſcripto principis: dotalibus tamen inſtrumentis interuenientibus. Eadem locum habent etiam in filiabus ſcenicarum.

XXXIIII. Epi-

XXXIIII. Episcopus aut clericus, qui alea ludit, vel societatem cum alea ludentibus habet, vel qui aliis adsidet, theatri venationisve spectator; a ministerio sacro segregatur, & annonis suis priuatur. Simul ei tempus ad pœnitentiam constituitur, intra quod tempus si digne visus fuerit egisse pœnitentiam: humanitatem pontificiam impetrat. Quod si eo tempore exacto, perseuerauerit; prorsus a clero submouetur, & vna cum patrimonio suo fit curialis eius municipii, cuius erat clericus: aut si municipium illud ordinem decurionum nullum habeat, curialis fit municipii vicini, quod eiusmodi persona indiget. Si patrimonium nullum habet, fit adparitor. Obseruant autem hæc patriarchæ, & episcopi, & ecclesiæ defensores, & præfecti prætoriis cuiusq; diœceseos: ceteriq; præsides, ac defensores, hæc ipsis sacerdotibus nuntiabunt. Et inquirendum de talibus, accuratis explorationib. interuenientibus, ipsis etiam propositis euangeliis: ac indignationi calumniatores subiiciendi. Habet etiam cõstitutio diuersas pœnas aduersus præsides, & officia, & defensores; si quum hæc intelligent, episcopis competentibus non nuntiarint.

Integram posuit Cõtius, cum interpretatione iuxta & barbara.

TITVLI IV. PARATITLA.

LIB. I. tit. II. constit. VI. cuius initium, Omni. Etiam in Illyrico antiqui canones ecclesiasticorum rati sunto: ita quidem, vt quum ecclesiasticum aliquod dubium emerserit, arbitrio Constantinopolitani episcopi, synodo coacta, decidatur.

l. 6. C. de sacr. eccl.

Lib. I. tit. II. constit. XV. cuius initium .... Qui nosocomium, vel ptochium, vel xenodochium se structurum promisit: interueniente cura episcopi regionis illius hæc ædificare cogetur.

l.7.C.de ep. & cl. cum seq.

Lib. I. tit. III. constit. VII. cuius initium, Pars actorum. Nec honore, nec lege ab episcopo exigitur, vt testimonium dicat. Ideoque testimonio dicendo non adhibetur.

Lib. I. tit. III. constit. XX. cuius initium, Si quis. Quum episcopus nullo testamento condito decedit, hereditatem eius adit ecclesia.

Lib. I. tit. III. constit. XXI. cuius initium, Ad similitudinem. Decurio factus episcopus, potest per substitutum, periculo facultatum suarum, præstare functiones, quas patriæ debet.

Lib. I. tit. III. constit. XXII. cuius initium, Si qua. Qui calumniatus est episcopum, fisco auri triginta libras infert.

Præterea complures per eumdem III titulum constitutiones, ad hunc præsentem titulum quadrant; quum de episcopis tractent.

Deest in editis. Epitomen habet Contius ad l. 17. C. de hæret.

Lib. I. tit. V. constit. XVII. cuius initium, τῆς ἁγίας. Vt quæ aduersus Samaritas statuta sunt, custodiantur: prouideant episcopi.

Lib. I. tit. VI. constit. I. cuius initium, Antistitem. Episcopus eum, qui iam baptissatus est, si rebaptissare fuerit ausus: ordine suo remouetur. Hoc enim præceptis apostolicis repugnat.

Extstat apud Contium ad l. 3. C. de his qui ad eccl.

Lib. I. tit. XII. constit. III. cuius initium, αἰτεῶχθωσαν. Armati confugæ arma deponere debent. Si non paruerint, neque cesserint promissæ ab episcopo & clericis securitati, cum iurisiurandi præstatione: ne sic quidem eos absque sententia episcopi licet abripere.

l.1.C. de his qui in eccl. man.

Lib. I. tit. XIII. constit. I. cuius initium, Iamdudum. Episcopi testium vice subscribant in instrumentis eorum, qui manumittuntur in ecclesia.

Lib.

Lib. I. tit. LV. constit. VIII. cuius initium, Defensores. Ciuitatis defensor, adsentiente episcopo, constituitor.

Lib. III. tit. II. constit. II. cuius initium, † παραγγρεύομεν. Si exsequutor citatum vexet dandi fideiussoris caussa, quem dicat esse personam, quæ soluendo non sit: prouidentia & iudicio episcopi eum accipiat.

† *Supra, ἀπαγγρεύομεν legitur. & pertinent hæc ad l. 2. C. de sport. quæ non exstat.*

Lib. III. tit. XLIII. constit. I. cuius initium, ἡ τῶν κύβων. In aleæ lusum inquirere possunt episcopi, & prohibere, ne fiat.

Ad l. 1. C. de aleat.

Lib. IIII. tit. XXX. constit. XIV. cuius initium, In contractibus. Qui propter difficultatem quamdam nequit per locorum præsidem, vel per defensorem facere denuntiationem exceptionis non numeratæ pecuniæ licentiam habeat adeundi episcopum, & per eum hanc manifestam faciundi creditori.

l. 14. C. de non num. pec. §. in omni vero.

Lib. V. tit. IIII. constit. XXIX. cuius initium, πάσῃ. Scenica mulier, quæ liberari vult, & a præside impeditur; episcopum adire potest, vt eius prouidentia ad vitam honestam ac pudicam se conferat.

Epitome l. vlt. C. de nupt. Sed aliud est initium legis, quam Contius ibidem posuit.

Lib. V. tit. LXX. constit. VII. cuius initium, Quum. Curatores episcoporum iudicio & discussione constituuntor.

Lib. VII. tit. XL. constit. II. cuius initium, Vt perfectius. Potest aliquis adito episcopo currens aduersus se tempus interrumpere.

l. 7. §. vlt. C. de curat. fur.

l. 2. C. de annali except.

Lib. VIII. tit. LII. const. III. cuius initium, Sancimus. Episcopus prouideat, ne infans expositus in seruitutem redigatur.

l. 3. C. de inf. expos.

Liber IX. tit. IIII. constit. VI. cuius initium, Οὐδένα. Religiosissimi quouis in loco episcopi vno

ad l. 6. C.

cuiuslibet septimanæ die, vel feria quarta, vel in parasceue, custodias perscrutantor.

de cust. reor.

Lib. IX. tit. V. constit. II. cuius initium, ἰδιωτικάς. Si quis in carcerem priuatum coniectus fuerit, religiosissimorum episcoporum cura extemplo e custodia dimittitor. Nota, quum hoc negotium negligenter agitur, episcopum rem ipsam deferre debere ad eum, qui pro tempore præpositus fuerit sacris rebus priuatis. Quippe ni hoc fecerint, inquit, non modo circa solum patrimonium, verumetiam circa salutem ipsam periculum incurrent.

ad l. 2. C. de priuat. carc. quæ non exstat.

Lib. XII. tit. LXIII. constit. II. cuius initium, θεσπίζομεν. Qui quædam nuntiando insinuauerit in prouincia, si amplius sex solidis a † prouinciis velit exigere: per episcopi prouidentiam depellitor.

† rectius, ἐπαρχιωτῶν, prouincialibus.

Legito quoque nouellam VI post Codicem editam, cuius inscriptio est; Lex, quæ tradit, quomodo sint ordinandi episcopi, & cetera. Item, LXXV. quæ inscriptione quidem caret, sed necessaria est, & humana. Item † CIIII, cuius inscriptio est; Constitutio, apud quos oporteat litigare monachos, & ascetas. Item, CXXXI, cuius inscriptio est; Constitutio, quæ per dignitates & episcopatum a patria potestate liberat. Inuenies enim in sexta quidem, quonam ordinari modo episcopos oporteat: & quæ constitutæ pœnæ sint aduersus violantes hanc constitutionem, & eos, qui præter ipsius sanctionem ordinantur.

† in nostris libris editis est constit. LXXIX.

In vigesima vero prima † nouella sancitur, vt præses, qui audire non vult eum, qui ad ipsum accessit, ab episcopo caussam audire cogatur: atque vti,

† In nostris libris editis est 86.

vti, si iusta subsit caussa, cum præside caussam cognoscat episcopus: & si quem præses iniuste condemnauerit, hoc ipsum quoque inspiciat episcopus: ac si facti conscius sit, præsidem condemnet. Nec imperatorem quisquam adeat, qui non adfert litteras ab eiusdem ciuitatis episcopo. Nam pœnas easdem perferet, quas præses passurus erat, si accessione admissa, caussam neglexerit, & non cognouerit. Rursus tradit eadem constitutio, vt magisteriano non concedat episcopus licentiam exigendi maiores sportulas ea quantitate, quæ hac in constitutione definita est.

In nouella vero LXXVII statuitur, omnes monachos, & omnes monastrias apud episcopum regionis litigare debere, si quam aduersus aliquem litem habeant.

In LXXX verò nouella traditur, vt quicumque dignitatem episcopi sit consequutus, liber sit à condicione curiali, & potestate patria.

TITVLVS V.

DE HÆRETICIS, ET MAnichæis, & Samaritis.

I. QVÆ per caussam religionis indulta sunt priuilegia; non habent hæretici: sed muneribus subiecti sunt. *l. 1. C. de hæret. cum seq.*

II. Hæretici non doceant vel insinuent infidelitatem suam, nec clericos faciant. Hæreticus autem est, & legibus aduersus hæreticos latis obnoxius; qui vel paulum ab orthodoxa fide declinat.

III. Orthodoxa ecclesia conuenticulis hæreticorum destinata loca consequitur, licet in priuatis sint ædibus. Nec litanias faciunt noctu, vel interdiu. Si quid eiusmodi publice factum fuerit, in domo priuata; officium præfecti prætorio, quod rem fieri permittit, centum libris; at officium prouinciale, libris L multatur.

IIII. Crimen aduersus Manichæos & Donatistas publicum est, & ad diuini numinis iniuriam fertur. Nec commune quid ex moribus, aut legibus habent: & proscribuntur, & omni liberalitate successioneque priuantur: nec aliquid donant, nec vendunt, nec emunt, nec quocumque modo contrahunt: & post mortem, tamquam in crimine læsæ maiestatis, accusantur: omnisque suprema voluntas eorum fit irrita, nec heredes eorũ filii sunt, nisi a prauitate ipsorum recesserint. Puniuntur & illi, qui scientes & prudentes eos occultant. Serui vero ipsorum extra culpam sunt, si ad fidem catholicam transierint.

V. Ariani, & Macedoniani Pneumatomachi, & Apollinaristæ; Nauatiani, siue Priscillianistæ; Phryges, siue Pepuzitæ; Marcionistæ, Borboliani, Messaliani, Euchitæ, vel Enthusiastæ; Andriani, Hydroparastatæ, Ascodrugi, Batracitæ, Pauliani, Marcelliani, Ophitæ, Encratitæ, Apotactitæ, Eremitæ, Saccophori, & omnium pessimi Manichæi, habere conuenticula nequeunt: & Manichæi de ciuitatibus quoque pelluntur, vltimoque supplicio adficiuntur. Sunt etiam rata omnia, quę aduersus hæreticos sancita sunt, de iis, quæ donantur ipsis, aut in testamento relinquuntur, & de militiis ipsorum, & de conuenticulis: vt ecclesiæ domos

accipiant,

accipiant, in quibus de ſententia dominorum, vel iiſdem diſſimulantibus conuenerint. Quod ſi procuratores hoc dominis ignorantibus admiſerint, ſiquidem ingenui ſint, decem librarum multam pręſtant, aut relegantur: ſin ſerui, flagris ceduntur, & in metallum damnantur. Non etiam publice conueniunt, vel ædificant conuenticulis deſtinata loca, nec quidquam faciunt ad circumſcriptionem legis, omni ciuili & militari auxilio deſtituti; decurionibus etiam hæc ſeruantibus ſub pœna viginti librarum: nec ſpeciale priuilegium, aduerſus leges ab ipſis impetratum, valet. Rata ſunt etiam, quæ promulgata ſunt aduerſus eos, circa pœnam, & militiæ prohibitionem.

VI. Neſtoriani vocantur Simoniani, nec licet ea, quæ ab ipſis aduerſus Epheſinam ſynodum ſcripta ſunt, habere, vel legere, vel deſcribere; ſed comburuntur. Quum etiam de fide quæritur, nulla ipſorum eſt faciunda mentio. Nec in quocumque loco ſuo quiſquam eos excipere debet. Qui legem violarit, bonorum publicatione punitur. Iidem Neſtoriani non adpellantur Chriſtiani.

VII. Qui ſunt in curiis, vel militiis, vel collegiis hæretici; tam pecuniariis, quam perſonalibus obligati ſunt muneribus.

VIII. Qui Eutychis & Dioſcori doctrinam ſequuntur, ſimiles ſunt Apollinariſtis, & pœnis iiſdem ſubiacent, ſi non ſequantur ſacroſancta quatuor concilia: nec licet eis epiſcopos aut clericos creare. Nam & is, qui hoc facit, & qui fit, exſilio punitur, & bonorum publicatione. Non etiam conſtruunt eccleſias aut monaſteria, vel religionis cauſſa conueniunt. Quippe domum illam, vel pręⸯ

dium, vbi conuenerint, accipit ipsa ecclesia: modo probatum fuerit apud præsidem, eos illuc volente domino conuenisse. Sin præter voluntatem domini, vel is, qui pensiones domus exigit, vel administrator prædii, vel alius quispiam susceperit eos ad parasynaxim, vel in monasterium: vilis quidem condicionis existens, publice fustibus cæditur: honestior vero, decem librarum multam fisco præstat. Non etiam militant Eutychiani, ac siquidem militiæ fuerint adscripti; exautorantur, & palatii communione priuantur. Non etiam vel in alia, vel in qua nati sunt ciuitate, vel vico, versantur. Qui Constantinopoli nati sunt, ex omni metropolitana ciuitate pelluntur. Nemini licet aduersus Chalcedonense concilium aliquid scribere, vel legere, vel dictare, vel aliorum habere scripta. perpetua namque deportatione damnantur. Item, qui ad eos accesserit discendi caussa, decem libras fisco soluit: & qui prohibita docet, vltimo supplicio coërcetur. Omnia vero scripta Eutychis & Apollinaris, concremantur. Quod si præsides hæc neglexerint, vel eorum officia, vel defensores: decem librarum multam fisco præstant.

Hæc lex in editis desideratur.

IX. Hæretici more consueto non sepeliuntur.

X. Ne quidem orthodoxus aliquis vllo modo transferre potest in hæreticum rem aliquam soli, quæ orthodoxam contineat ecclesiam. Fisco namque vindicatur.

Hanc l. Contius hinc restituit, cum seq. Sed nõ omnino recte.

XI. Vbicumque Manichæi reperiantur, capitis supplicio puniuntur.

XII. Vndique Manichæi pelluntur, & capitis supplicio puniuntur. Reliqui vero hæretici, (& hæreticus est, quisquis non est orthodoxus) & pagani,

gani, & Iudæi, & Samaritæ, prohibentur gerere magistratum, & habere dignitates, aut fieri patroni caussarum, aut defensores, aut patres ciuitatum: ne potestatem habeant iniuriis adficiendi, vel iudicandi Christianos, aut episcopos; vel etiam militandi, extraquam si genere † cohortalini sint. Manent enim hi milites, onera quidem sustinentes; verũ ad maiora non prouehuntur, nec orthodoxis dantur exsequutores in publicis priuatisve caussis. Qui vero tentauerit aliquid horum fieri, præterquam quod ipse conatus effectum nullum habiturus est, xx libras soluit; & qui publicis eos descriptionibus inserunt, libras xx; & præsides, libras L; quæ quidem omnes rebus priuatis inferuntur. Excipiuntur Gotthi, qui fœderati fiunt, & prout imperatoriæ maiestati visum fuerit, alios honores consequuntur.

† hoc est, vilis conditionis milites.

Quum parentes inter se dissident, plus valeat is, qui liberos ad orthodoxam fidem vult adducere. Parentes hæretici, quum nullam habent legitimam caussam accusandi liberos orthodoxos, coguntur eis pro modo patrimonii sui suppeditare alimenta, cum necessariis rebus ceteris, & cum orthodoxis eosdem matrimonio copulare, dotesque cum donationibus ante nuptias præstare, præsidum & episcoporum interueniente cura.

Hanc l. huius partem posteriore male Contius ad l. seq. retttulit.

XIII. Orthodoxi hæreticorum liberi, si non peccauerint aduersus eos, absq; deminutione capiũt id, quod eis ab intestato cõpetit: & quæ præter hæc facta fuerit suprema voluntas, irrita redditur: saluis tamen libertatibus, nisi quo iure prohibeantur. Si vero cõmiserint aliquid aduersus parentes,

Hoc verũ est initium l. 13. C. h. tit.

& accuſantur, & puniuntur. Sed tamen etiã quum in eos peccauerint, ipſorum patrimonii quadrantem ex teſtamentis conditis habent. Eadem locum habent etiam in Iudæis & Samaritis.

Contius hinc ſumſit, ſed vitioſe reddidit.

XIV. Hæretici conuenticula celebrare, vel paraſynaxes, vel concilia, vel ordinationes, vel baptiſmata nequeunt; aut primates habere, vel officia patrum, aut defenſorum conſequi: vel curare, ſeu adminiſtrare villas per ſeipſos, aut per ſubiectam perſonam; vel quid ipſis prohibitum facere. Qui legem violat, in periculo capitis eſt conſtitutus.

Similem epitomen habet Cõtius.

XV. Manichæis orthodoxi liberi dumtaxat ab inteſtato ſuccedunt. quibus non exſtantibus, res eorum fiſcus vindicat; ſiue teſtati ſint, ſiue legauerint, ſiue donauerint.

Contius hinc ſumſit.

XVI. Qui a Manichæis deficiens, factus eſt orthodoxus, ſi quæ illius erroris ſunt, facere depræhenſus fuerit, aut vnde cum Manichæis conuerſari, vel colloqui, nec confeſtim eos legitimo iudici tradiderit, vltimo ſupplicio adficitur. Item qui ſunt in dignitatibus & militiis conſtituti, ſtudioſe tales inter ſe perquirant ac tradant. Quippe quum Manichæus, qui compræhenditur, ait ſe notum aliquibus eſſe: pœna illi competente adficiuntur, velut iiſdem peccatis obnoxii, licet eiuſmodi non eſſent. Nam eadem videntur admittere, qui quum peccantem norint, tamen eum non faciunt manifeſtum.

Contius hinc mutuatus eſt.

XVII. Synagogæ Samaritarum abolentur, & alias ſi facere conati fuerint, puniuntur. Nec habere ſucceſſores poſſunt ex teſtamento, vel ab inteſtato, præter orthodoxos; nec donationes faciunt aliove modo quid alienant in eos, qui non

ſunt

sunt orthodoxi: sed vindicat eā fiscus, cura episcoporum & præsidum interueniente.

XVIII. Quæ de Samaritis promulgata sunt, ad synagogas & successiones eorum spectantia; rata sunt etiam in Montanistis, & Ascodrugis, & Ophitis. Quippe soli orthodoxi hereditates eorum adeunt ex testamento, vel ab intestato; & legata capiunt. Reliqui autem heretici, hoc est, non orthodoxi, & pagani, & Samaritæ, non militant, neque dignitates adipiscuntur, neque curam publicam suscipiunt, neque professores fiunt, neque caussis patrocinantur. Quod si quis, vt horum aliquid impetret, orthodoxum se simulauerit, eumque constiterit habere vxorem aut liberos hæreticos, nec ipsos ad religionem orthodoxam adduxerit; pellitur. Quod si latuerit, nequit ex rebus suis quidquam donare, vel alio modo transferre ad hæreticum: sed tam hæc, quam hereditatem hæreticam, quæ ad ipsum deuoluitur, fiscus sibi vindicat. In vniuersum enim, qui participes fuere militiæ, vel dignitatis, vel aduocationis, vel publicæ liberalitatis, vel sustentationis; orthodoxos dumtaxat heredes habent, & quę ab ipsis ad hæreticum quocumque modo perueniunt, fiscus sibi vindicat. Si coniugum alter orthodoxus sit, alter hęreticus: eorum liberi orthodoxi fieri debent. Quod si partim orthodoxi facti sint, partim hæretici manserint: soli sunt heredes vtriusque parentis orthodoxi. Sin vniuersi sunt hæretici, orthodoxi adgnati, vel cognati succedunt: aut iis non exstantibus, fiscus. Continet etiam diuersas pœnas contra negligentes, & non persequentes, aut indicantes præsides, & officia, tam ciuilia, quam militaria, & episcopos:

Contius hinc accepit.

qui quidem de negligentibus præſidibus ad imperatorem deferunt. Multæ autem fiſco competunt.

XIX. Si parens vterque ſit hæreticus, ſolis orthodoxis liberis, non hæreticis, donationes cedunt,& ab iiſdem hæreditas ipſorũ aditur. Quum autem omnes hæretici ſunt, adgnati vel cognati orthodoxi ſuccedunt; aut illis non exſtantibus, fiſcus. Itidem pro modo facultatum ſuarum hæretici liberos orthodoxos alere coguntur, & cotidianas eis expenſas præbere, dare dotes, & ante nuptias donationes perſcribere.

Contius hinc ſumſit, & frigide vertit.

XX. Hæretici communicantes, aut ſynaxes, aut baptiſmata celebrantes, tamquam legum violatores puniuntur: & qui domos ſuas ad hoc eis præbent, iam conſtitutis ſubiacent. Orthodoxi dumtaxat intra ſepta ſacra tabernas habentes, priuilegiis fruuntur, non etiam hæretici; qui nec intra ſepta ſacra negotiantur, idque propterea, ne audiant diuina myſteria. Montaniſtæ cum iis, qui ex eorum numero fiunt orthodoxi, non commorantur: & qui ex eis dicuntur epiſcopi vel clerici, Conſtantinopoli pelluntur. Mancipia † mercari prohibentur, & iis, qui egeni ſunt inter ipſos, non ſuppeditantur a tribunalibus vel ab eccleſiis ſolatia, quæ in dignitate conſtitutorum, & eccleſiaſtica dicuntur. Et qui patrocinium eis citra rationem præſtat, decem librarum multam ſoluit, & ipſi præſides ob negligentiam libras decem, itemque comes rerum priuatarum, & horum officium.

† ſcilicet Chriſtiana. l. 54. §. his ita. C. de epiſ. & cl.

XXI. Iudæus, vel hæreticus, teſtimonium aduerſus orthodoxum in lite non dicit. Ipſi tamen aduerſus ſe inuicem teſtimonia perhibent, exceptis

ptis Manichæis, & Borboritis, & Paganis, & Samaritis, & qui similes ipsis sunt, Montanistis; & Tascodrogis, & Ophitis. Nam his omne testimonium, & omnis legitimus actus est interdictus. Alii verò hæretici & in testamentis, vltimisq; voluntatibus, & in instrumentis, sine distinctione testes sunt, ob maiorem in probationibus facilitatem.

XXII. Ne quidem ex militari testamento hæreticus vel hereditatem, vel legatum accipit.

TITVLI V. PARATITLA.

LIB. I. tit. I. constit. I. cuius initium, Cunctos. Hæretici omnes infames sunt. *l. 1. C. de sum. trinit. cum seq.*

Lib. I. tit. I. constit. II. cuius initium, Nullus. Nullus deputatus est locus hæreticis, ad faciundas in eo congregationes. Dicit etiam hæc constitutio, hæreticos esse infames. Et quicumque non sequatur orthodoxam Nicænorum patrum fidem, hæreticum esse.

Lib. I. tit. I. constit. V. cuius initium, τῆς ὀρθῆς. Hæc constitutio tradit orthodoxæ fidei definitionem, quam qui transgrediuntur, tamquam hæretici confessi legum supplicia perpetiuntur. Eadem statuit eiusdem tituli septima quoque constitutio, cuius initium, γινώσκειν.

Lib. I. tit. III. constit. XXXII. cuius initium, Omnes. Exsequutor orthodoxus erit. In vniuersum non fas est, vt hæreticus militet. *l. 32. §. præterea quia. C. de ep. & cler.*

Lib. I. tit. III. constit. LIV. cuius initium, Deo nobis. In III capite dicit constitutio, neminem hæreticum posse Christianum mancipium habere. *l. 54. §. his ita. C. eod.*

Lib. I. tit. I. constit. III. cuius initium, Θεσπίζομεν. Episcopi & clerici, qui Nestoriani sunt, ab ecclesiis eiiciuntur. *Pars l. 3. C. de sum. trinit.*

l.5.C.de epis. aud. Lib. I. tit. IIII. constit. V. cuius initium, Archigerontes. Nullus hæreticus Alexandriæ fiat archigeron, vel collegii, vel ergasiotarum administrator: sed omnino sit Christianus, interueniente cura præfecti Augustalis, & parentis illius officii.

Lib. I. tit. IIII. constit. XV. cuius initium, Nemo. Nec apud præfectum prætorio, nec apud alium quemcumque præsidem, aduocatorum officio funguntor hæretici.

Lib. I. tit. IIII. constit. XVI. cuius initium, Si legibus. Qui sciens hæreticam sibi personam despondet, si sponsalia soluere velit; arras duplas restituit. Sin autem ignorabat, veniam meretur.

l.3.C.ne sanct. baptis. Lib. I. tit. VI. constit. III. cuius initium, Nulli. Hæreticus, qui aliquem rebaptissare tentauerit, exsilio perpetuo subiicitur: nec potest præses statutam in illum pœnam remittere.

l.vlt.C.de apost. Lib. I. tit. VII. constit. VI. cuius initium, Eos. Clerici & monachi, qui ab orthodoxis deficientes, Eutychianistę facti fuerint: extra Romanam rempublicam pelluntor, & tamquam hæretici pœnis hæreticorum subiiciuntor.

l.12.C.de Iudæis & cæl. Lib. I. tit. IX. constitutio XII. cuius initium, Cælicolarum. Cælicolæ, nisi fidem orthodoxam sectati fuerint, tamquam hæretici puniuntur.

l.vlt.C.de postul. Lib. II. tit. VI. constit. VIII. cuius initium, Nemo. Nemo, qui a religione Christianorum est alienus, inter aduocatos refertor: ex violatione legis amissionem officii formidaturus, & bonorum publicationem, & exsilium perpetuum.

l.5.C.de spons. Lib. V. tit. I. constit. V. cuius initium, Mulier. Potest sponsa, quæ cum hæretico sponsalia contraxit; propterea, quod ille sit hæreticus, sponsalibus

busrenuntiare. Quippe dumtaxat arras, quas accepit, restituit. Idem locum habet, si sponsus quidem Christianus sit, sponsa vero non orthodoxa.

Lib. X. tit. XXXI. constit. XLIX. cuius initium, Omnes. Quicumque curiali condicioni sunt obnoxii, cuiuscumq; sectæ vel religionis existant, ad implenda munera tenentur.

l. 49. C. de decur. lib. x.

Legito quoque nouellam post Codicem editam ..... cuius initium est, Ne liberentur a curiali condicione Iudæi, & cetera. Nam in ea reperies, nullum hæreticum a curiali condicione liberari, nec ipsos testimonium posse dicere, nisi quum de aliquo fiscus dubitat, quasi qui curialis sit, & e collegiis, aut numero curialium aufugiat.

In editione Contii est xlv.

TITVLVS VI.
NE SANCTVM BAPTISMA iteretur: hoc est, ne rebaptissatio fiat.

I. EPISCOPVS, qui secundo baptissat eumdem, loco mouetur.

Ad tit. C. Ne sanct. bapt.

II. Qui rebaptissat orthodoxum, vna cum ipso adficitur vltimo supplicio, siquidem illius erat ætatis, quæ criminis esset capax.

III. Non permittitur hæreticis, vt orthodoxũ hominem ingenuum, vel seruum, ad baptisma suum perducant: nec vti seruis suis, necdum ipsorum fidei coniunctis, prohibeant; ne ad religionem orthodoxam accedant. Qui fecerit, vel in se fieri passus fuerit, vel non detulerit: ingenuus quidem exsilio plectitur, & libris auri decem multatur: nec vterque donandi, vel testandi facultatem habet. Pręses vero, qui non vindicauerit, aut in exsequendo modicus fuerit: iisdem pœnis est obnoxius.

Hic titulus paratitla non habet.

TITVLVS VII.
DE APOSTATIS.

Ad tit. C. de apost.

I. QVI a Christianis deficiens, fit Iudæus: publicatione bonorum punitur.

II. Qui ait defunctum propterea testari non potuisse, quod a Christianis deficiendo, Iudæus aut paganus factus fuerit: intra constitutum actioni inofficiosi quinquennium agit.

III. Qui ex orthodoxo factus fuerit hæreticus non versatur in hominum consortio, nec testis est, nec testamentum condit, nec hereditates adit, nec pœnitentiæ locum habet, vti fit in aliis delictis.

IIII. Christianus, qui a religione defecit, & sacrificauit, vel alteri mandauit, vt sacrificaret; a quouis accusatur, nec exceptio longi temporis opponitur: ac neque donationes facit, ex quo defecit a fide; nec specie venditionis legem circumscribit, nec testamentum condit: sed ab intestato Christianis eius propinquis omnia competunt, licet aduersus profanum hunc hominem viuum nulla litis contestatio facta sit. Eorumdem donationes & testamenta rescinduntur, & iis competunt, qui ex lege vocantur.

V. Qui seruum Christianum, vel ingenuum, siue inuitum, siue suasione adhibita, traducit ad religionem nefandam; supplicio capitis, & bonorum publicatione plectitur.

VI. Orthodoxus clericus aut monachus, qui Eutychis vel Apollinaris superstitionem sequitur; legibus aduersus hæreticos latis subiacet, & ex imperio Romano pellitur, secundum ea, quæ de Manichæis promulgata sunt.

TITV-

TITVLI VII. PARATITLA.

LIB. I. tit. IX. constit. XVIII. cuius initium, Hac victura. Samarita vel Iudæus, qui a religione Christiana quosdam abducere tentauerit; & bonorum publicationi subiicitur, & capite plectitur.

l. vlt. C. de Iud. & cælic.

Lib. I. tit. XII. constit. I. cuius initium, Iudæi. Iudæus, qui circumscribendi criminis, aut interuertendi debiti caussa, Christianus fieri voluerit: non aliter admittendus erit, nisi quod ei crimen infertur, diluerit; aut æs alienum dissoluerit.

l. 1. C. de his qui ad eccl.

TITVLVS VIII.

NEMINI LICERE SIGNVM saluatoris Christi humi, vel in lapide, vel in marmore sculpere, vel pingere.

GRAVISSIME punitur, qui in solo, vel in lapide humi sito, venerandam crucem sculpit, aut pingit: & quod factum fuerit, tollitur.

Ad tit. C. Nem. lic.

Hic titulus paratitla non habet.

TITVLVS IX.

DE IVDÆIS ET CÆlicolis.

I. QVOD Iudæorum vniuersitati legatur, non petitur.

Ad tit. C. de Iud.

II. In festis suis Iudæi munera corporalia non obeunt.

Hanc epitomen Contius hinc sumsit.

III. Iudæi, qui ex suis aliquem Christianissantem saxis petunt, vel in eum furiosius aliquid designant; cum facti participibus concremantur.

IV. In Iudæorum synagogis metata facere propterea non oportet, quod eæ sint loca religioni deputata.

V. A muneribus curialibus Iudæi non liberantur.

VI. Tam Christianus, qui Iudæam vxorem accipit; quam Christiana, quæ Iudæo nubit; adulterii publice accusantur.

VII. Iudæi legem suam in matrimoniis non seruant, nec pluribus simul vxoribus copulantur.

VIII. Iudæi secundum leges apud præsides agunt & conueniuntur, tam in iis, quæ ad forum, quam quæ ad superstitionem ipsorum, ac legem pertinent. Licet autem eis in pecuniariis dumtaxat caussis eligere iudices Iudæos, quorum sententias ipsi prȩsides exsequuntur, veluti sententias datorum ab se iudicum.

IX. Iudæi rerum in foro suo precia statuunt, & si quis alius apud ipsos hoc facit, punitur. Quippe iustum est, cuique sua committi.

X. Iudæi decuriones, curiis suis restituuntur.

Hinc corrigenda l. 11. C. h. t.

XI. Iudȩi formam crucis in Amanis specie non comburant. Nam alioquin etiam permissam sibi religionem amittunt.

XII. Qui cælum colunt, promulgatis aduersus hæreticos legibus subiacent: & deputata conuenticulis eorum loca sibi vindicat ecclesia. Nam quod a Christiana fide abducit, eidem contrarium est.

XIII. Iudæi sabbato, ceterisque festis suis, nihil faciant; neque propter aliquam fiscalem priuatamve caussam conueniantur, aut Christianos ipsi conueniant.

XIV. Iudæi

XIV. Iudæi non adficiendi sunt iniuriis, aut synagogæ, vel domus eorum lædendæ. Nam si quid admiserint, per præsides pœnæ fit exsequutio. Ipsi quoque nihil aduersus religionem Christianam facere debent.

XV. Quæ inter Christianos & Iudæos lites existunt, non horum seniores, sed præsides ipsi decidunt.

XVI. Iudæi Christianum circumcidentes, vel mandantes, vt circumcidatur; publicatione bonorum, & exsilio perpetuo plectuntur.

XVII. Iudæorum primates canonem coronarium quotannis periculo suo sacris largitionibus inferunt.

XIIX. Iudæus ne quidem interueniente imperatoria iussione suscipit aliquam administrationem, vel inter constitutos in dignitate refertur, vel defensor fit, ne licentiam habeat in caussis orthodoxorum, aut episcoporum, pronuntiandi; vel ciuitatis fit pater. Synagogas suas ruinam minantes erigunt. Quas nouas fecerint, ecclesia consequetur: & qui fabricæ fecerit initium, librarum L damnum feret. Qui vero quempiam non existentem religionis ipsorum, doctrina diuersa traducit ad ipsos; publicatione bonorum, & capitis supplicio plectitur.

Alia l. 12. C. de heret. et Man. epitome, sane non minus plena, quam quæ superius posita legitur.

TITVLI IX. PARATITLA.

LIB. I. tit. V. constit. XII. cuius initium, τὺς αἱρετικὺς. Iudæus neque dignitatem adipisci potest, nec magistratum gerere, nec aliquod in militia imperium habere, nec inter aduocatos referri. Subiectus est autem condicioni cohortalinorum, & prouenientibus hinc oneribus. Qui vero ad indi-

cata studuerit adspirare, tam iis excidit, quam † centum librarum auri pœna plectitur. Quum autem alteruter parentum fieri vult filium Christianum, voluntas eius est rata. Iudæus filium alere debet, & quæ requiruntur ad necessariam expensam, ei suppeditare, filiabus dotes constituere, pro filiis donationes ante nuptias, pro modo patrimonii, facere: si, dum in ceteris a filio recte colitur, hoc solum habeat, quod reprehendat; illum scilicet factum esse Christianum.

† *Suprà, xx.*

An hæreticorum adpellatione Iudæi contineantur.

Lib. I. tit. V. constit. XXI. cuius initium, Quoniam. Nota, Iudæum hæretici adpellatione non contineri. Postquam enim prohibuit hæc constitutio, ne testis in iudicio sit hæreticus: adiicit, Nec Iudæus testimonium dicat. Quo fit, vt quum separatim horum mentionem constitutio fecerit, Iudæos hæreticorum adpellatione comprehendi nolit. Hoc nota, veluti de quo valde quæritur.

l. 1. C. de apostat.

Lib. I. tit. VII. constit. I. cuius initium, Si quis. Qui a Christianis deficiens, Iudæus factus fuerit, & criminis huius conuictus: publicationi facultatum subiicitur.

l. 6. C. de pag. & sacrif.

Lib. I. tit. XI. constit. VI. cuius initium, Christianis. Christiani religionis auctoritate non abutuntor, nec Iudæis quiete degentibus, neque turbulentum quidquam molientibus, vim inferant.

l. 1. C. de his qui ad eccl.

Lib. I. tit. XII. constit. I. cuius initium, Iudæi. Iudæus, qui circumscribendi criminis, aut interuertendi debiti caussa, Christianus fieri voluerit: non aliter admittendus erit, nisi quod ei crimen infertur, diluerit; aut æs alienum dissoluerit.

TITV-

TITVLVS X.

NE CHRISTIANVM MANcipium hæreticus, vel Iudæus, vel paganus habeat, vel possideat, vel circumcidat.

I. IVDÆVS Christianum mancipium, vel alterius sectæ, vel nationis, quocumque modo ne habeto. Sin habet, & circumcidit: ipsum quidem mancipium libertatem consequitur, Iudæus vero capitis supplicio punitur.

Ad tit. C. Ne Christ. mancip.

II. Paganus, & Iudæus, & Samarita, & quicumque non est orthodoxus, habere Christianum mancipium nequit. Nam & ipsum mancipium in libertatem vindicatur, & qui mancipium comparauit, libras x x x Priuatis largitionibus soluit.

Epitome l. 2. quæ integra non exstat.

TITVLI X. PARATITLA.

LIB. I. tit. III. constit. LIIII. cuius initium, Deo nobis. Nullus Iudæus, aut paganus, aut hæreticus, mancipium Christianum habeat. Si tale quid depræhensum fuerit, confestim seruus in libertatem abripiatur.

l. 54. §. his ita dispositis. C. de cler. & episc.

Lib. I. tit. VII. constit. V. cuius initium, Eum: Qui seruum adhibita vi, vel persuasione, traduxerit a Christianismo ad nefandam sectam: publicato patrimonio, capite plectatur.

l. 5. C. de apostat.

Lib. I. tit. IX. constit. XVI. cuius initium, Iudæi. Bonorum publicationem, & exsilium perpetuum Iudæis inferimus; qui Christianum circumcidisse, conuicti fuerint; vel alteri, vt id faceret, mandauerint.

l. 16. C. de Iud. & cælic.

TITVLVS XI.

DE PAGANIS SACRIFIciis, & templis.

l. 1. C. h. tit. cũ seq.

I. TEMPLA clauduntor, nec quisquam sacrificato. Si quis hoc perpetrauerit, capite plectitur, & facultates publicatas amittit. Pœna simili rector aut præses adficitur, qui exsequutionem non fecerit.

II. Nemo per extispicinam diuinationes instituat. Nam acerbe punitur, qui præsentium vel futurorum veritatem contra vetitum inquirit.

III. Sacrificia prohibita sunt, at publicorum operum ornatus ne tollitor. Quod si quis rescriptũ, aut legem, ad horum euersionẽ profert: id ipsum ei eripitur, & ad imperatorem refertur.

IIII. Absque sacrificiis, & superstitione prohibita, iuxta consuetudinem antiquam, spectacula publica, quæque fiunt ad hilaritatem populi conuiuia, perficiantur.

V. Loca sacra, quæ Carthagine sunt, ad Augustam domum pertinento: exceptis iis, quæ ab imperatoribus vel alicui personæ, vel ecclesiis sunt donata.

VI. Si Christiani vim adtulerint, aut rapuerint ea, quæ pertinent ad quiete degentes paganos ac Iudæos: quod rapuere, duplum restituunt; & præsides, & officia, & decuriones, si non vindicauerint, sed hæc a populo designari permiserint, pœna simili adficiuntur.

VII. Nemo voti caussa templum ingreditor, nec simulachra honore adficito, nec templa sertis redimito, nec ignem aris iniicito, vel thus adoleto

non

non libationes facito, vel hostias immolato. Nam publicatione bonorum, capitisque supplicio punitur; quum quidem publica sit huius criminis accusatio. Præses vero, qui post legitimam accusationem, & probationem, facinus non vindicauerit; quinquaginta libras, sicut & officium libras totidem, fisco soluit.

VIII. Si pagani prohibitum quid fecerint, publice accusantur: & si quid in alieno loco, sciente domino, perpetrauerint: tam locus ipse, quam reliquum patrimonium eius proscribitur; & ipse dignitatem, vel militiam amittit. Sin priuatus est, pœna corporali adficitur, & in opus metalli perpetuo relegatur.

IX. Si quid donatum fuerit, aut relictum locis, aut personis, vel ad fulciendum errorem paganum: id ea ciuitas accipiet, in qua illæ personæ habitant, vel sub qua sita sunt ipsa loca: rebus ipsis expendendis ad similitudinem redituum municipalium. Impietates vero paganorum, præsides ipsi puniunt; & quæ potestatem eorum excedunt, ad imperatorem referunt.

Epitome, quam Cōtius ex hoc loco sumsit. sed hæc correctior est.

X. Qui post sanctum baptisma in errore paganorum manent, vltimo supplicio puniuntur: qui vero necdum baptissati sunt, tam seipsos, quam liberos, atque coniuges, cum omnibus suis, ad sacrosanctas ecclesias adducant. Ac liberi quidem, qui minoris ætatis sunt, absque dilatione baptissantur: adulti vero, prius scripturas secundum canones docentur. Si vero propterea, quod militiam vel dignitatē adepti sint, vel quod facultates habeant, specie tenus ipsi baptissantur; at liberos, vxoresve suas, aut domesticos, & neçessitudine sibi iunctos,

Habet hāc quoque Contius ex hoc libro, male versam.

in errore reliquerint: publicatione bonorum damnantur, & pro merito puniuntur, nec republica fruuntur. Quod si plane baptissati non fuerint, nullius in republica beneficii participes sunt, neque dominium patrimonii mobilis aut immobilis habent, sed fiscus ea sibi vindicat; & præterea pœnis competentibus plectuntur, ac relegantur. Quod si constiterit eos sacrificare, vel simulachra colere: sicut Manichæi puniuntur. Ceterum pagani cuiuscumque disciplinæ professores esse nequeunt, neç annona † publica, ne quidem sanctione sacra interueniente, fruuntur.

† id est, salario.

Hic titulus paratitla non habet.

TITVLVS XII.

DE HIS QVI AD ECCLEsias confugiunt, & clamoribus ibi vtuntur.

C. hoc tit. I. IVDÆVS, qui fugiendi criminis, aut debiti caussa, Christianissare vult; nō suscipiatur prius, quam eum culpæ expertem esse constiterit, & debitum soluerit.

II. Qui abstrahit confugientes ad ecclesias, maiestatis crimine tenetur.

III. Confugas arma quæcumq; habere non oportet, nec intra templū cibum somnumve capere. Nā tuto degūt intra primas ianuas in areis, & porticibus, & balineis, & hortulis. Quod si a clericis admoniti, accepto quoq; securitatis caussa iuramēto, arma nō deposuerint: per armatos abstrahētur.

Epitome legis, quam Contius integram posuit ex Cod. Theodo.

IIII. Si seruus armatus ad templum cōfugerit, vel domino tradatur, vel illi, a quo aufugit. Si fretus armis, resistit: domino permittitur, vt eum, quibus id faciundum putarit viribus, abstrahat. Ac siquidem in resistendo fuerit interemtus, noxæ dominus expers est. V. Non

V. Non licet in ecclesiis conclamationibus vti, vel tumultuari, nec cũ multitudine seditioné in ciuitate mouere. Nã is, cui fit iniuria, potius quam vt hæc faciat, præsides adeat. Qui contra legẽ hanc agit, vel seditioné mouet: vltimo supplicio punitur.

VI. Qui confugas abstrahere conatur, supplicio capitali adficitur. Nec alimẽtis, aut veste, quieteve priuandi sunt. Ac siquidem in ipsa conspiciantur ecclesia, seruata locis ipsis reuerentia per iudicis cõpetentis sententiam commonentur, & responsum dant, quod ipsis dandum videtur. Si latitant in ecclesiæ finibus, per œconomũ, vel defensorẽ, vel eum, cui res ab episcopo cõmissa fuerit, perquiruntur: & quũ inueniuntur, decenter cõmonentur; & potestatẽ habent vel per seipsos, vel per instructos ꝓcuratores, in cõpetenti iudicio respondendi. Si dilationẽ interponunt, legitime per edicta citantur. ac siquidẽ res immobiles habent, earũ siue traditio, siue distractio fit, prò quantitate debiti, tam priuati, quam publici. Quod si extra ecclesiam res mobiles occultatas habent, per exsequutores perquiruntur, & ex eis fit satisfactio. Sin res eorum in ipsa occultantur ecclesia, per œconomum & defensorem inquiruntur. Quod si sola de aliquo est suspicio, iussu episcopi sui iusiurandum præstat. Eadem etiam in fideiussoribus, & mandatoribus, & rebus eorum, & familiaribus, & sociis, & omnino in iis, qui easdem ob caussas obnoxii sunt, ac vna cum ipsis ad ecclesias confugiunt, obseruantur: vti scilicet ex rebus eorũ, debita soluantur. Si vero serui, vel adscripticii, vel coloni, vel liberti, cum rebus, aut absque rebus, ad ecclesias confugerint: confestim traduntur, & pro modo

delicti,proque ratione disciplinæ ecclesiasticæ,castigantur:ne ii, quorum sunt, ex ipsorum absentia damnum capiant; nec ipsi ad ecclesiæ detrimentum,ex sumtu pauperum alantur. Debent autem & œconomus & defensor in eos, qui ad ecclesias confugiunt, & in causas eorum inquirere; atque præsides, vel illos, ad quos personæ causæque pertinent, instruere; vt æquitati conuenientia fiant. Ceterum hæc constitutio Constantinopoli locum non habet. Nam quæ illa in vrbe accidunt, imperator arbitratu suo disponit.

Hæc, & proxime sequens epitoma, tantum heic exstant: leges integræ perierunt. Contius more suo reddit.

VII. Qui actionem vel negotium aduersus aliquem habet, non turbet ecclesias per seipsum, vel per alium; sed præsides adeat. Quod si ei, propter admissa quædam, opus ipso sit imperatore: archiepiscopi opera ipsum instruat. Qui secus facit, castigatur.

VIII. Qui procedente, in aliquo festo, maiorem ad ecclesiam imperatore, conclamationibus vtitur: & ipsam causam amittit, & per præfectum vrbi pellitur, atque castigatur. Qui vero propter aliquam personam potentem, ad ecclesiam confugit; imperatoriam maiestatem tam patriarchæ, quam ecclesiæ defensorum opera instruat.

TITVLI XII. PARATITLA.

l.22. C. de episc. & cler. in medio.

LIB. I. tit. III. constit. XXII. cuius initium, Si qua. Quæ nomine confugientium ad ecclesias concessa sunt priuilegia, firma sunto.

l. vn. C. vt om. iudic. tam ciuil. quã milit.

Lib. I. tit. XLIX. constit. I. cuius initium, Nemo. Præses, postquam ei successum est, quinquaginta dies in prouincia sic debet exigere: vt intra terminos religiosos non occultetur.

† al. XII.

Lib. X. tit. XIX. constit. † X. cuius initium,

Θεσπίζο-

θεάσζομεν. De confugientibus ad ecclesias adparitoribus, vel curialibus, differit hæc constitutio, quomodo sint ab eis exigenda tributa publica: præcipiens, ne quisquam collationes super eos soluat, nisi hoc ipsum publicauerint. Nam super illos, qui ad ecclesias confugiunt, vel alio quomodo semet occultant, nullam fieri vult a collatoribus solutionem.

Lex ponenda in fine tit. De exac. trib. C. lib. x. vbi deest in omnibus.

TITVLVS XIII.
DE HIS, QVI IN ECCLESIIS manumittuntur.

I. RECTE quis seruum suum in ecclesia catholica, populo & sacerdotibus præsentibus, manumittit: & propter memoriam, vice actorum, qualiscumque fit scriptura, quæ ab episcopis subsignatur. Ipsi etiam episcopi, prout volunt, dant vel relinquunt libertates: modo tamen eorum voluntas manifesta fiat.

C. h. t.

II. Qui in ecclesia, episcopo & vniuerso populo præsente, manumittitur; fit ciuis Romanus. Clericus autem, si vel in extrema voluntate dederit, vel quibuscumque verbis dari libertatem præceperit; facit, vt directa libertas ex ipso die publicati testamenti competat.

TITVLI XIII. PARATITLA.

LIB. I. tit. III. constit. LIIII. cuius initium, Deo nobis. Seruus, qui pagano, vel Iudæo, vel Samaritæ, vel hæretico seruit; tametsi necdum Christianus est, nunc autem Christianus fieri vult: statim atque † sigillum acceperit, in libertatem

l. 54. C. de episc. & cleric. §. vlt.
† baptismi scilicet.

l.1.§. ult. C comun. de manumis. eripitur; nec potest ipsum dominus eius in seruitutem reducere, licet etiam is postea Christianus factus fuerit.

* κεφάλαια siue capita Græci vocant, quos nostri dicunt paragraphos.

Lib. VII. tit. XV. constit. I. cuius initium, Sancimus. * Capite secundo tradit hæc constitutio, posse filium mandato patris seruos suos in ecclesia manumittere.

EXPLICIT PARATITLORVM LIBER PRIMVS.

PARATITLORVM LIBER II.

COLLECTIO SPARSIM EXpositorum in Digestis, & sanctionibus principum, & introductoriis legibus, siue Institutis; de rebus, deque locis sacris: & de his, quæ in eis facta sunt, & quæ in eis committuntur: & de sacerdotibus, & sacrificiis, & Iudæis: & de his, qui aliquos ad prohibitam religionem abducunt: & de puerorum, senum, ac infirmorum alimentis.

TITVLVS I.

D. de diuis. rer. *sic adpellant Græci, quas nos leges dicimus.

DE REBVS ET LOCIS sacris, & de his, quæ in eis facta sunt, & quæ in eis committuntur.

DIGESTORVM lib. I. tit. VIII. * digesto primo. Gaius. Res sacræ diuini iuris sunt, nec in vllius

vllius sunt dominio. Sacra vero res est, quæ publice est consecrata. Nam priuatæ res, non sunt sacræ, sed profanæ. Quod si corruerit ædificium, locus sacer manet, vt tradit Marciani digestum sextum. Ceterum sacræ res dedicantur & in ciuitate, & in agris. Locus autem publicus absque iussu imperatoris non fit sacer, vt est in Marciani & Vlpiani digesto VIII & IX. Sacra vero res inæstimabilis est, vt ait Pomponius digesto † X.

† in nostris libris exstat in fine l. 9.

Lib. I. tit. XVI. digesto VII. Ædes sacras proconsul inspiciat, & curet eas expoliri. *D. de offic. proc. l. 7.*

Tit. XVIII. digesto XIII. Præses sacrilegos conquirat. *D. de offic. præs. l. 13. in prin.*

Lib. II. tit. XIIII. digesto LX. Pomponius. Non recte quis paciscitur, ne locum suum dedicet. *D. de pactis. l. 61.*

Lib. VI. tit. I. digestum XXIII. Pauli. Quæ sacra sunt, vindicare tamquam nostra, non possumus. *D. de rei vindic. l. 23. § 1.*

Lib. VIII. tit. I. digestum XIIII. Pauli. Quum locus sacer interponitur, etiam iter impeditur. Nam seruitus per eiusmodi locum non consistit. *D. de seruitut. l. 14.*

Lib. X. tit. II. digestum .... Vlpiani. Tabulæ testamenti, cum eorum distinctione, quæ in textu exponitur, vel per decretum, vel consensum heredum, in templo reponuntur. *D. famil. ercis. l. 4.*

Lib. XI. tit. IIII. digestum I, Vlpiani. Seruos fugitiuos, qui adpræhenduntur, tuto custodiri oportet, ac in templo; eorumque adscribi nomina, & quorum esse se dicant; itemque notas eorum, puta, si cicatrices habeant. *D. de fugit. l. 1.*

D. de relig. et sumt. fun. l. 36. Lib. XI. tit. VII. digesto .... Pomponius. Loca sacra, quum in hostium potestatem veniunt. desinunt esse talia: sicut homo liber, in seruitutem redactus. Liberata vero ab hac calamitate, statum pristinum per ius postliminii recipiunt.

l. 5. D. de iureiur. Lib. XII. tit. II. digesto V. Vlpianus. Omne licitum iusiurandum, quod delatum prętatur, seruari debet: licet aliquis per superstitionem suam iurauerit.

Digesto XXXIII. Vlpianus. Qui per salutem suam iurauit, per Deum quidem iurare videtur: sed si iusiurandum ita non sit ei delatum, denuo iurat. Ceterum totus iste titulus de iuramentis tractat.

D. depositi. l. 1. §. Apud Iulianũ. 25. Lib. XVI. tit. III. digesto I. Vlpianus. Si quidam de hereditate defuncti contendant, nec eorum aliquis illi caueat Depositi, qui apud se rem depositam habet: non cogitur depositarius, vt cõueniri se patiatur: sed rem in templo deponit, donec de hereditate iudicatum fuerit.

Digestum V. Pauli. Quod depositum est apud sequestrum; ex iusta caussa, iudicis arbitratu, in templo deponitur.

D. pro socio. l. 63. in fine. Lib. XVII. tit. II. digesto LXIII. Pomponius. Si res communis consecrata fuerit, soluitur eius nomine contracta societas.

D. de contrah. emt. l. 4. & 6. Lib. XVIII. tit. I. digestum V. Pauli. Constat emtio rei sacræ, si emtor ignoret, esse rem sacram. Sin autem nouit, non constat, vt ait Pomponius.

Digesto VI. Qui per ignoratiõẽ, rem sacram, quasi priuatam, emit: licet emtio non constet, tamen actionem ex emto aduersus venditorem habet: vt consequatur id, quod eius intererat, ne deciperetur. Sic ait Modestinus digesto LXII.

Eodem

Eodem titulo, digestum XXII. Vlpianus. Nõ est superuacuum, ita pacisci: SI QVID SACRVM SIT, EIVS NIHIL VENISSE. Nam hoc ad exigua loca pertinet. Quippe si deprehensum fuerit, omnino sacrum esse: non valet emtio. Sed & quod solutum est, repetit emtor. Ceterum non computantur in modum fundi venditi loca sacra fundo coniuncta, nisi aperte sit hoc indicatum, quemadmodum Paulus ait digesto LI.

Lib. XXI. tit. I. digesto XVII. Seruis confugere ád asyli loca licet, ac postulare, vt emantur.

D. de edil. edic. l. 17. §. Apud Labeone.

Lib. XXIIII. tit. I. digestum V. Vlpianus. Recte dono rem aliquam vxori meæ, vt offerat eam Deo: vel locum aliquem, vt in eo templum faciat. Et locus ille fit sacer.

D. De donat. int. vir. et vx. l. 5. §. proinde.

Lib. XXIIII. tit. I. digesto LXI. Gaius. Recte quid donatur coniugi, repudii caussa. Nam sæpe propter sacerdotium expedit matrimonium dissolui bona gratia.

Lib. XXVII. tit. X. digesto XII. Marcianus. Curator furiosi non potest rem furiosi dedicare.

D. de curat. furi. l. 12.

Lib. XXX. digesto XXXIX. Qui sacra legat, furere videtur: nec vel æstimatio eorum præstatur. Quippe omnino non distrahuntur.

D. de legat. 1 l. 39. in fine.

Lib. XXXI. digesto LXXVIII.* themate XXVII. Papinianus. Si per epistolam filio meo prædia donauero, non vsus in ea verbis fideicommissi, atque illam epistolam in æde sacra deposuero, & in hanc sententiam sacerdoti scripsero: INSTRVMENTVM VOLVNTATIS MEÆ, POST MORTEM MEAM, FILIO MEO TRADI VOLO: & postea moriar nullo testamento condito, pluribus hæredibus exstantibus:

D. de legat. 2. l. 77. §. donationis. 26.

** themata Græci paragraphos vocant.*

filius ea prædia, quorum in epiſtola mentio fit, accipit.

D.de annon.leg.l. 20.

Lib.XXXIII.tit.I.digeſto XXVI.Scæuola. Si legauero hierophylacibus [hoc eſt, æditis] x ſolidos, qui ſoluantur tempore feſtiuitatis eorum: eos decem ſolidos annuos templo videor in perpetuum relinquere.

D.de aliment.vel cib. leg.l. 17.

Lib.XXXIIII.tit.I. digeſto XVII. Scæuola. Si deputatis ſeruis meis ad cuſtodiam templi, quod a me exſtruitur, legauero menſtrua cibaria, & annua veſtiaria: accipiunt ea, a tempore mortis meæ, donec templum exſtructum fuerit. Manent autem ſerui heredis, quos teſtator ad cuſtodiam exſtructi ab ſe templi conſecrauit, niſi eos manumiſit: quemadmodum libro * XL. titulo XII. digeſto XXXV. Papinianus ait.

*D. de liberali cauſa.l.35.

D. de auro,arg.mũdo.l.38.§. Seia.

Lib. XXXIIII. tit. II. digeſto XXXVII. Scæuola. Si dixero in teſtamento, fieri debere crucem ex libris centum, ac illa in æde ſacra reponi; omnes autem cruces in illo templo argenteæ ſint, & æreæ: argenteas heres facere cogitur.

D.ad l. Falcid. l.1. §. 2.

Lib.XXXV.tit.II.digeſto I. Paulus. Etiam in iis, quæ Deo legantur, locus eſt legi Falcidiæ.

D.de op. nõ.nunt.l. §.Nuntiamus.11.

Lib.XXXIX.tit.I. digeſto I. Vlpianus. Operis noui nuntiatio locum habet, ne quid fiat contra legem in loco ſacro.

D.de aqua,& aquæ pl.l.1. §. item.13. l.17.§.3. eod.

Tit.III. digeſto I. Vlpianus. Locus eſt actioni aquæ pluuiæ arcendæ aduerſus eum, qui aquam auertit, & agro alieno nocuit: licet aqua in loco ſacro oriatur.

Digeſtum XVII. Paulus. Quum locus ſacer interponitur, ſeruitus non conſiſtit.

D.de ſtatulib.l 4.

Lib.XL.tit.VII. digeſtum IIII. Paulus. Si heres

res absit reipublicæ caussa, vel exspectat eum statuliber, vel pecuniam rite consignatam in templo deponit, & statim fit liber.

Lib. XLI. tit. II. digesto XXX. Paulus. Possidere definimus locum, qui sit sacer: licet eum non vt talem, sed vt priuatum, tenemus.

D. de adquir. vel amitt. poss. l. 30. §. possessionem.

Tit. III. digesto IX. Gaius. Res sacræ non recipiunt vsucapionem.

D. de vsurp. & vsucap. l. 9.

Lib. XLIII. tit. I. digesto I. Vlpianus. Etiam de sacris interdicta competunt. veluti, ne quid fiat contra locum sacrum: vel, vt quod factum est, restituatur: quemadmodum Paulus ait digesto II.

D. de interd. l. 1. & 2.

Tit. V. digesto III. Conuenitur interdicta de tabulis exhibendis etiam æditus, qui testamenti tabulas custodiæ caussa suscepit.

D. de tab. exhib. l. 3. & 5.

Digestum V. Iabolenus. Si ex ipsis testamenti tabulis nascatur de hereditate controuersia, vel si ad publicam quæstionem pertinet: interdictum de tabulis exhibendis mihi non competit, sed interim in templo deponuntur.

Tit. VI. digesto I. Vlpianus. Non licet aliquid in loco sacro facere, vel in eum immittere, quod ei deformitatem, non ornamentum adfert. Ceterum hoc interdictum ad sacraria non pertinet. Custodia vero templorum mandatur iis, qui sacris ædibus sunt præpositi.

D. ne quid in loc. sacr. l. 1.

Tit. VIII. digesto II. Vlpianus. Non licet aduersus locum sacrum ædificare, sed & quod ædificatum est, diruitur.

D. ne quid in loco publ. l. 2. § si quis nemine. II.

Lib. XLIIII. tit. VI. digestum III. Gaius. Non licet rem litigiosam Deo dedicare. Et qui hoc fecerit, duplum aduersario suo præstat ob eam caussam, quod illa potentiori sit aduersario tradita, quam esset ipse.

D. de litigioso. l. 3.

D. de oblig. et act. l. 1. §. 3. Tit. VII. digestum l. Gaius. Inutiliter quis stipulatur de loco religioso.

D. de verb. oblig. l. 26. et 27. Lib. XLV. tit. I. digestum XXVI. Vlpianus. Inualide quis promittit, facturum se sacrilegium: nec competit inde actio.

D. eod. l. 38. in fine. Digestum XXXIIX. Vlpianus. Recte stipularis, ædem te sacram ædificaturum: & facta huius operis caussa locatio valet.

d. t. l. 83. §. sacram. 3. cum seq. Digestum LXXXIII. Paulus. Fieri nequit, vt rem quis sacram stipuletur, quamuis priuata fieri possit. Nam & quum locum priuatum stipulatus fuero, atque acciderit, vt is absque dolo meo dedicaretur; rursumque contigerit, vt aliqua lege fieret locus priuatus: equidem non teneor.

Idem digestum. Non possum stipulari locum sacrum sub hac condicione, QVVM PRIVATVS FACTVS FVERIT. Nam ea stipulari possumus, quæcumque tempore stipulationis, & vsus & dominii nostri esse possunt.

l. 91 in princ. eod. Digestum XCI. Paulus. Si res, quæ venit in stipulationem, in rerum natura quidem est, verum dari non potest; puta, quod sacra facta sit: siquidem tempore stipulationis, vel postea, stipulantis erat, atque ita facta est sacra; tenetur. Quemadmodum & quum per alium, postquam ipse vendidit, facta est sacra. Sin autem, quum res alterius sit, acciderit eam per alium fieri sacram: non tenetur is, qui stipulatus est; nisi res facta sit sacra, posteaquam solutioni moram ipse interposuit.

l. 137. §. quũ quis. 6. eod. Digestum CXXXVII. Venuleius. Inualide stipulor sub condicione, quæ lege prohibita est. Verbi gratia, DABIS, SI REM SACRAM QVIS VENDIDERIT: licet fieri possit, vt ius eius postea mutetur.

Lib.

Lib. XLVII. tit. XXII. digestum II. Vlpianus. Qui cum armis occupauerint locum sacrum, pœnæ sunt obnoxii. Nam agitur in eos ex lege de crimine maiestatis: sicut & libro XLVIII. tit. IIII. digesto I. Vlpianus ait: * Lex de crimine maiestatis, similis est legi de crimine sacrilegii.

D. de colleg. et corp. l. 2.

* D. ad l. Iul. maiest. l. 1.

Lib. XLVIII. tit. XIII. digesto I. Vlpianus. Ex lege de peculatu agitur in eum, qui abstulit ex pecuniis sacris, vel eas in rem suam vertit, vel dolo malo fecit, vt horum aliquid fieret.

D. ad l. Iul. pecul.

Digesto IIII. Marcianus. Sacrilegi pro qualitate delicti extra ordinem puniuntur.

Digestum V. Marcianus. Ex æde sacra pecunias priuatas surripere, non est sacrilegium: & locus est actioni furti. At vero digesto XVI. tit. XIX. eiusdem XLVIII libri dicitur; * discernere furem a sacrilego.

D. de pœnis. l. 16. §. Locus.

Digestum VI. Vlpianus. Sacrilego pœna pro qualitate personarum, & delicti, & temporis, & ætatis, & sexus, aut grauior, aut leuior infertur. Nam aliqui dantur ad bestias, aliqui suspenduntur in furca. Moderata vero pœna est, bestiis tradi sacrilegum nocturnum: diurnum vero, qui modicum aliquod sacrilegium committat, in metallum damnari: vel si loci sit honestioris, deportari.

l. 6. in princ. ad l. Iul. pecul.

Digestum VII. Venuleius. Crimen peculatus post quinquennium, ex quo admissum fuit, non accusatur.

Digestum IX. Paulus. Sacrilegi capitaliter puniuntur. Sunt autem sacrilegi, qui publica templa compilant. At qui priuata sacra, vel parua templa incustodita compilant; minus quidem, quam sacrilegi; sed amplius, quam fures, puniuntur.

Extraneus, qui suffuratur res sacras, tenetur lege de peculatu. Nam is, cui credita est eorum custodia, licet aliquid ex eis auferat, hac lege non tenetur.

Digesto X. Marcianus. Deportatur, qui hominem in arcam immiserit, eumque deposuerit in templo: siquidem is egressus ex arca, res quasdam de templo clepserit.

Digesto XIV. Papinianus. Iudicium peculatus etiam aduersus heredes competit. Nam in eo de pecuniis ablatis est quæstio.

D. de pollicitat. l. 2. Lib. L. tit. XII. digesto II. Si quis rem vouerit, obligatur ipse, non res. Quum autem soluta res fuerit, ipsa quidem sacra non efficitur; sed liberatur is, qui promisit. Ceterum tali voto tenentur patres familiarum, puberes; non etiam ii, qui adhuc in potestate sunt, absque patrum vel dominorum auctoritate. Quod si quis decimam partem bonorum suorum vouerit, donec eam separauerit, in ipsius esse patrimonio non desinit. Sin prius decesserit, quàm separationem fecerit: heredes eius tenentur. Quippe transit ad heredes voti obligatio.

D. de verb. signif. l. 17. Tit. XVI. digesto XVII. Vlpianus. Sacra non referuntur inter publica. Traditur autem in eo textu, quæ nam sint publica.

† h. e. libro institutionum I. Ex † Institutione prima, titulo primo. Legum sapientia, est diuinarū atq; humanarū rerū notitia.

Instit. de iust. et iur. in princip. *Instit. de rer. diuis. §. sacræ. 6.* Lib. II. tit. I. Sacræ res sunt, quæ rite, ac per sacerdotem Deo consecratæ sunt: veluti templa, & vasa sacra, quæ nec distrahuntur, nec obligantur, nisi ex caussa redemtionis captiuorū. Ac templo diruto, locus ipse manet sacer. Nec sacrū est, quod auctoritate sua quasi sacrum quis fecit.

Eodem

Eodem titulo. Qui fortuito casu thesaurum inuenerit in loco sacro, dominium eius consequitur.

Tit. VI Res sacræ non vsucapiuntur.

Institutione III. tit. *XIX. Nullius est momenti, si quis res sacras stipuletur.

Tit. XXIII. Nemo sciens emit rem sacram. Si vero deceptus emerit veluti rem priuatam, agit ex emto ad id, quod eius interest.

Tit. XXVI. Non valet, si tibi mando, vt sacrilegium cõmittas. Licet enim damnum aliquod inde acceperis, actionem aduersus me nullam habes.

Tit. XXVII. Est & vbi per errorẽ solutum indebitũ, non repetitur: sicut in iis, quæ leguntur venerabilib. domibus, religionis aut pietatis intuitu.

Institutione IIII. tit. VI. Si is, qui iussus est præstare venerabilibus locis legatum, aut fideicommissum moram interposuerit, & in ius vocatus fuerit: id, quod relictum est, duplum soluit.

Tit. XV. Prohibitorium interdictum etiam tunc competit, ne quis in loco sacro ædificet.

Tit. XVI. Quod locis venerabilibus legatur, ex inficiatione fit duplum.

Tit. XVIII. Lex de peculatu competit aduersus sacrilegos.

*d. tit. §. Thesauros. 32. Instit. de vsucap. §. 1. sed aliquando. *In editis, XX. Instit. de inutil. stipul. in principio. In editis, XXIIII. §. Loca sacra. 8. Instit. Mandat. §. 3. illud quoque. Instit. De oblig. quæ quasi. §. vlt. de action. §. item mista. 20. & §. omnes autem. 22. in fine. De interdict. §. Summa. De pœna tem. litig. §. At aduersus. De public. iudic. §. Item lex Iulia peculatus.*

TITVLVS II.

DE SACERDOTIBVS.

LIB. II. tit. IIII. digesto II. Vlpianus. In ius vocare sacerdotẽ non oportet, dum sacerdotale munus obit: nec eos, qui propter loci religionem, ex eo se mouere nequeunt.

D. de in ius vocando. l. 2.

D.de procur. & defens. l.18. Lib. III. tit. III. digesto XVIII. Modestinus. Caussa iusta est, cur etiam post litis contestationē mutetur procurator; quod factus sit sacerdos.

D. de recept. qui arbitr. l. 32. §. Sacerdotio. 3. Lib. IIII. tit. VIII. digesto XXXII. Paulus. Si sacerdos factus fuerit iudex compromissarius, non cogitur sententiam dicere. De iis vero, quorum caussa post depositum sacerdotium factus est iudex compromissarius, ferre sententiam cogitur.

D. de hered. petit. l. 50. Lib. V. tit. III. digesto L. Papinianus. Si testator sibi monumentum fieri iusserit, subtili quidem iure nulla competit aduersus heredes actio, vt id faciant: sed tamen per imperatorem & sacerdotes coguntur, vt obsequium defuncto præstent.

D. de religios. & sumt. fun. l. 8. in princip. Lib. XI. tit. VII. digestum VII. Gaii. Si princeps aut sacerdos mihi non permiserit, vt ab alio collocatum in loco, qui ad me pertinet, aut ossa ibidem sepulta eiiciam: iniuriarum actione teneor.

D. de mort. inf. l. vlt. Tit. VIII. digesto V. Vlpianus. Sepulcra iussu pontificum interueniente reficiuntur.

D. de donat. int. vir. et vx. l. 60. Lib. XXIIII. tit. I. digesto LXI. Hermogenianus. Diuortio separatus, fieri sacerdos potest.

D. de legat. 2. l. 77. §. donationis. 26. Lib. XXXI. digesto LXXVIII. themate XXVIII. Papinianus. Si per epistolam filio meo prędia donauero, non vsus in ea verbis fideicōmissi, atque illam epistolam in æde sacra deposuero, & in hanc sententiam sacerdoti scripsero: INSTRVMENTVM VOLVNTATIS MEÆ, POST MORTEM MEAM, FILIO MEO TRADI VOLO: & postea moriar, nullo testamento condito, pluribus heredibus exstantibus: filius ea prædia, quorum in epistola mentio fit, accipit.

D. de ann. legat. l. 20. Lib. XXXIII. tit. I. digesto XXVI. Scæuola. Si legauero hierophylacibus [hoc est, ędituis] x solidos,

lidos, qui soluantur tempore festiuitatis eorum: eos x solidos annuos templo videor in perpetuum relinquere.

Lib. XLIII. tit. V. digesto III. Vlpianus. Æditus, qui testamenti tabulas custodiæ caussa suscepit, interdicto de tabulis exhibendis conuenitur.

D. de tabul. exhib. l. 3. & 5.

Tit. VI. digesto I. Vlpianus. Custodia templorum mandatur iis, qui sacris ædibus sunt præpositi.

D. ne quid in loco sacr. l. 1.

Lib. L. tit. V. digesto XIII. Vlpianus. Qui omnino iudicis officio fungi non potest, excusatur; veluti qui sacerdos factus est.

D. de vacat. & excus. mun. l. 13 in princip.

Institutione I. tit. XX. In prouinciis episcopi quoque cum defensoribus dant tutores, vbi patrimonium quingentos solidos non excedit.

Institut. de Attil. tut. §. vlt.

TITVLVS III.

DE IVDÆIS.

LIB. XXVII. tit. I. digestum XVII. Modestinus. Iudæi quoque tutores sunt eorum, qui non sunt Iudæi, & reliqua munera præstant: iis exceptis, quæ religionem ipsorum polluunt.

D. de excus. l. 15. §. 5. ἀλλὰ δὴ.

Lib. XLVIII. tit. VIII. digestum XI. ...... Iudæis filios suos circumcidere permittitur. Quod si alium circumciderint, puniuntur vt castrantes.

D. ad l. Corn. de sicar. l. 11.

Lib. L. tit. II. digestum ... Vlpianus. Iudæi honores, qui religionem ipsorum non lędunt, necessario gerere coguntur.

D. de decur. l. 3. §. vlt.

TITVLVS IIII.

DE SACRIFICIIS, ET Astrologis, & diuinatoribus, & veneficiis, & auertentibus aliquos ad religionem prohibitam.

D. ad l. Aquil. l. 7. §. sed si quis.

Lib. IX. tit. II. digesto VII. Vlpianus. Qui seruo venenum pro medicamento dedit, Aquilia tenetur, veluti qui caussam mortis præstiterit & temere venenum porrexerit, vt loquitur Gaius digesto VIII.

Digesto IX. Vlpianus. Siquidem ancillæ pharmacũ dedero, quo illa sumto mortua fuerit: locus est in factum actioni. Si vero pharmacum manibus suis supposuit obstetrix, Aquilia competit: veluti si quis vnxerit aliquem veneno, vel infuderit per os, aut per clusterem, idque vi, vel suasu.

D. famil. ercisc. l. 4. §. I. Mala.

Lib. X. tit. II. digesto IIII. Vlpianus. Non diuiduntur inter heredes inuenta in hereditate mala pharmaca, vel libri magici, vel similia: sed iudicis officio corrumpuntur.

D. de cõtrah. emt. l. 35. §. Veneni.

Lib. XVIII. tit. I. digesto XXXV. Gaius. Venena mala nõ venduntur. Si tamẽ accipientia misturam, vtilia fuerint, vt in antidotis; distrahuntur.

D. ad l. Corn. de sic. l. 3. in princip.

Lib. XLVIII. tit. VIII. digestum II. Vlpianus. Lege de sicariis tenetur, qui necãdi hominis caussa venenum conficit, aut vendit, aut habet. Sunt autem quædam pharmaca, quæ sanitati conducunt, item quę adpellantur amatoria. Quod si quis non malo animo dederit mulieri medicamentũ ad cõceptionem vtile, atq; illa sumto medicamento decesserit, relegatur. Pigmentarius etiam, qui temere dederit alicui cicutam, vel salamandram, vel aconitum, vel pityocampen, vel bubrostim, vel mãdragoram, vel cantharidas; pœna legis tenetur, vt digesto III dicitur. Legito etiam digestum eiusdem tituli primum.

Eiusdem tituli digestum XIII. Modestinus. Lege de sicariis tenetur, qui sacrificia vetita facit, aut habet.

Tit.

Tit.XIX.digesto XXX. Modestinus. Qui aliquid facit, quo simpliciores in religione erga numen vexentur: relegatur.

D. de pœn. l. 30.

Tit. eiusdem digesto XXXVIII. Paulus. Qui poculum dederit amatorium, vel abortionis, licet absq; dolo; siquidem vilis est condicionis, in metallum damnatur: sin honorato loco natus, parte bonorum publicata relegatur. Vltimum vero supplicium infertur, si quis ex eo mortuus fuerit.

Lib. XLVII. tit. X. digestum XV. Vlpianus. Qui aliquem medicamento desipientem effecerit iniuriarum tenetur.

D. de iniur. l. 15. in princip.

Eodem digesto. Si astrologus, vel qui aliam quamdam diuinationem vetitam profitetur, interrogatus; aliquem furem dixerit, qui non est: iniuriarum quidem non tenetur, sed constitutionum pœnis est obnoxius.

TITVLVS V.

DE PVERORVM, SENVM, & infirmorum alimentis.

LIB.XXX.digesto CXXIIII.Paulus. Ad honorem ciuitatum pertinet, quod in alimenta infirmorum, puerorum, aut senum legatur.

D. de legat. primo. l. ciuitatib. 122. in princip.

Lib.XXXIII.tit.II.digestum XXXIII.Scæuola. Ita dixi. SENES ET INFIRMOS LIBERTOS MEOS, IN LOCIS, IN QVIBVS NVNC SVNT, HABERE GEROCOMIVM VOLO. Dicere videor, vt ad eum modum degant, ad quem modum me viuo degebant.

D. de vsu, & vsufr. et red. l. 33. §. Codicillis.

EXPLICIT LIBER II.

PARATITLORVM LIBER III.

Ex editis post Codicem nouellis constitutionibus.

LIBRI III, TITVLVS I.

DE EPISCOPIS, ET CLEricis, & monachis, & monastriis.

In nostris libris hæc constitutio sexta est.

LEx, quomodo sint ordinandi episcopi, & presbyteri,& diaconi;tam mares, quam fœminæ.

Imperator Iustinianus Epiphanio archiepiscopo Constantinopolitano.

Hoc initiũ est constitutionis.

Inter ea dona, quæ concessa sunt hominibus, maxima sunt. & quæ sequuntur.

Qui ordinandus est episcopus, existimationis bonæ testimonium habeat,nec sit curialis,aut adparitor;nisi a prima ætate vitam solitariam amplexus, a curia liberatus sit, quarta parte patrimonii sui curiæ præstita. Ceterum laicus non statim ad episcopatum traducitor, nec cum concubina episcopus cohabitato,vel liberos habeto, vel vxorem secum degentem:sed virgo sit ea coniux,quæ olim a virginitate cum eo vixerit. Per largitionem ne creator, quo nec id, quod dedit, ecclesiæ adplicatum amittat; & ipso pontificatu priuetur. Ne dogmatum imperitus esto. Monachorum e numero deligitor,

deligitor, vel qui non minus sex mensibus clericatui fuerit adscriptus; & qui spondeat, sacros se canones seruaturum. Nam qui præter hæc vel ordinatur, vel ordinat; pontificatum amittit.

Si quid episcopus, aut clericus, ordinationis nomine acceperit; & data restituet ecclesiæ, & a sacerdotio remouetur. Sin laicus est, qui accepit: duplum eius, quod accepit, ecclesiæ soluet; & exsilio perpetuo damnabitur, eum quoque magistratum amittens, quem forte gerebat: nec qui dedit episcopus, illam quoque dignitatem sacerdotalem vindicare sibi poterit, quam prius habebat.

Qui episcopum ordinat, audiente vniuerso populo compellet eum, qui ordinandus est; quod quum norit eum habere, ac seruare omnia prædicta; manus eidem imponat.

Quicumque vult, accuset eum, qui ordinandus est episcopus: vt instituta quæstione, si probatum fuerit, eum veritatē nō dicere; ordinatio inhibeatur. Sin eum culpæ constiterit expertem esse, qui ordinandus est; vel si accusator deseruerit accusationem: fiat ordinatio. Sed tamen accusator ipse perpetuæ excommunicationis pœnæ subiicietur. Quod si negligatur examen accusationis, tam is, qui ordinauit, quam qui ordinatus est, sacerdotio priuatur: *sacris litteris exceptis.

*hoc in nouell. Iustinianea nō est positū.

Nullus episcopus vltra annum absit ab ecclesia sua. Sin hoc fecerit, & canonice citatus a patriarcha suo, vel metropolitano fuerit, ac non comparuerit: ab episcopatu remouetor, & alius ordinator.

Nullus episcopus absque commendaticiis litteris archiepiscopi sui, vel metropolitani, Constan-

tinopolim adeat. Qui vero ſic adierit, primum accedere debet ad ſanctiſſimum archiepiſcopum Conſtantinopolitanum, vel ad diœceſis eius apocriſiarios: quibuſcum negotium communicetur, ac ſiquidem opus erit, per eos, vel per eccleſiæ maioris referendarios, imperatori ſignificetur.

Clericum, qui ordinatur, oportet expertem eſſe repræhenſionis, & litterarum peritum, nec ex adparitoribus, aut curialibus, niſi ſecundum ordinem prius poſitum. Nec eum, qui ſecundas contraxerit nuptias, vel qui cum cõcubina contubernium habuerit, aut qui vxorem habeat, quæ a virginitate cum ipſo copulata non fuerit. Eumdem oportet ordinari gratis, abſque omni largitione: & audiente populo vniuerſo accipere præcepta canonica, perinde ac de iis eſt traditum, qui ad epiſcopatum peruenerunt.

Neminem, qui ſit illitteratus, clero adſcribi oportet.

Presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus, qui poſt ordinationem in matrimonio degit, aut concubinam ſuperinducit, aperte vel ſimulate, ſacerdotium amittens, priuatus eſto.

Lector, qui ſecundas contrahit nuptias, ad gradum ſacerdotii ne prouehitor. Si vero operam dederit, vt prouehatur: a clericatu remouetor. Tertium matrimonium eidem prohibetur.

Quæ ordinatur diaconiſſa, virgo ſit, aut olim in vnius ſolius viri contubernio vixerit; & prope abſit ab annis quinquaginta: extraquam ſi ad monaſterium ordinetur. Accipiat autem & ipſa præcepta canonica, ad ſimilitudinem clericorum, qui ordinantur; nec in vllius extranei contubernio ſit,

ſed

ſed dumtaxat in contubernio parentum, & liberorum, & fratrum, & patruorum ac auunculorum. Sin apud alium quempiam extra hos habitat, hac ipſa de cauſſa non perueniat ad ordinationem. Quinetiam ſi ordinata fuerit, remouetor; tam ipſa, quam qui cohabitauit ei, lege præſenti, atque iis pœnis, quæ aduerſus ſtupratores ſancitæ ſunt, damnandis. Quod ſi poſt ordinationem matrimonium contraxerit, vel ad aliam vitam tranſierit: rea mortis erit, & facultates eius illi eccleſiæ, vel illi monaſterio, in quod ordinata fuerit, addicentur: eo, qui ſtupro ipſam polluerit, aut vxorem duxerit, gladio pariter & bonorum publicatione puniendo.

Omnis clericus, licet in ordine lectorum ſit, a miniſterio ſacro deficiens, aut aliam vitam perſequens, ſiquidem inops eſt, adparitor erit: ſin locuples, curialis fiet, pro facultatum patrimonii ſui modo.

Numerum clericorum, qui qualibet in eccleſia cultui diuino ſeruiunt, tam reditus quantitas, quam quæ inualuit conſuetudo, determinat. Violantes hanc conſtitutionem quilibet accuſato.

Cuiuslibet diœceſis patriarchæ, ac metropolitani, & epiſcopi, & clerici, qui legem hanc non cuſtodiunt, a ſacerdotio remouentur. Præſides autem, qui violationes eiuſdem non indicant, pœnam quinque librarum auri ſoluent. Dat. XVII Kalendas Aprileis, Beliſario & Eutropio coss.

II. DE EPISCOPIS ET CLERICIS.

Idem Imperator Petro, præfecto prætorio.

CXXVII. *In noſtris, conſtitutio* CXXIII.

† Hæc prima verba sunt constitutionis,

† DE adminiſtratione, ac priuilegiis, aliiſque diuerſis capitulis. & quæ deinceps.

Præſens conſtitutio, quum tempore poſterior ſit, renouat omnia capita conſtitutionis ante hanc latæ. Sancit autem, vt quum vſus poſtulat epiſcopum ordinari ab epiſcopis; clerus & primates illius ciuitatis de tribus perſonis, clericis ac monachis, & cum eis (ſiquidem ita velint) laicis quoque, propoſitis ſacris euangeliis decreta faciant, quibus in decretis dicant, ſe illos ſcire canonibus conformes, & quod neque cum vxore vel concubina ſint eodem in contubernio, neque liberos habeant. Quod ſi quam prius habuerint vxorem, a virginitate cum illa cohabitaſſe.

Curialis, vel adpatitor, epiſcopus non fiat; niſi prius x v annis ſolitariam vitam egerit. Si præter hæc factus fuerit epiſcopus, condicioni ſuæ reſtituitor.

Epiſcopus minor annis triginta ne ordinator.

Laicus, niſi per tres menſes clero fuerit adſcriptus, ad epiſcopatum non producitor.

Curialis, qui vitam ſolitariam x v annis egerit, epiſcopus ordinator, & a condicione ſua liberator: ſic tamen, vt ſemiſſem cum quarta patrimonii ſui parte curiæ ac fiſco præbeat.

Si intra ſex menſes decreta de epiſcopis facta non fuerint, competens patriarcha vel metropolitanus, animæ ſuæ periculo, quem vult, ordinato.

Si copiam trium perſonarum non habent, qui decreta faciunt: vnum, vel duos, pro ipſius loci abundantia, decernere poſſunt.

Qui præter hæc ordinatur, excidit ordinatione. Qui vero ipſum ordinat, ad vnius anni ſpatium a ſacro

ſacro miniſterio ſeparatur,facultatibus eius eccleſiæ adplicandis.

Accuſatus epiſcopus ordinandus, ante diſcuſſionem cauſſæ ne ordinator. Accuſator, ſi victus fuerit, aut trimeſtri ſpatio deſeruetit accuſationem,relegatur : epiſcopo,qui ordinat, ex violatione legis iiſdem pœnis ſubiiciendo.

Omnis epiſcopus gratis ordinator : eo, qui dat, vel accipit,vel interuenit, ſacerdotium amittente; præterquam quod etiam id, quod datum fuerit, eccleſiæ adplicabitur. Quod ſi laicus eſt, qui accepit;duplum eius,quod datum fuerit,eccleſiæ reſtituet. Qui vero cautionem hoc nomine acceperit, & ipſam reſtituet,& ſummam ſoluet,quantam illa continet.

Legito † XVII præſentis tituli conſtitutionem, quæ quum tempore poſterior ſit, renouat tradita de epiſcoporum ordinatione.

† hoc eſt, vltimam heic titulo primo, infra: quæ in libris nouellarũ eſt CXXXVII.

Patriarchæ, Romanus, & Conſtantinopolitanus,& Alexandrinus, & * Theopolitanus, & Hieroſolymorum archiepiſcopus, ab initio conſtituta tam cathedraticorum , quam conſuetudinum nomine præſtanto; viginti tamen vt auri libras nõ tranſſcendant. Qui vero ab ipſis, vel ab aliqua ſynodo ordinantur metropolitani,ac ſimiliter & qui a metropolitanis ad epiſcopatum prouehuntur, ſi non minorem triginta libris auri reditum habet eccleſia, quam ad eccleſiam ordinandi ſunt : centum ſolidos ordinanti nomine cathedratici ſoluũto, clericis & notariis eiuſdem trecentos. Si vero minorem quidem triginta libris auri , ſed decem libris tamen non inferiorem reditum annuum habet eccleſia: centum ſolidos dat ordinanti, clericis

** h. e. Antiochenus.*

& notariis eius ducentos. Quod si minor decem libris auri, non minor autem quinque libris annuus est reditus ecclesiæ: quinquaginta solidos ordinanti soluunto, septuaginta vero solidos iis, qui sub eo sunt. Si minor quinque libris, at non minor tribus est ecclesiæ reditus annuus: XVIII solidos accipito, qui ordinat; & qui circa ipsum sunt, XXIIII. Quod si reditus ecclesiæ minor est tribus libris, at non minor duabus: ordinanti det solidos † sex, iis autem, qui sub eo sunt, * XII. De reditu vero minore duabus auri libris, nihil omnino præstanto. Si quis autem plus acceperit, quam statutum sit: triplum eius, quod datum est, ecclesiæ soluet. Ceterum potest is, qui ordinandus est, tam ante initum episcopatum, quam post ordinationem, illi ecclesiæ, ad quam ordinandus est, facultates suas offerre.

† *Iulianus* XII.
* *idē* XVI. *recte.*

Omnis episcopatus a potestate patria, & adscripticia seruilique condicione liberat.

Episcopus, aut monachus, aut clericus, non fiat exceptor, vel administrator rerum fiscalium, vel conductor vectigalium, alienorumve prædiorum, aut curator ædium, aut procurator litis, aut pro caussis eiusmodi fideiussor: quemcumq; tamdem sacerdotii gradum habeat. Quippe licebit eis dumtaxar rerum sacerdotalium habere curam, iuxta constitutionem huius textus.

Possunt ecclesiæ sacrosanctæ, ceteræque venerabiles domus, inter se, ac suis clericis locare, atque emphyteuses dare, absque suis administratoribus, & chartulariis, & cognatis, & propinquis. Qui aduersus hæc facit episcopus, bonis suis excedit, quæ adplicantur ecclesiæ. Clericus autem eam pœnam dabit

dabit ecclesiæ, quam episcopus statuerit. Qui vero vel exceptiones, vel administrationes rerum fiscalium, aut priuatarum, clericis cuiuscumque gradus, aut monachis commiserint, aut pro talibus caussis eos fideiussores acceperint: nec venerabiles domus conuenire, nec ipsos clericos vel monachos, vel eorum facultates possunt: atque etiam damnum, quod accidit fisco, de suo restituent.

Episcopus ne producitor ad dicendum testimonium, sed propositis sacris sanctis euangeliis, personis publicis præsentibus, quæ nouit, testator.

Nemo propter caussam pecuniariam vel criminalem absque diuino iussu episcopum producat, aut sistat: præside, qui iam dicta facit, præter amissionem cinguli, tormentis & exsilio tradendo.

Episcopus aut clericus absque iussione sacra, vel absque permissu illius, qui iurisdictionem in eos habet, peregre ne proficiscitor: nec proficiscens, vltra spatium anni reditum differto. Nam ex ecclesia sua nullas expensas accipiet. Quod si canonice citetur, nec intra statutum tempus redierit: alius ordinator. Quum Constantinopolim venerit secundum ea, quæ dicta sunt, per Constantinopolitanum patriarcham imperatori indicator. Ceterũ verba textus de his sunt huiusmodi; Interdicimus autẽ religiosissimis episcopis, ne suas ecclesias relinquant. Et post alia verba; Ita tamen, vt ne illis quidem episcopis, qui sub beatissimo Constãtinopolis archiepiscopo & patriarcha sunt, liceat absq; permissu ipsius, vel absq; iussu nostro, imperatoriã vrbem adire. Quod si hoc etiã modo cuiuscumq; loci episcopus peregre profectus fuerit, non amplius vno anno suam relinquat ecclesiam.

Et debent episcopi, qui ad vrbem imperatoriam, ceu dictum est, adpulerunt; cuiuscumq; sint dioecesis, ante omnia beatissimum archiepiscopum Constantinopolitanum adire, atque ita per eum ad nostram serenitatem accedere.

Patriarchæ ac metropolitani semel aut bis in anno publicas synodos instituunto, in quibus suas inter se, subiectorumque sibi episcoporum & clericorum caussas diiudicent, & emergentia capitula canonica disponant.

Clericus tabula ne ludito, nec consortium habeto cum eo, qui tabula ludit, nec ludentem spectato, nec ad spectacula venito. Quippe si faciat, ad triennium in monasterium immittitur.

Episcopus per coactionem clericum suum ne dimittito.

Episcopus, aut presbyter, qui aliquem prius excommunicat, quam examinata caussa sit, quæ secundum canones hoc fieri vult: eamdem pœnam incurret, episcopo maiore ligatum soluente, atque ipsum episcopum illi pœnæ subiiciente, tantum ad temporis spatium, quantum ei visum fuerit.

Episcopus neminem percutito, nec per vim eam ciuitatem, qua eiectus est, inuadito. Quippe si conatus fuerit ex eo se loco proripere, quo vt in loco degat, condemnatus est: in alterius prouinciæ monasterium redigitur.

Clerici litterarum periti sunto. Concubinam, aut liberos naturales ne habēto: nec, si habuerint, ordinantor. Cum vxore legitima, inde vsque a virginitate cum eis copulata, contubernium habento.

Presbyter non ordinator, qui minor est annis triginta:

triginta: nec diaconus, qui minor annis vigintiquinque: nec lector, qui annum decimum octauum non fuerit ingressus: nec diaconissa, quæ annos quadraginta non excesserit, ordinator. Sit autem virgo, vel quæ a virginitate fuerit in mariti contubernio.

Si quis clericum, qui ordinatur, accusare vult: valeat etiam in illo, quod a nobis de episcopo tractatum est.

Cælebs ordinandus diaconus aut subdiaconus, spondeat se mansurum cælibem: nec potest episcopus ei permittere, matrimonium vt contrahat, nisi episcopatum velit amittere.

Presbyter, aut diaconus, qui matrimonium contrahit; curiæ cum patrimonio suo traditor. Lector autem, qui secundum ea, quæ præcepta sunt, matrimonium non contrahit, aut secundas adit nuptias; vlterius ne prouehitor.

Curialis, aut officialis, posthac ne fiat clericus; tam ipsa curia, quam officio vindicante illum, qui clericus factus fuerit: extraquam si quindecim annis solitariam vitam egerit. Qui talis fuerit, & ex monacho factus sit clericus; matrimonium non contrahito, nec ad gradum sacerdotii peruenito, qui nuptias non prohibeat.

Qui ex clerico factus fuerit laicus, curiæ traditor.

Curialis, qui ante latam hanc constitutionem in clerum fuerit allectus; per substitutos munera pecuniaria præstato, liberatus a muneribus corporalibus.

Qui clericorum in numerum refertur, nō amplius, quam vnius anni diaria, nomine consuetudinum præbeto.

Qui religiosam curam suscipit, gratis hoc facito: & qui dat aliquid, vel accipit, vel interuenit; sacerdotium amittito, præterquam quod id, quod datum fuerit, religioso loco sit adplicandum. Sin laicus est, qui accepit, aut mediator fuit: duplum eius, quod datum est, exigetur a curatoribus eiusdem religiosæ domus. Sed habent tamen licentiam ii, qui prædictas curas gerunt, vt prius, quam eis hæ iniungantur, iisdem religiosis domibus offerant, si quid voluerint, pro animæ suæ salute.

Seruus sciente, nec contradicente domino inter clericos relatus, manumittitur. Sin dominus ignorat, potest eum intra spatium anni retrahere in seruitutem. Post annum vero, non amplius. extraquam si ad aliam vitam transierit. Adscripticius autem, etiam præter voluntatem domini suo in prædio clericus fieri potest.

SCHOLIVM.

Nota, instar militaris peculii castrensis, etiam clericum in alterius potestate constitutum, quæ sibi adquirit ex clericatu, tamquam manumissum possidere.

Qui religiosam domum ædificat, deligat eos, qui cultum sacrum in ea peragere debent, vt scilicet episcopus eos ordinet, si digni sunt. Sin autem, meliores eligat.

Clerici, ad ipsos vsque cantores, & ecclesiis, & sacris ministeriis studiose sint intenti, castrense peculium siue res ab se adquisitas habentes, licet in alterius potestate sint, ac testari de iis possint, seruando tam adscendentibus, quam descendentibus legitimam partem. Nota quod constitutio clericorum, vsq; ad cantores, mentionem fecerit.

Presbyter, aut diaconus, qui falsum testimonium dixit, ad triennium a ministerio sacro separator,

rator,& monaſterium inhabitato. Quod ſi falſum teſtimonium dixerit in cauſſa criminali, clericatu ſpoliator, & ſecundum leges punitor, ſicut & reliqui clerici, qui quauis in cauſſa falſi teſtes fuerint.

De litib. aduerſus clericos pecuniariis cognoſcat epiſcopus,& iudicata pręſes exſequatur,ſiquidē litigantes in hoc correſpōderint. Sin alteruter eorū intra decē dies contradixerit,ſententiā pręſes examinet, ac ſi recte cōcepta ſit, eā ratificet, omni deinceps adpellatione ceſsāte;vel ꝙ ſibi videtur,pronuntiet:quo caſu ab eius ſentētia reſtat adpellatio.

Epiſcopus, qui iuſſu imperatorio vel præſidali cauſſam audit, adpellationem ſubſequutam ad eum referat, qui cauſſam ad ipſum tranſmiſit.

Si clericus apud epiſcopum ſuum criminaliter accuſetur, poſt criminis probationem deponitor, & iudici competenti ad pœnas traditor. Si præſes crimen examinat, & clericum reum deprætendit; acta mittat epiſcopo, vt is eū deponat, & ad pœnā tradat. Epiſcopo contradicente,vna cū ipſo ad imperatorē acta referat, eiuſq; iuſſionem de ipſis exſpectet. Interea clericus ſub legitima cautela ſit.

Si epiſcopus recuſet aut differat cognitionē pecuniarię litis, aduerſus clericū ſuum motæ: præſes eā audiat,præſtante cautionē clerico ſub facultatū ſuarū obligatione,citra iuſiurandū. Sin eccleſiaſtica lis ei intētatur, ſolus epiſcopus in illa iudex eſto.

Quum epiſcopi lites aduerſus ſe inuicē mouent, apud metropolitanū ſuum experiantur, vna cum illo duobus epiſcopis e cōcilio cauſſas audientibus. Quod ſi horum alteruter non adſentiatur illorum iudicio, patriarcha competens ſententiam examinabit,nullam veritus adpellationem.

Quod si metropolitanus sit, qui conuenitur: apud patriarcham suum iudicator. Idem tractatus seruator etiam in clerico, qui suum conuenit episcopum, aut metropolitanum. Ceterum omnes indicatæ personæ, siue apud episcopos suos, aut metropolitanos, aut patriarchas litigant, siue etiam apud alios quosdam; nec fideiussionem, vel iuratoriam cautionem litis nomine præstant, sed solam securitatem sub bonorum obligatione.

Ab omni clerico, qui religiosorum locorum administrator est, exiguntor ea, quæcumque constiterit eum debere, quum rationes ab ipso redduntur: ac solutione facta, si dicat iniuste rationes exactas a se per episcopum suum, episcopum maiorem imploret: his ipsis locum habentibus etiam in heredibus eius.

Clericus præter voluntatem episcopi sui peregre ne proficiscitor, prædictas pœnas veritus, quas aduersus episcopos hæc constitutio statuit.

Omnis episcopus, qui Byzantii reperitur, apud solos præfectos prætorio, vel diuinos iudices conuenitor. Vbi litis contestatio facta est, ibi finis etiam litis exercetur.

Apocrisiarius eorum nomine, qui miserunt ipsum, ne conuenitor. Si vero mandatis acceptis aliquem conuenit, reconuentio locum habeto. Similiter & illorum nomine conuenitor, quæ dum apocrisiarii munere fungitur, contraxit. Eadem in episcopis quoque locum habent, qui propter ordinationem, aut legationem aliquam, Constantinopolim venerint: præscriptionibus longi temporis, ex ipsorum absentia, nullo modo lædendis.

Clericus, & monachus, tam in sua persona, quã

per

per procuratores, absque iniuriis conueniuntor. Monastria vero ne abstrahitor e monasterio, sed per procuratorem conuenitor: iudice, qui hoc transgreditur, cingulo spoliando; exsequutore vero, præter indicata, tormentis etiam subiiciendo, & relegando: episcopo licentiam habente, vt de hac re significet imperatori.

Clericus accusatus, quatuor siliquas ratione sportularum præbeto. Si vero in prouinciis iussu imperatorio, vel patriarchali, vel permissu præsidis exsequutor ad eos missus fuerit: solidum vnum præstent. Quod si plures vnius caussæ nomine cômoniti fuerint, vnæ dumtaxat omnium nomine præbentor sportulæ. Episcopus accusatus litis suæ caussa nullas det sportulas. Idem nullo modo conuenitor ecclesiæ suæ nomine, sed ipsius œconomus. Qui vero sportulas accipit vltra statutam quantitatem, duplum eius, quod accepit, restituit; & dignitatem, quam habebat, amittit.

Clericus in contubernio dumtaxat habeat matrem, & filiam, & sorores, & alias a turpi suspicione remotas. Qui vero cum alia cohabitat, nisi cohortatione interueniente destiterit, aut si stupri consuetudinem habuisse cum ea conuictus fuerit; curiæ traditor. Episcopus omnino nullam in contubernio mulierem habeto.

Diaconissa non degat in contubernio viri malam præbentis suspicionem. In quo si non obtemperet, perpetuo vitam exigat in monasterio, facultates suas cum liberis partiens in capita, quo scilicet ipsa de sua parte in monasterio habeat alimenta. Sin liberorum sit expers, ecclesia & monasterium hereditatem eius accipiet.

Qui episcopum, vel clericum, in ministerio sacro, vel litania, contumeliis adficit; post adhibita tormenta, relegator. Qui vero ipsum ministerium sacrum, aut litaniam impediuerit; capitali supplicio plectitor.

Nemo laicorum absque episcopo & clericis litanias peragat. Et cruces litaniarum in ecclesiis reponendæ sunt.

Qui futurus est abbas monasterii, monachorum suffragiis eligitor; non omnino primus gradu, sed vitæ bonitate præstans.

Si condicionem eius, qui monasticam vitam amplexurus est, abbas ignoret: habitum ei non impertiatur ante triennium. Post triennium vero, tametsi seruus est, tametsi colonus, tametsi adscripticius, habitum ei concedat. Quippe liber erit, iis domino restitutis rebus, quas res in monasterium adtulit. Sin erro factus fuerit, aut vitam mundanam elegerit: condicioni priori restituitur.

Omnes, qui degunt in cœnobio, separatim in vna vel altera domo cubanto: exceptis infirmis, & † seorsum viuentibus.

† *qui Græcis sunt anachoretæ.*

Monachi & monastriæ non degant inter se promiscue, sed aboleantur monasteria duplicia: viris inde separatis, & in alia loca redactis.

Monastriæ sibi apocrisiarium deligant, qui & tondeatur, & ordinetur ab episcopo; siquidem eum & honestum, & idoneum esse, constiterit.

Extinguitur omnis substitutio, & omne fideicommissum, sub condicione nuptiarum, aut liberorum procreationis factum, tam in persona masculą, quam fœmina, siue spectet dotem, siue donationem directam, siue hereditatem; quum ii, qui

qui præstandis hisce grauati sunt, vel ad clericatum, vel ad solitariam vitam sese conferunt, & vsque ad mortem in his perseuerant. Extraquam si contingat, vt eiusmodi bona cedere iubeantur ad redemtionem captiuorum, aut alimenta pauperum. Nam ipsis ea non expendentibus aut relinquentibus ad pias caussas, huiusmodi substitutiones aut fideicommissa non extinguuntur. Excipe monachos & monastrias. Nam quod huiusmodi personas adtinet, tales facultates, cum ceteris earum rebus, ad ipsarum monasteria pertinent; licet ipsæ monasteria sua reliquerint.

Res monachi, siquidem liberis caret, ad monasterium pertinent: sin liberos habet, potest & ante initam vitam solitariam, & dum in monasterio degit, patrimonium suum in liberos suos diuidere: modo partem vnius ex liberis sibi, hoc est, monasterio seruet. Sin nullo testamento condito moritur, succedit ei monasterium, liberis ab intestato legitimam partem capientibus.

Qui ad vitam solitariam sese contulit, absq; damno sponsalia secum contracta soluit. Si vero contractis iam nuptiis, ad vitam solitariam transierit, obligatus est præstandis iis, quæ ad casum mortis pertinent. Si ambo vitam monasticam fuerint amplexi, matrimonium sine pœna soluitur.

Ingratitudinis ratio nullũ nec in adscendentibus, nec descẽdentibus, locũ habeat ob eas caussas, quæ ante transitũ ad vitam monasticã intercesserunt. Nec quisquam eorum personam, quæ vitam solitariam est amplexa, abstrahat e monasterio.

Qui ex vno transiit ad aliud monasterium, facit vt bona sua priori adplicentur.

Monachi per apocrisiarios negotia sua peragunto.

Qui ex monacho factus est mũdanus, vna cum rebus iis, quas adquisiuit, in aliud monasterium mittitor. Quod si denuo mundanus factus fuerit, curiæ traditor.

Si quis rapuerit, aut sollicitauerit, aut stuprauerit ascetriam, vel diaconissam, vel monastriam, vel aliam quamcumque mulierem, quæ religiosam vitam & habitum præ se fert; supplicio capitis adficitor vna cum iis, qui participes criminis fuerint: bona vero ipsorum addicuntor illi venerabili domo vel loco, in quo mulier habitabat; hanc rem curantibus præsidibus, & locorum episcopis, & œconomis: ipsa muliere cum rebus suis in monasterium tutius immittẽda. Quod si mulier huiusmodi diaconissa liberorum mater erat, legitimam partem bonorum suorum liberis præbeat. Ceterum nisi dictas res intra spatium anni venerabiles domus vindicauerint, fiscus eas exiget.

Nullus mundanus, aut scenicus, religiosum imitetur habitum, aut eidem illudat: sciens se, siquidem id faciat, & tormentis subiiciendum, & exsilio puniendum. Dat. mense Maio. imperii Iustiniani anno x x. post consulatum Basilii, v.

In nostris, constitutio LXXXVI.

III. VT QVVM ACCEDENTIS ad se iura præsides audire differunt, ab episcopis compellantur, vt id faciant. & quæ deinceps sequuntur.

Idem Imp . . . Ex quo nos Deus, & cetera.

CXLIIII.

QVI ciuiliter aut criminaliter ab aliquo læsus est, si adito præside responsum non tulerit: accedat

accedat episcopum, vt is ad præsidem mittens, vel ipsemet eum conueniens, efficiat; vt interpellator impetrato iure suo discedat. Quippe si præses episcopum non audiat, indignationem imperatoriam incurret: vbi qui ius & ęquum non impetrauit, hoc ipsum imperatori, sumtis secum episcopi litteris, ostendet. absque quibus si molestus imperatori fuerit, easdem pœnas sustinebit, quas præses laturus erat, si conuinceretur illi ius & æquum non seruasse, qui ad eum accesserat.

Si quis in lite præsidem suspectum habuerit, episcopum illi iudicem adiungat; qui vna cum præside caussa cognita, vel scriptam ei, vel non scriptam decisionem ex æquo & bono imponat.

Cui præses ipse facturus est iniuriam, iudicem habeat episcopum. Si vero præses ab episcopo iudicatis non steterit, & imperator cognouerit, episcopum recte iudicasse: pœnis vltimis subiicietur.

Curet episcopus, vt exsequutores, vel adparitores, sportulas ampliores aut salaria pro exsequutione non sumant, quam legibus statutum sit.

In ciuitatibus, vbi præsto non sunt præsides, a defensoribus lites audiantur. Si vero suspecti sunt, vna cum ipsis episcopi iudicent, sine personarum acceptatione semet in omnibus prædictis perpetuo gerentes.

Episcopos, aut clericos, aut monachos, absque litteris commendaticiis illius, qui iurisdictionem in eos habet, Constantinopolim venire non oportet. Quippe si hoc fecerint, de sacerdotio periclitantur.

Potest episcopus ex negligentia præsidis delin-

quentes exsequutores deferre, qui maiores, quam legibus constitutum sit, sportulas exigunt.

Dat ..... imperii Iustiniani anno ....

CXLV. *in nostris autem* LXXXIII.

IIII. VT CLERICI APVD episcopos respondeant.

Idem Imp. Ioanni Praefecto pratorio. Postquam multas leges sacras scripsimus. & qua sequuntur.

CLERICI lites pecuniarias apud episcopos suos suscipiant, qui si nequeant eas decidere; praesides examen instituant, & via compendiaria decidant; ita tamen, vt clericis, quae habent priuilegia, seruent.

In delictis ciuilibus clerici prouinciarum praesidibus subiecti sunto, & episcopus eum, quem praeses reum putat, loco mouere cogitur.

Intra duos menses examinetur, & finem accipiat accusatio, contra clericos instituta.

Sin clericus in ecclesiasticum delictum inciderit, de hoc seorsum iudicet episcopus, nec praeses ad cognitionem eius aditum habere potest.

In nostris, constitutio XLII.

V. DE ANTHIMI, ET Seueri, & Petri, & Zoora depositione.

Idem Imp.† Mena archiepiscopo & patriarcha. Rem non insolitam imperio. & cetera.

† *In vno exemplari nostro paratitlorũ, Ioanni praefecto pretorio.*

HAEc constitutio damnans anathemate superius scriptos, iubet, vt haeretici nec dogmata sua doceant, nec baptismata seorsum instituant, aut communionem impertiantur: simul eos expellit, & receptatores ipsorum punit. Domos autem,

tem, atque prędia, in quibus cultum suum obeunt, vel ex quibus habent alimenta, ecclesiis orthodoxis addicit: sanciens etiam, vt igni scripta Seueri tradantur, & qui ea transscribunt, manum dextram amittant.

VI. NE IN PRIVATIS DOmibus res sacra mysteriorum peragatur.

In nostris, LVIII.

Idem Imp. eidem. Et priscis interdictum legibus est. & cetera.

IN domo priuata sacrum ministerium non fiat, nec quid aliud, quod ad statum sacerdotalem spectat: nisi rogatus antea locorum episcopus, degentibus in ea regione clericis permiserit, vt hoc faciant. Si aduersus hæc factum fuerit, domus ipsa fisco vindicatur, & dominus eius indignationem imperatoriam incurret. Præsides vero, siquidem hoc scientes non correxerint, pœnam quinquaginta librarum auri soluent: parem & officio multam sustinente.

VII. NE QVISQVAM ÆDIFIcet oratoriam domum, absque voluntate episcopi. & cetera.

In nostris, constitutio. LXVII.

Idem Imp. Menæ episcopo Constantinopolitano. Licet ea, quæ ad sanctissimas ecclesias pertinent. & quæ sequuntur.

VENERABILEM domum antiquam instauret ex episcopi voluntate, qui vult. At nouam exstruere non aliter cuiquam permissum esto, nisi prius volente, probante episcopo, deputauerit expensas, quæ fieri debent ad domus venerabilis cultum, & accensionem

luminum,& eorum annonas,qui ſacrum in eo miniſterium ſunt obituri : quarum rerum nomine donationem erga venerabilem domum ſpecialiter faciet.

Legito conſtitutionem ſecundam præſentis tituli, & conſtitutionem tertiam deinceps ſequentis. Videbis enim, quo pacto ſtatuant eædem conſtitutiones, tempore poſteriores, de iis, quæ hoc præſenti capite continentur;

Oportet epiſcopos ſedulo ſuis eccleſiis intentos eſſe,nec ab illis abeſſe magnum ad temporis interuallum: ſcientes, omnino futurum,vt nec impenſæ ſuppeditentur eis ab adminiſtratoribus eccleſiæ ſuæ; atque pœnis etiam ſubiiciantur, quæ de his ſtatutæ ſunt.

Legito conſtitutionem huius tituli ſecundam, de præſenti capite, quæ eſt in textu conſtitutionis † CXXVII.

† in noſtris, CXXIII.

Res immobiles eccleſiarum, quæ ſunt in metropolibus, non aliter alienentur; niſi præſente metropolitano, & aliis duobus epiſcopis eiuſdem viciniæ, deputatis a ſynodo, vti res ipſis præſentibus agatur.

Legito conſtitutionem ſecundam tituli proximæ ſequentis, quæ tempore poſterior eſt ea, quæ exſtat in textu conſtitutionis † CXXVII, de alienatione rerum eccleſiaſticarum.

† in noſtris, CXXIII.

Dat.Kalend.Maiis.imperii Iuſtiniani anno XII. Ioanne COS.

In noſtris, conſtitutio XI. quæ Græce non exſtat.

VIII. VT QVÆ CIRCA VIMInacium Romanis ſubiiciuntur ciuitates, ſub ſpeciali ſint archiepiſcopo; non ſub Theſſalonicenſi.

Idem

Idem Imp. Castellioni episcopo primæ Iustinianæ. Multis & variis modis, &c.

OMNES episcopi ciuitatum, quæ sunt circa Viminaciũ, subsint archiepiscopo primæ Iustinianæ: quandoquidem & præfectura Pannonię illuc est translata.

Dat. mense Maio. Belisario cos.

IX. LEX, QVA STATVITVR, ut definitus sit numerus clericorum sanctæ maioris ecclesiæ, atque reliquarum ecclesiarum.

In nostris constitutio III.

Idem Imp. Epiphanio archiepiscopo Constantinopolitano. Iam quidem communi & speciali lege, &c.

HÆC constitutio, quæ localis est, ordinat eorum clericorum numerum, qui cultui sacro in ecclesia maiore Constantinopolitana, & in venerabilibus sub ea domibus, inseruire debent: prohibens in posterum ordinari aliquem absque diariis, & per patrocinium ab ecclesia in aliam ecclesiam transferri.

Dat. a. d. XIX. Kal. April. Belisario cos.

X. VT CLERICI EX ALIA ecclesia in aliam transferantur, in deficientium statutum numerum.

In nostris, constitutio XVI.

Idem Imp. † Anthimo episcopo Constantinopolitano. Legem nuper scripsimus, & cetera.

† al. Anthemio.

LOCALIS est hæc quoque constitutio, quæ iubet, vt in locum eorum clericorum, qui deficiunt in venerabili clero maioris ecclesię Canstan-

tinopolitanæ, non introducatur paganus, nec ſuper numerum, ex aliis eccleſiis: donec ad expreſſum ab initio ſtatutum redigatur numerus eorum, qui qualibet in eccleſia ſacrum miniſterium obeunt. Ceterum eiiciens eos, qui de paganis in aliorum locum introducti ſunt; caſtigat œconomos per exactionem ſuppeditatorum illis diariorum.

Dat. Id. Aug. Beliſario c o s.

In noſtris, conſtitutio LVI.

XI. *VT QVÆ INSINVATIVA vocantur in clericis, & cetera.*

Idem Imp. Menæ epiſcopo Conſtantinopolitano. A multis aditi. & quæ ſequuntur.

Ab iis, qui ordinantur in eccleſia maiore Conſtantinopolitana, conſuetudines exiguntor. Aliarum vero eccleſiarum clerici ab iis, qui ad eas ordinantur, ſi conſuetudines exigant: ſacerdotium amittant, ſuccedentibus ad gradus ipſorum iis ipſis, a quibus exactæ conſuetudines fuerint.

Dat. a. d. III Non. Nouembreis. imperii Iuſtiniani anno XI. poſt conſulatum Beliſarii III. indictione I.

In noſtris, conſtitutio LVII.

XII. *VBI CLERICI QVIDAM abſcedunt, alios autem ſuo loco ſubſtituunt. & cetera.*

Idem Imp. eidem. Multi ſæpe clerici, &c.

Primum conſtitutionis huius caput generale eſt. Iubet enim, vt clerici qui ſubrogati ſunt in locum aliorum, qui ſucceſſerunt, ipſorum annonas accipiant; nec illos deinceps admittendos. Alterum caput eſt locale. Nam denuntiat epiſcopis Conſtantinopolitanis, vt examine interueniente

clericorum

clericorum sibi subiectorum ordinationes faciant, nullam habentes rationem petitionum illorum, qui eos producunt: licet ipsi sumtum eisdem venerabilibus domibus suppeditent, ad quas illos ordinari cupiunt.

Dat. imperii Iustiniani anno XI. post consulatum Belisarii III.

XIII. DE MONASTERIIS, ET monachis, & quæ sequuntur.

In nostris, constitutio V.

Idem Imp. Epiphanio episcopo Constantinopolitano. Vita, quæ in exercitatione solitaria consumitur, &c.

NEMO exstruere monasterium incipiat, nisi prius precibus conceptis ab episcopo defixa fuerit in eo loco crux venerabilis.

Habitum solitarium nemo sumat, nisi prius triennium in monasterio perseuerauerit, & in exercitatione studium intentum probauerit. Qui vero vitam solitariam ita fuerit amplexus, tametsi seruus est, post triennium fit liber. Qui status quæstionem sustinuit, si ad alteram vitam transierit; in seruitutem retrahitur. Licet autem domino, caventi de non lædendo seruo, ante triennium vindicare seruum suum cum rebus iis, quas abstulit, & in monasterium inuexit. Si vero nullius eum delicti coarguit, & si constet eum honestum esse, ac sedulum in exercitatione: non potest eiusmodi seruum ne quidem ante triennium recipere. Verumtamen eas res, quas ipsum constat in monasterium inuexisse; dominus exiget. Sin autem seruus ille, qui vitam monasticam amplexus est, monasterium reliquerit: licitum est domino, vt cum in seruitutem trahat.

Debent in † cœnobio monachi degere, iis exceptis, qui a secessu & quiete vocantur anachoretæ & hesychastæ.

† communi loco.

Res eius monachi, qui ad aliam vitam transierit, ad monasterium ipsius pertinebunt.

Qui solitariam vitam amplexurus est, prius de rebus suis testetur: sciens futurum, vt res eius ad monasterium vna cum ipso perueniant, monasterii dominio vindicandæ.

Qui vitam solitariam est amplexurus, liberis suis det, quod eis ex † lege debetur, vel eam partem prius suppleat: vxori vero, dotem; & quæ illi ex casu mortis competunt.

† Falcidia scilicet.

Nota ex hac constitutione, quod tam dos, quam ante nuptias donatio, computentur in quantitatem partis legitimæ.

Monachus si militauerit, res suas amittens; fit adparitor.

Nemo suscipiat eum, qui de monasterio in aliud monasterium transit. Nam substantia ipsius ad monasterium prius pertinebit.

Qui ex monacho factus fuerit clericus, vxorem non ducat, nec scortetur. Etenim alioqui priuatam ad vitam redigetur, nec vlli militiæ semet dedere poterit.

Abbatem non simpliciter gradus, sed vitæ bonitas constituit.

Quæcumque de monachis & clericis maribus dicta sunt, eadem & in fœminis locum habent.

Dat. a. d. Kal. April. Belisario COS.

In nostris, constitutio CXXXIII.

XIV. QVOMODO VIVERE monachos oporteat.

Idem

Idem Imp. Menæ episcopo Constantinopolitano. Vita solitaria. & cetera.

HÆc constitutio confirmans positam ante se constitutionem in hoc opere, magis accuratam pro monachis viuendi rationem & obseruationem adiungit. Prohibet etiam, ne sepulcra virorum in monasteriis muliebribus fiant, neve mulieres in monasteriis virilibus sepeliantur: quorum vtrumque peccatis occasionem præbere dicit. Nec item ob aliam quampiam caussam in monasteriis virilibus conspici fœminam permittit, aut viros in muliebria monasteria venire.

Nota regulam, quod monachi cognatione careant, si qui vitam cœlestem æmulantur.

Dat. Non. Maiis. imperii Iustiniani anno XIII. Apione cos.

XV. CONSTITVTIO, APVD quosnam litigare monachi vel monastria debeant.

In nostris, LXXIX.

Idem Imp. eidem. Quum rem didicerimus, &c.

HÆc constitutio monasticam vitam agentium, tam virorum, quam fœminarum, atque etiam virginum consecratarum caussas eximens ab audientia præsidum; mandat constitutis in quolibet loco episcopis, vt eas examinent, & via compendiaria secundum leges ac sacros canones decidant: præsidibus, si hæc non obseruauerint, magistratum suum amittentibus, ac decem librarum auri pœnam fisco soluentibus; exsequutoribus autem, qui vel vnam ex personis indicatis ausi fuerint commonere, coniiciendis in clostrum ecclesiasticum, & ab episcopo castigandis.

Dat. eid. Maiis. imperii Iustiniani, anno XIII. Apione cos.

XVI. HÆC CONSTITVTIO *priorem interpretatur constitutionem, de his, qui ingrediuntur in monasteria. & cetera.*

In nostris, LXXVI.

Idem Imp. Ioanni P.P. Res eiusmodi ad nos. & quæ sequuntur.

CONSTITVTIONEM illam, quæ vult, vt res eorum, qui mundo renuntiant, addicantur iis monasteriis, in quibus solitariæ vitæ se dederunt; iubet hæc constitutio non extendi ad ea, quæ ante ipsam facta fuerunt: decisionem eorum legibus prioribus adtribuens.

Dat. eid. Octobr. imperii Iustiniani, anno XII. Ioanne cos.

XVII. DE ORDINATIONE *episcoporum, & de synodis, & oblatione.*

In nostris, CXXXVII.

Idem Imp. Petro magistro officiorum. Si leges ciuiles. & cetera.

OPORTET de iis, qui ordinantur episcopi, decretum a clero & ciuitatum primatibus fieri, propositis sanctis euangeliis, in tres personas: & quemlibet de iis iurare, quod non per largitionem, vel promissionem, vel amorem, vel gratiam, vel aliam quamcumque adfectionem; sed quod scirent hos suffragiis decretos, esse rectæ fidei, & honestæ vitæ, & annis triginta maiores, iccirco eos delegerint: item, quod sciant eos nec vxorem, nec liberos habere, legitimos aut naturales; vel concubinam habuisse, vel habere. Quinetiam si quis

quis eorum prius vxorem habuerit, quod eam habuerit solam, & quæ a virginitate sua in eius contubernio fuerit. Debent etiam decretis adiicere, quod neque curialem aut adparitorem ex iis, quibus suffragia tribuuntur; aliquem esse nouerint: extraquam si in monasterio non minus XV annis lege solitaria curialis aut adparitor vitam repræhensionis expertem egerit: vt ex tribus hisce personis, quibus suffragia sic tribuuntur, episcopus ordinetur, idque per electionem & iudicium ordinantis episcopi. Debet item ab illo, qui ordinandus est, exigi libellus per eum, qui ordinaturus est; quo de ipsius in doctrina integritate caueatur. Enunciet etiam sacrosanctam oblationem, quæ fit in communione sacra; & precationem, quæ in sacrosancto baptismate concipi solet, cum precationibus ceteris. Ipse præterea, qui ordinatur, iuret; quod neque per se, neque per aliam personam dederit aliquid, vel promiserit, vel deinceps daturus sit ordinanti episcopo, vel iis, qui ordinationis decreta de ipso fecerunt. Quæ si non seruentur, tam is qui ordinatur, quam qui ordinat, episcopatu spoliatur. Quum autem accusatus fuerit, qui ordinandus est episcopus, vel presbyter, vel diaconus, aliusve clericus, aut abbas: tunc is, qui ordinationem vel creationem perficiet, præsente actore, ac litem persequente, accusationē examinet. Quod si iudicium actor deserit, etiā ita disquisitionē accusationis accuratissimam instituat intra tres menses: ac siquidem reum inueniat illum, qui ordinandus est, siue secundum canones, siue secundum leges ciuiles, ordinationē differat. Accusator autem si non probauerit, vel aufugerit; siquidem clericus est,

gradu suo deiicitor: sin laicus, castigationem competentem sustineto. Quæ si non seruentur, consimiliter tam is, qui ordinat; quam qui ordinatus est, expellitor. Ceterum quæ dicta sunt, etiam in abbatis creatione locum habent.

Synodum episcoporum haberi oportet octobri mense quotannis, & conuenire illos, qui ius metropoliticum habent, apud competentem patriarcham; episcopos vero, apud suos metropolitanos: vt apud eos perquiratur de caussis canonicis, & de iis, quæcumque nonnulli ex ipsis episcopis, & clericis, & monachis, & abbatibus in medium proferunt, veluti quæ præter diuinos canones admittantur, secundum ordinem iurisdictionis suæ. Quæ quidem ita seruabuntur, non ipsorum dumtaxat episcoporum cura; verumetiam magistratuum ciuilium.

Debent illi, qui oblationem faciunt, vel precationem sacrosancti baptismatis concipiunt, clara voce preces ipsas & oblationem pronuntiare. Nam hoc & a Paulo principe apostolorum, & a sanctis patribus præcipitur. Sacerdotes vero, qui hoc non faciunt, obnoxios esse dicit hæc constitutio magni Dei iudicio, nec vigorem imperatorium effugere.

Dat. x. Kal. April. Constantinopoli. imperatoris Iustiniani anno XXXIX. post consulatum Basilii. XXIIII.

TITVLI PRIMI PARATITLA.

Ex nouella CXXXI.

TIt. II. huius tertiæ partis, constitutio III. Prima sacerdotii sedes est Romana, secunda Constantinopolitana.

Archi-

Archiepiſcopus primæ Iuſtinianæ in ſubiectis ſibi prouinciis locum obtinet apoſtolicę ſedis Romanæ, & ſimilem habet ſacerdotii gradum epiſcopus Carthaginis in Aphrica.

Oportet epiſcopos, qui ius metropoliticum habent, eodem perpetuo frui.

Epiſcopi debent adminiſtrationes eorum inſpicere, qui prouiſores in quibuſdam venerabilibus domibus conſtituti ſunt ab iis, qui eaſdem venerabiles domos exſtruxerunt.

Statuit eadem conſtitutio, quid epiſcopus facere debeat de iis, quæ pauperibus diſtribuenda, vel ad redemtionem captiuorum, abſque perſonarum ac nominum expreſſione relicta ſunt.

In epiſcoporum, & reliquarum ſacerdotalium perſonarum, ſine ſucceſſoribus, & ſine tabulis decedentium facultatibus, ipſorum eccleſiæ ſunt heredes.

Eiuſdem tituli conſtitutio IX. Oportet œconomos eccleſiarum impune vindicare res immobiles venerabilium domorum, quæ ad imperatoriam maieſtatem titulo permutationis peruenerunt; ſi ad aliam perſonam translatæ fuerint. Notabis autem, quod contrarium † dicat conſtitutio LIIII, tempore poſterior.

Ex nouella LV.

† ſicut & nouell. CXIX. *cap. penult.*

Tit.*IIII. conſtitutio I. quę in textu eſt CXVIII. Oportet epiſcopos, vna cum poſſeſſoribus, iniuſticias præſidum ad imperatorem referre.

† Oportet epiſcopos quæſtiones canonicas vna cum prouinciarum præſidibus examinare.

*Nou.134. c.3. *Hi vero numeri vitioſi ſūt, nec quid ſibi velint, liquet.*

Legito conſtitutionem IIII, præſentis tituli. Probibet enim, ne præſes audientiæ canonicæ ſemet ingerat. Et eſt in textu conſtitutio LXXXII.

† Nouel. 17. *cap.* 11. Nouel. LXXXII.

Ex nouella cxxxiii. Constitutio XXII. est in textu CL. Episcopum permittere non oportet, vt aliquis in vllo sit loco violentię cohibitor, aut latronũ persequutor.

Item, non debet episcopus permittere præsidibus ciuilibus, aut militaribus, aut eorum officiis, vt prohibeant fieri testamenta, vel ea publicari, vel nuptias contrahi, vel instrumenta donationum nuptialium confici, vel defunctos sepulturæ mandari, vel ad aliud quidpiam procedi, quod legibus non sit interdictum.

Item, non debere monastriam suis ex locis abstrahi.

Iubet eadem constitutio, debere mulieres adulteras, quæ castigandæ sunt, in monasterium immitti: sanciens, quid de ipsarum substantia fieri debeat; siue liberos aut parentes habeant, siue non habeant.

Nouella xv. cap. vltimo. Tit. eiusdem constitutio XXIIII. quæ est in textu XV. Per decretum episcopi & possessorum, propositis sanctis euangeliis, defensores ciuitatum constituuntor.

Tit. X. constitutione II. quæ est in textu XXII. Qui propter exercitationem solitariam matrimonium suum soluit, ex mortis casu tenetur.

Nouel. LI. Tit. XII. constit. II. quæ in textu est XLVIII. quod episcopus curare debeat, ne prohibeantur scenicæ mulieres, siquidem ita velint, a scena discedere.

Nouella cxlii. .... constitutio VIII. quæ in textu posita est LI. quod obseruare debeant episcopi sancita de iis, qui castrantur.

TITV-

TITVLVS SECVNDVS.

DE REBVS ET TITVLIS ECCLESIASTICIS.

I. LEX DE EO LATA, VT res ecclesiasticæ non alienentur, aut permutentur. & quæ deinceps.

Idem Imp. Epiphanio archiepiscopo Constantinopolitano.

Nouella VII.

OMNIA propemodum iura præsentis instituti ad vnam quasi summam reuocat, & ad regulam dirigit hæc constitutio, ceu tempore posterior existens. Siquidē Anastasii constitutionem XVII, in titulo II, primi libri Codicis, abolens; & Leonis constitutionem XIIII, eiusdem tituli, recipiens; & pœnis, quæ in ea continentur, subiiciens illos, qui contra sanctionem alienare tentant res immobiles ecclesiarum, vel aliarum venerabilium domorum, vel monasteriorum, vel collegiorum: legem quoque generalem promulgat de sitis in qualibet prouincia, & quibusuis locis, ecclesiarum & sacerdotum rebus, inter quas & ciuiles annonas numerat: vti scilicet eæ nullo modo alienentur, vel in emphyteusin perpetuam dentur, vel hypothecæ specialis titulo præbeantur, vel permutationis nomine concedantur: imperatore dumtaxat excepto, quum necessarius vsus id postulat.

l. 17. C. de sacros. eccl. quæ integra non exstat.

Rerum, inquit, immobilium ad sacerdotes pertinentium emphyteusis temporaria fiat, vsq; ad vitam eius, qui emphyteusin accepit, & liberorum ipsius, & nepotū, atq; etiam vxoris & mariti, siquidem ita expresse conuenerint: sexta pristini reditus parte releuanda.

Ecclesiarum, ac venerabilium domorum suburbana, non pro quantitate reditus in emphyteusin conceduntor: sed eorum æstimatione facta, quantus potest cogi reditus ex suburbani precio, in annos viginti distributus; tantum reditum annuum paciscatur is, qui emphyteusin accepturus est: ac partem vigesimam factæ suburbani æstimationis spondeat emphyteuta se annui reditus nomine præstaturum.

Contumacia non soluentis emphyteuticum canonem, si ad biennium sese porrigat; contractum emphyteuticum soluit. Actionem præterea de emponematum petitione, adimit emphyteutæ constitutio: subiiciens & ipsum, & res ipsius, & heredes, si prædium deterius factum fuerit, prisci status restitutioni.

Quum semiruta quædam ad collegia sacra pertinent, vel ipsis locis emphyteuticis inhærent: qui architecti munere in iis locis fungitur, propositis sacris euangeliis, & præsentibus religiosarum domuum administratoribus, & quinque presbyteris, & duobus diaconis, siquidem sacra domus illa tam multos habet, quid pro eis pendendum sit, statuit: ita vt qui emphyteusin accipit, ad ædificationem materiis vtatur, quæ in iisdem semirutis reperiuntur. Ceterum continuari personis iisdem sacerdotalium rerum immobilium emphyteuses, hæc constitutio non permittit.

Qui vtendi fruendi caussa rem ecclesiasticam accipit, locuples esto; & aliam rem similem religiosæ domui donato: ita vt vtraque post mortem eius, ratione proprietatis ad venerabilem domum redeat.

Qui

Qui ecclesiasticam rem immobilem ausus fuerit emere, tam precium, quam ipsam rem amittit, etiam medii temporis fructus restituens: œconomis & administratoribus, qui vendidere, pœnis constitutionis Leonianæ subiiciendis.

Qui titulo donationis accepit, præterquam quod re donata non fruetur; etiam alteram illi similem præstabit.

Qui titulo permutationis adquisiuit, tam quod accepit, restituet; quam quod dedit, amittet.

Qui specialis hypothecæ titulo accepit, tam credito, quam hypotheca excidet.

Ceterum omnes hi, qui prædicti sunt, actiones competentes aduersus œconomos & administratores, qui cum eis contraxerunt, mouere possunt; & indemnitati suæ consulere.

Venerabilis domus sub hypotheca generali mutuum sumere non prohibetur.

Qui emphyteusim accepit in perpetuum, ipsam rem amittit.

Tabellio, qui ad contractus indicatos operam suam locauit, exsilio perpetuo multatur: ne quidem ex sacris sanctionibus reditum sperans.

Præsides, qui eiusmodi apud se instrumenta dictari, vel actis inseri patiuntur; tam magistratum, quam dignitatem amittunt, & bonorum publicationi subiiciuntur.

Vasa sacra dumtaxat ad captiuorum redemtionem alienantor: legis violatoribus pœnis Leonianæ constitutionis subiiciendis.

Quæ hac constitutione prohibita sunt, ne quidem per sanctionem pragmaticam aliquis facere potest: Quæstore sanctionem dictante, atque iis,

qui eam recipiunt;& tabellione, qui operam suam accommodauerit; constitutionis Leonianæ pœnis subiiciendis: episcopis autem, & administratoribus, & œconomis, si sanctionem eiusmodi receperint, amittẽdi sacerdotii periculũ incurrentibus.

Administratores & œconomi venerabilium domorum & collegiorum, inuiti locationes aut emphyteuses ecclesiasticarum rerum immobilium non faciant; ne quidem si de his alicui sacra sanctio concessa fuerit.

Monasterium ne alienator, in quo est altare, vel in quo sacrum ministerium factum est; vt in formam priuatam redigatur. Nam alioquin & is, qui comparauit, precium datum amittit, ipsa ecclesia formæ pristinæ monasterium alienatum restituente; & hypotheca cessat.

Prædium sterile ne quidem per donationem accipiat religiosa domus. Sin acceperit, absque damno relinquat; non redditis iis, quæ (ceu consentaneum est) pro eo sunt ipsi data. Nam qui dedere, competentes actiones mouẽt aduersus curatores & administratores, qui cum ipsis contraxerunt.

Non modo pontificibus, verumetiam ciuilibus & militaribus magistratibus constitutionis huius obseruatio commissa est, quolibet habente potestatem violatores eius accusandi.

Nota regulam, quod ea, quæ in commune, & religiose, & ad omnium vtilitatem sunt promulgata, potius valere debeant; quam quæ studio quorumdam ad publicarum legum corruptelam facta sunt: ac præterea, quod ipsa cõstitutio curiose non inquirat in ea, quæ specialiter ei proposita non sunt; & quod illa nullo modo innouet.

Dat.

Dat. a.d. XVII Kalendas Maias post consulatum Belisarii, anno II.

II. DE DIVERSIS CAPITVlis ecclesiasticis.

Idem Imp. Petro P.P. Quum plures & diuersæ leges. & cetera. Nouella cxx.

NEmo ecclesiæ Constantinopolitanæ, vel tam Constantinopoli, quam in eius territorio sitarum venerabilium domorum, vel xenonum (exceptis venerabilibus monasteriis) rem immobilē, aut ciuilem annonam, aut rusticum mancipium distrahat, aut donet, aut quocumque modo alienet: sola permutatione ad domum augustalem permissa: prohibitis iis, quæ iura colonaria vocantur.

Emphyteusis ab eadem sanctissima ecclesia, & subiectis ei venerabilibus domibus dumtaxat in personam accipientis, & alios deinceps duos eius successores fiat: sexta canonis subsistentis parte releuanda.

Si vero suburbanum est, quod in emphyteusin datur, & reditum habet; sub præstatione solidi canonis, aut etiam cum accessione locator. Sin reditus nullus est, earumdem venerabilium domorum administratores sub certa quantitate, si velint, concedant.

Quum id, quod in emphyteusin datur, per modum aliquem ad personam imperatoris, vel ad aliquam ciuitatem, vel ad fiscum, vel ad curiam, vel ad aliam domum religiosam peruenit, licitum iis esto, qui concesserunt in emphyteusin, vti vel ipsis rem relinquant, vel emphyteusin rescindant.

Semiruta, quæ religiosæ domus ædificare non possunt, in perpetuam emphyteusin concedant recipere volentibus, sub præstatione tertiæ pensionum partis, quæ integris adhuc ædificiis, de iisdem colligebantur; eaque pars tertia statim ab initio cõtractus cedat. Sin mauult emphyteuta postquam ædificauerit ipse, statui nomine canonis emphyteutici partem dimidiam pensionum, quæ post absolutum ædificium colliguntur: sane hoc ipsum emphyteuseos nomine soluat, & vtatur ad ædificium illis materiis, quæ in semirutis reperiuntur.

Qui rem immobilem venerabilium domorum vtendam fruendam accipit, statim det eis iure proprietatis rem consimilis reditus & collationis: vt post eius mortem, vel post definitum tempus, quod tamen eius vitam non excedit, etiam ipsa res data perueniat ad domum religiosam.

Locationes ab indicatis religiosis domibus factæ, spatium annorum triginta non excedant.

Si cui domui religiosæ pecuniis opus est, ad fiscalem, vel aliam necessitatem: det rem aliquam immobilem in speciale pignus, vt quum ex ea creditori satisfactum fuerit tam nomine sortis, quam vsuræ, parte centesimæ quarta definitæ, pignus ille restituat.

Emphyteuses, & locationes, quæ vltra quinquennii spatium extenduntur, absque voluntate archiepiscopi, vel eorum, qui religiosis domibus præsunt, non procedant. Nam iurare tam œconomos, quam chartularios oportet, nullam inesse contractui circumscriptionem. Quod si nulli sint chartularii, contractus ab iis, qui religiosis domibus

bus præsunt, sacris sanctis euangeliis propositis fiat: hoc ipso instrumentis, quæ super eo conficiuntur, inscribendo.

Nullus actor, aut administrator rerum, quæ ad venerabiles domos pertinent, nec eorum cognatus, aut propinquus, emphyteuses vel hypothecas earumdem venerabilium domorum accipiat per seipsum, aut per subiectam personam. Nam alioqui tam ipsius accipientis, quam œconomorum & chartulariorum facultates, ipsæ domus venerabiles sibi vindicant.

In rebus immobilibus sitarum in prouinciis ecclesiarum, ac venerabilium piarumque domuum, & constitutorum tam in vrbe Constantinopolitana, quam vbique monasteriorum, locum habet emphyteusis perpetua: sic tamen, vt obtineant in ea cuncta superius dicta de emphyteusibus, quæ ab ecclesiis vrbis imperatoriæ conceduntur. Lege caput secundum huius constitutionis.

Si qua dictarum ecclesiarum, aut venerabilium domorum, pecuniis indiget ad solutionem tributorum fiscalium, aut expeditionem æris alieni; neque res mobiles habet, ex quibus dissolui debitum possit: res immobilis in speciale pignus creditori detur, vt eidem ex ea tam sortis, quam vsurarum nomine, ad quartam vsque centesimæ partem, satisfiat. Quod si pignus eiusmodi non sufficit ad dissoluendum æs alienum, apud gesta monumentorum, quæ sine impensa conficientur apud competentes patriarchas, & metropolitanos, & episcopos, iusiurandum præstent venerabilium domorum administratores; quod non sit alius modus æris alieni dissoluendi, & quantitatem eorum, quæ

debentur, patefaciant: atque ita procedatur ad venditionem immobilis rei, proſcriptionibus ad viginti dies expoſitis, quæ cohortentur emere volentes; vt qui plus ſoluit, ceteris ſit potior. Quibus ita ſuccedentibus, venditio fiat; & emtor precium creditori numeret, atque hoc expreſſe, iureiurando interueniente, ſyngraphæ emtionis inſcribitur; quodque nihil ad detrimentum vel circumſcriptionem venerabilis domus factum ſit. Quod ſi nullus emtor inuentus fuerit, prædicta proſcriptione facta: pro ſoluto rem pleno iure dominii creditor accipiat, decima parte accuratæ rei æſtimationis adiicienda. Verum ſiue diſtractio rei fiat, ſiue creditor pro ſoluto rem accipiat, adminiſtratores venerabilis domus, & eorum pars maior, qui cultui ſacro in ea deſeruiunt, adſenſum contractui præbeant. Et quod alienatur, non ex creditoris electione detur; ſed habita ratione prædiorum fertilitatis, & ſterilitatis.

Eis, qui mutuati ſunt, aut deinceps mutuo ſument, non aliter eccleſia, vel religioſa domus acceptas ferat pecunias: niſi prius probatum fuerit, eas ad eccleſiarum aut venerabilium domorum vſus expenſas. Creditor autem, ante probationes haſce, competentes inſtituat actiones aduerſus eos, qui contraxerunt, & aduerſus eorumdem heredes: at contra venerabiles domos vt agat, licitum ei non eſto.

Religioſæ domus inter ſe permutationes faciant, cum maioris partis illorum, qui cultui ſacro in eis deſeruiunt, conſenſu.

Quæ ad aliquem religioſum locum ab imperatore peruenerunt, aut peruentura ſunt, non diſtrahuntor,

ſtrahuntor,aut obligátor,aut permutantor, aut alio modó quopiam alienantor. Nec ſi tale quid inter ſe religioſæ domus ipſæ fecerint, ratum eſto.

Si alienatum fuerit monaſterium ad ſtatum priuatum, per eccleſiam formæ priſtinæ reſtituitor.

Inutilia damnoſaque prædia religioſarum domuum, ſub geſtis monumentorum adminiſtratores earum alienanto: Sancta Conſtantinopolitana eccleſia dumtaxat excepta.

Oeconomi,& adminiſtratores,& chartularii venerabilium domorum, & eorum cognati, & adfines, qui quocumq; modo emunt aut tractant rem immobilem earumdem venerabilium domorum, vel per ſeipſos, vel per ſubiectas perſonas; pœnis ſubiiciuntur, quæ ſuperius de ipſis expoſitæ ſunt.

Emphyteuta conductorque rei pertinentis ad religioſas domos, ſi per biennium contumax ſit in annui † pacti præſtatione, vel rem ipſam deteriorem reddat, ab emphyteuſi remouetor, nec poteſtatem habeat agendi emponematum nomine: vel ab eo canon emphyteuticus exigitor,* cum eo, quod intereſt; ſiquidem hoc conducere venerabili loco viſum fuerit.

† πάκτον pro canone.

* hoc in ipſa nouella non eſt poſitum.

Eccleſia Odeſſi,& Tomenſis, res immobiles ad redemtionem captiuorum alienare poſſunt: niſi ſi ſpecialiter interdicta ſit eis alienatio.

Eccleſia Hieroſolymitana quas habet in ipſa ciuitate domos, precio vendat æquante penſiones annuas,quæ annis quinquaginta ex eis colligũtur.

Poſſeſſiones ſteriles, quæ ad religioſas domos peruenerunt, ſic reſtituuntor iis, qui eas dederunt; vt etiam ab iiſdem venerabilium domorum

indemnitati consulatur: ac præterea si quod aurum forte datum eis fuerit, iis non restituatur, qui dedere.

Venerabilis domus ad comparandum possessionem sterilem, vel fertilem, ne cogitor.

†Nota ex ipsa distinctione, quod omnes alii cogantur.

†Hoc quoque colligitur, in nouella diserte non positum.

Qui rem ecclesiasticam vtendi fruendi caussa vult accipere, decisionem superius de hoc expositam capitulo quarto, sequatur.

Religiosa cimelia dumtaxat ad captiuorum redemtionem alienantor. Quod si eis abundent ecclesiæ, vel non conflata alteri religiosæ domui, vel conflata cuilibet venduntor, precio ad expeditionem æris alieni conuertendo.

Qui præter indicata contrahit, religiosæ domui rem ipsam cum fructibus intermedii temporis restituat: precio, quod solutum est, & eo, quod remunerationis, aut permutationis, aut alterius cuiuscumque caussæ nomine datum fuerit, omnino non restituendo.

Qui præter legem hanc contraxerit emphyteusim, rem ipsam restituat, emphyteutici canonis præstatione nihilominus perpetuo grauatus.

Qui titulo donationis acceperit, duplum eius, quod accepit, reddat; vna cum medii temporis fructibus.

Creditor ipsam rem obligatam, vna cum credito, amittit.

Qui præter legem instrumentum composuerit, exsilio perpetuo damnatur.

Quæ deinceps tẽtata fuerint, præsens constitutio similiter rescindit: in antehac facta curiose non inquirens.

Dat.

Dat. eid. Iuniis. imperii Iustiniani anno XVIII. post consulatum Basilii, III.

III. DE TITVLIS ECCLEsiasticis.

Idem Imp. . . . . . De canonibus ecclesiasticis. & cetera.

Nouella CXXXI.

DEFINITIONES a quatuor conciliis, Nicæno, Constātinopolitano, Ephesino, & Chalcedonensi constitutæ, legum vicem obtinento: earumque dogmata tamquam inspiratæ diuinitus scripturæ coluntor.

Prima sacerdotii sedes, est Romana; secunda, Constantinopolitana.

Archiepiscopus primæ Iustinianæ vicem obtinet in subiectis sibi prouinciis apostolicę sedis Romanæ; & ordinat episcopos ciuitatum Dacię . . . . . Ripensis, Præuolis, Dardaniæ, Mysiæ superioris, & Pannoniæ.

Seruator Aphricanę sedi ius Pontificatus, & datum ei priuilegium.

Quotquot episcopi metropoliticum ius habent, eodem perpetuo fruuntur.

Ecclesiis, & religiosis domibus, tam priuilegia sua, quam quæ ipsis varie concessa sunt imperatorum liberalitate, seruantor.

Ecclesiæ ab omni munere sordido, & extraordinario, & ab exactione, atque onere lucratiuorum, immunes sunto: dumtaxat itinerum pontiumque structuris obnoxiæ.

Cuiusuis pręscriptionis longi temporis loco, sola XL annorum exceptio religiosis domibus opponatur.

Qui venerabilem domum ædificare vult, aut vetustate labascentem instaurare: tam seipsum, quam heredem suum ad operis perfectionem obligat; venerabili cruce prius ab episcopo in domo defigenda, quæ debet exstrui.

Qui sua in domo, vel suburbano, vel fundo, conuenticula secreta peragit; proprietatem eius amittit, ecclesia loci rem accipiente. Si vero tutor, aut exceptor, aut emphyteuta, conductorve, coëgerit huiusmodi conuenticula domino ignorante, prouincia expellitor, & ecclesiæ facultates eius addicuntor.

Legatum Christo Deo nostro relictum, ipsorum locorum ecclesia sibi vindicet, quibus in locis domicilium defunctus habuit. Sin alicui sanctorum nominatim legatum relictum fuerit, quum multæ sint religiosæ domus eius adpellationis in tota ciuitate, vel eius territorio, vel in prouincia: locorum illorum ecclesia legatum sibi vindicat. idem in hereditate obtinet. * Est etiam fisco potior ecclesia.

hoc in ipsa nouella non exprimitur.

¶ Hæres iussus ædificare, si quidem domum oratoriam; opus hoc intra quinquennium absoluat. sin vel nosocomium, vel aliam consimilem domum exstruere iussus, ædificium intra spatium anni non absoluerit; interea temporis emere cogitur, aut conducere domum: atque ita, quod ei pie mandatum est, ad finem perducere. Ceterum eos, qui curare domos easdem religiosas, iuxta voluntatem testatoris debent; heres eligat, potestatem habente locorum illorum episcopo, administrationem eorum inspiciendi; ac siquidem non idoneos repererit, alios eorum loco substituendi.

Quæ

Quæ pauperibus distribuenda, vel ad redimendos captiuos relicta sunt; iuxta testatoris voluntatem administrantor. Vbi vero testator non aperte præcepit, quales pauperes alere de testamento relictis velit: cum omni discretione, quæ mandata sunt, implentor. Sin is, qui iussus est facere, semel & bis per publicas personas admonitus ab episcopo, differat effectum dare, quod iussus est: ipse quidem lucrum omne, quod ad eum a testatore peruenerit, amittit: eorum vero locorum episcopus, prædictum lucrum aliis cum rebus accipiens, voluntatem eius implebit: habente potestatem metropolitano, & alio quouis, eiusmodi quæstionem episcopo mouendi: vt omnino pie decretis a defuncto satisfiat.

Quæ religiosis domibus, aut ecclesiis, aut collegiis relicta sunt legata; sex intra menses a publicatione tabularum testamenti soluuntor. Id si factum non fuerit, is qui grauatus est iis præstandis, etiam præterea fructus, & vsuras eorum, cum accessionibus, soluet.

Quod relictum est religiosis domibus, aut collegiis, legatum annuum; nullo modo alienator: extraquam si loca personæq; grauatæ longo distent interuallo. Tunc enim possunt venerabiles domus eiusmodi legata permutare vicinis in locis, cum accessione quartæ partis relictæ annuæ quantitatis: aut eamdem rem legatam vendere pro annuo precio, quod annis XXXV numeratur.

Episcopi & administratores venerabiliũ domorũ & collegiorũ, ante administrationes, aut episcopatu adquisita, cũ iis, quę durantib. administrationib. & episcopatu, ex cognatorum vltimis volũtatibus

ad quartum vſque gradum acceperunt;concedant iis, quibus volunt. Quæ vero extra hæc adquiſita fuerint, ſiue ex cognatorum ſucceſſione, vel alio aliquo modo:in iis ipſorũ eccleſiæ ſuccedent. Poſſunt autem hæc in redemtionem captiuorum, & alimenta pauperum, aliaſque pias cauſſas expendere: iiſdem locum habentibus etiam in noſocomis, & orphanotrophis, & aliis religioſarum domuum adminiſtratoribus.

Qui non habent heredes, aut abſque condito teſtamento decedunt epiſcopi,& clerici,& reliqui ſacerdotes; in eorum facultatibus ipſorum eccleſiæ ſuccedant.

Nulla religioſa domus hæretico poſſeſſionem immobilem locet,atque in hoc ſtatutas a lege pœnas,vna cum conductore metuat. Hoc dicere vult conſtitutio, hæreticum, ſi quid dederit, amittere; locantem vero, ab omni adminiſtratione remoueri,& in monaſterium mitti, & ad anni ſpatium a ſacraſancta communione ſegregari;rem ipſam denique domui religioſæ reſtitui.

Alienatum ab orthodoxo fundum Iudæo, vel Samaritæ,vel Montaniſtæ,vel alteri hęretico,vindicet in proprietatem ſuam orthodoxa eccleſia, quæ illo in fundo ſita eſt.

Templa ab hæreticis exſtructa, nouaſque ſynagogas a Iudæis ædificatas,ipſorum locorum eccleſiæ ſibi vindicent.

Qui ſciens hæretico prædium ſuum locauerit, reditus amittat; vindicante hos eccleſia,& hæretico ex ipſo prædio pellendo, ac bonorum publicationi ſubiiciendo. Sin fecit ignorans, indemnis eſto.

In rebus pupillaribus orphanotrophi tutorum curatorumque vicem gerunto, nullis fideiussionibus aut rationibus ab eis exigendis. Inuentarium vero rerum pupillarium faciant, & competentes ipsis actiones exerceant aduersus eos, qui pupillis obligati sunt.

Orphanotrophium Constantinopolitanum, vna cum xenone Sampsonis, & omnes xenones, religiosæque domus, eis subiectæ, priuilegiis ecclesiæ Constantinopolitanæ maioris vtuntor fruuntor.

Dat. a. d. XVIII kalend. April. imperii Iustiniani, anno XVIII. consulatu Basilii, IIII.

IIII. VT ECCLESIA ROmana centum annorum præscriptionem habeat.

Nouella IX.

Idem Imp. Ioanni episcopo Romano. Vt legum originem. & cetera.

HÆc constitutio localis est, nihil amplius statuens, quam quod inscriptione continetur.

Dat. mense Maio. Belisario c o s.

V. CONSTITVTIO, QVÆ centum annorum præscriptionem abrogat in ædibus oratoriis.

Nouella CXI.

Idem Imp. Eliæ P. P. Illyrici. Quod medicamenta. & cetera.

ABROGANS hæc constitutio priuilegium ecclesiarum & religiosarum domuum, quod annorum centum præscriptionem eis opponi vult: hortatur, vt eius loco succedat annorum quadraginta exceptio, qua sola tam ecclesiarum, quam religiosarum domuum actiones elidantur.

Nota, quod etiam statuta de iis, quæ ciuitatibus debentur, & quæ ad redemtionem captiuorum relicta sunt, (quibus similiter hoc centum annorum præscriptionis priuilegium dedit constitutio relata in libro primo Codicis, sub titulo secundo, quæ numero est vigesima tertia) præsens constitutio non prorsus aboleuerit.

l. vt inter. C. de sacros. eccles.

Dat. kal. Iun. imperii Iustiniani, anno XV. Basilio cos.

Nouella XXXVII.

VI. DE ECCLESIIS CONstitutis in Aphrica.

Idem Imp. Solomoni præfecto prætoriorum Aphricæ. Venerabilem. & cetera.

Hæc constitutio non exstat. heic plene tamē epitomata legitur.

APHRORVM ecclesiæ cimelia, vestesque sacras, ipsis per Arrianos ablatas, vindicanto, longi temporis præscriptione non repellendæ: modo fiscalia, quæ prædiorum nomine scilicet debentur, conferant.

Hæreticus ne baptissato, nec esto decurio, vel officium gerito.

Iterum baptissatus, ab omni militia abstineto.

Iudæus Christianum mancipium non habeto, nec catechumenum circumcidito.

Hæretici locum nullum, in quo preces concipiant, habento.

Priuilegia concessa Carthaginis ecclesiæ, illibata custodiuntor, nemine quemquam extrahere de finibus eius audente: præterquam si homicida sit, qui ad eam confugit, aut raptor virginum; aut si vim Christianis adtulerit.

Nemo Aphricanis ecclesiis auferat, quæ ipsis oblata sunt.

Dat. Kalendis Augustis. Belisario cos.

VII. VT

VII. VT ECCLESIA SANCTÆ resurrectionis, & quæ deinceps.

Idem Imp. Petro episcopo Hierosolymitano. Iam quidem ea, quæ de prohibitione. & cetera. Nouella XL.

ECclesia locorum sacrorum, domos in vrbe pertinentes ad ipsam, pro pensionis annuæ precio, quod annis quinquaginta colligitur, alienare potest: modo de alienatione decretum archiepiscopi ciuitatis eiusdem interueniat, & ipsa precia conferantur ad solutionem creditarum ei pecuniarum, ad comparandos reditus, aliasque possessiones.

Dat. a. d. XV kalendas Iunias. post consulatum Belisarii.

VIII. DE RERVM ECCLESIasticarum alienatione ac solutione.

Idem Imp. Ioanni P.P. Et studium circa leges. & cetera. Nouella XLVI.

COnstitutio † prima tituli secundi hoc in opere, quæ hac tempore posterior est, plene ac recentissima forma de alienatione rerum ecclesiasticarum immobilium deponit. Præsens autem constitutio, quæ tempore prior est, & suis temporibus robur habebat; præcipit, vt quum ecclesiæ nullas res mobiles habent, quibus æs alienum ab se contractum dissolui possit; res immobilis creditori, pro ratione crediti, detur. Sin de fiscali debito quæritur, & ecclesia bonis mobilib. caret: tum vero clericis eius vna cũ episcopo conuenientibus apud metropolitanũ suum, caussa debiti præsentis examinetur, & sacrasancta proponantur in

† Superius posita, ex Nouella VII.

medium euangelia: quumque decretum factum erit,& sententia præsidis publicata, qua permittitur alienatio;res soli distrahatur,ita tamen,vt precia fisco soluantur: atque vbi nomine solutionis apocha publica facta erit apud acta monumentorum, cum eorum depositione, qui hæc peregerũt; emtores rem ipsam accipiant,& in iura fisci succedant,& ab eo cautionem habeant. Ceterum excipit a legislatione sua hæc constitutio maiorem ecclesiam Constantinopolitanam, & religiosas eius domos,quarum ipsa curam gerit,& quę sub ea sunt monasteria, & ipsius denique continentia.

Dat. a. d. XIIII kalendas Septembreis. consulatu Belisarii.

IX. VT IN POSTERVM PERmutationes rerum ecclesiasticarum non fortuito fiant erga religiosissimum imperatorem. & quæ deinceps.

Nouella LV.

Idem Imp. Menæ episcopo Constantinopolitano. De quibus scripsit. & cetera.

RES immobiles, quæ a religiosis domibus ad imperatorem peruenerunt titulo permutationis,si ad aliam personam translatæ fuerint:a cuiusque temporis œconomis vindicantor.

De hisce numeris non liquet.

Legito titulum IX libri quarti,& eiusdem constitutionis X, quæ tempore posterior est,caput X.

Excepta maiore Constantinopolitana ecclesia, ceteræ domus religiosæ perpetuas inter se rerum immobilium emphyteuses contrahant: vti tamen ad aliam personam eæ non perueniant.

† paulo ante posit e, ex nouella CXX.

Legito titulo secundo huius operis,constitutionis † secundæ, quæ temporis posterior est, caput III & VII.

Dat.

Dat.... kal. Nouembreis. Iustiniani..... post consulatum Belisarii, III.

X. VT QVI AGROS, AVT domos, aut vineas, ecclesiæ Mysiæ relinquunt ad redemtionem captiuorum, vel ad alimenta pauperum. & quæ deinceps. Nouella LXV.

Idem Imp...... Scimus antea promulgasse. & cetera.

LOCALIS est hęc constitutio, tunc permittens secundum determinationem ipsius alienari, quæ ad redemtionem captiuorum, vel ad alimenta pauperum, ecclesiæ Mysiæ relinquuntur: quum ea longe dissita sunt, atque ita specialiter ordinauit is, qui reliquit.

Dat. a. d. Kalendas Apríleis. imperii Iustiniani anno XIII. Apione cos.

XI. DE OFFICINIS ECCLESIÆ Constantinopolitanæ. & quæ deinceps. Nouella XLIII.

Idem Imp. Longino præfecto vrbi. Quoniam maiestas nostra curam gerit. & cetera.

MILLE centum officiuis Constantinopolitanæ maioris ecclesiæ largitur a muneribus præstandis immunitatem hæc constitutio, pro illorum exportatione, qui ex hac vita decedunt. Iubet autem octingentas ex his munera corporalia subire, reliquas adærationem præstare: non permittens, vt alia quæpiam officina hoc prætextu excusationem habeat.

Dat. kal. Iuliis. post consulatum Belisarii.

Nouella CXV.

XII. HÆC CONSTITVTIO *sumtus ordinat, qui in funeribus decedentium fieri debent.*

Idem Imp. Ioanni P.P. Quodlibet bonum opus. & cetera.

CONSTITVTIO localis est, ad Constantinopolim spectans; quę determinat summam expensarum, quæ fieri debent iis exportandis, qui Constantinopoli decedunt.

Dat. III Non. Nouemb. imperii Iustiniani, anno XI. post consulatum Belisarii, II.

TITVLI II. PARATITLA.

Ex nouella VI. cap. I. §. & hanc non pecuniis. dicta nouella cap. VI. Nouella CXXIII. cap. II. in fine. cum seq.

Tituli I. constitutione I. Pecuniæ, quæ ordinationis nomine dantur, ecclesiis secundum sanctionem constitutionis addicuntor.

Res stupratæ, vel nuptæ diaconissæ, vel ad aliam vitam, aut ecclesiam transeuntis, ipsius ecclesia per successionem consequetur.

Constitutione II. Quod ecclesiis addici debeant ea, quæ ordinationis nomine præter sanctionem constitutionis dantur.

Res episcopi, qui locationes aut emphyteuses rerum ecclesiasticarum immobilium commisit administratoribus, aut chartulariis sacrosanctę ecclesiæ suæ, vel eorum cognatis, aut adfinibus; ecclesiæ debent addici.

Quæ nomine creationis ad religiosi muneris curam dantur, vindicet ea religiosa domus, quæ rerum ipsarum proprietatem habet, iuxta sanctionem constitutionis.

Quod exigi debeant ab ecclesiasticarum rerum admini-

administratoribus, quæcumque debitorum nomine flagitat ab eis episcopus: eadem conuentione ad ipsos heredes transeunte.

Res diaconissæ, quæ in contubernio viri est, sinistram suspicionem præbentis; post factam denuntiationem, ecclesiis addici iuxta formam constitutionis debent.

Quando res, quæ sub condicione nuptiarum, aut liberorum procreationis, relictæ sunt clericis aut monachis, adplicari debeant ecclesiis, iuxta constitutionis huius formam.

Res eorum, qui monastriã, vel diaconissam, vel aliam religiosam mulierem rapuerunt; ipsarum mulierum religiosis domibus addicuntur.

Eodem titulo, constit. VII. Quod nemo domum oratoriam ædificare possit, nisi de sententia episcopi, per donationem specialem deputauerit ea, quæ ad curationem ædis, & luminum accensionem, & annonas eorum, qui cultum in ea sacrum exhibituri sunt, spectant. *Nouella LXVII.*

Constitut. XIII. Res eorum monachorum, qui ad aliam vitam transeunt, ad ipsorum monasterium pertinebunt. *Nouella V.*

Debet is, qui solitariam vitam est amplexurus, prius de rebus suis testari. Nam deinceps eas in potestate sua non habebit, sed monasterium.

Res monachi, qui ad aliam vitam sese contulit, ad monasterium prius pertinebunt.

Constitutio III. tituli II. cap. XIII. Quod ecclesiis addici domus eæ debeant, in quibus hæretici conuenticula seorsum instituunt. *Ex nouella CXXXI. Supra posita.*

IIII. constitut. XXII. Quod res mulieris adulterio pollutæ, siue liberos, siue parentes habeat, *Ex nouella CXXXIIII. cap. X.*

ſiue non habeat; iuxta ſanctionem conſtitutionis id monaſterium vindicabit, in quod immittitur. Lege totum de hoc caput. Differit enim de iis etiam, qui abſque repudii cauſſa diſſoluunt matrimonia; ſimiles eis pœnas inferens.

Ex nouella CXV. cap. III. §. Si vnum de predictis. cum ſeq.

VII. conſtit. VII. Res captiuorum, ſi ſuis a liberis redemti non fuerint; ipſorum eccleſia ſub inuentario conſequitur.

Res eius, qui habitum clerici ſumpſit, ſi neque liberos, aut cognatos orthodoxos, neque communionis fidei participes habet, qui ei ab inteſtato ſuccedant: vſque ad anni ſpatium poſt eius mortem eccleſia vindicat; poſt annum vero, fiſcus.

Nouella CXVII. cap. XIII.

Tit. X. conſtitut.... Res eius mulieris, quæ abſque iuſta cauſſa repudium marito miſit, per ſucceſſionem id monaſterium adibit, in quod redigitur, iuxta conſtitutionis ſanctionem.

Nouella XLVI. ſuperius poſita.

Tituli II. hoc libro, conſtitut. VIII. Excepta maiore Conſtantinopolitana eccleſia, poſſunt domus venerabiles, interueniente decreto, rerum immobilium alienationem ad vtilitatem publicam inſtituere.

TITVLVS III.

DE HÆRETICIS, ET IVDÆIS, ET SAMARITIS.

Nouella CIX.

I. DE HÆRETICIS, ET eorum vxoribus.

Idem Imp. Ioanni conſeruatori prouinciarum. Vnicum nobis auxilium eſſe in omni republica atque imperii noſtri loco. & cetera.

Qui

QVI non communicat cum ecclesiis, in quibus episcopi singulorum locorum conueniunt, hæreticus est; legibus aduersus hæreticos latis obnoxius.

Nota, quod ii, qui cum Seuero sentiunt, & dogmata Dioscori amplectuntur, Acephali vocentur.

Vxores hæreticorum, quæ & ipsæ sunt hæreticæ, priuilegio dotis, aut alio, non fruentur. Si vero postquam resipuerint, ad ecclesię communionem accesserint: eorumdem priuilegiorum fructu potiantur.

Datæ. V. Non. Maias. imperii Iustiniani, anno XV. consulatu Basilii.

II. DE SAMARITIS.

Idem Imp. Areobindo P.P. Nullum adeo magnum alicuius subditi nostri. & cetera. Nouella CXXIX.

HÆc constitutio permittit Samaritis facultatem testandi, & ab intestato succedendi cognatis suis, & legata relinquendi, & donandi, & manumittendi, aliosque tales contractus impune peragendi.

Quum Samarita quispiam nullo condito testamento decedit, relictis liberis, aut cognatis, tam Christianis, quam Samaritis, qui eiusdem gradus & ordinis sunt: is qui rectam fidem colit, ei heres esto, potioris Samarita condicionis. Sin propior sit orthodoxo, ratione gradus vel ordinis, Samarita: Christiano præfertur.

Scias autem, Samaritam, qui excluditur a successione, si postea Christianus orthodoxus factus fuerit: partem suam capere cum aliis, qui ab initio erant orthodoxi.

Samaritæ ſuos adſcendentes & deſcendentes, qui Samaritæ ſunt, pro arbitrio ſuo ſcribunt heredes. Si vero cum eis & Chriſtiani eiuſdem gradus ad ſucceſſionem vocantur, non vlterius Samaritas ſcribant heredes, quam ex duabus facultatum ſuarum vnciis. Poſſunt autem & adſcendentes, & deſcendentes orthodoxi, querelam de inofficioſo aduerſus eorum teſtamenti tabulas inſtituere: iis, quæ ſancita ſunt in priori conſtitutione de his, qui reſipiſcunt, vti ſcilicet pares ſint ab initio Chriſtianis, heic quoque locum habentibus.

Nota, quod Samaritæ orthodoxis heredibus relicta parte tertia, quæ ipſis ex teſtamento competit, etiam legata Chriſtianis dare poſſunt: nullam poſtea facultatem habente fiſco, quidquam ex ipſorum patrimonio accipiendi: quum pręſens iſta conſtitutio legem ante hanc promulgatã aboleat.

Dat....... imperii Iuſtiniani, anno XXV. poſt conſulatum Baſilii ...

Nouella CXLIV.

III. DE SAMARITIS, quæ conſtitutionem ante hanc latam abrogat.

Imp. Iuſtinianus Diomedi P.P. Impiam Samaritarum hæreſim, & abſurdam veſaniam. & cetera.

HÆc conſtitutio ſecundam huius tituli conſtitutionem abolet, ac præcipit, vt Samaritæ nullam hereditatem adeant ex teſtamento, vel ab inteſtato, neque legata capiant, vllamve rem titulo donationis conſequãtur. Præterea nec ab inteſtato vocentur ad eorum ſucceſſionem Samaritæ, vel omnino hęretici, ne quidem ſi præ ſe ferant rectam ſe

ctam se Christianorum fidem amplecti; quum reapse non ita sentiant. Nec item illos in testamento heredes instituant, vel legata relinquant, vel donent; extra quam si tam fide, quam factis orthodoxi sint, qui ea sunt accepturi. Quippe si nullus talis exstet, eorum patrimonia ad sacratissimum fiscum debere post mortem eorum pertinere, statuit.

Ceterum eximit a legislatione sua colentes Samaritarum religionem agricolas, vt eis agros, qui ab ipsis excoluntur, commendet. His enim concedit, modo tamen agros ipsos colant, tam heredes, quam legatarios instituere suos adscendentes, & descendentes, & cognatos ex transuerso, tametsi Samaritæ sint. Quod si nullus horum inueniatur, eius prædii dominum, in quo defunctus agricolæ munus exercebat, ab ipso relicta ferre vult permissione quadam, & fisci vicem in his eum obtinere; veluti qui tributa fiscalia pro eo præstet. Prohibet etiam, ne Samaritæ militent, aut aduocati sint, aut adsessores, aut omnino ciuilem aliquam curam obeant. Qui vero prius Samaritæ, in errore suo perseuerare volunt, dum sabbata seruant, aut alia quædam agunt, de quibus coarguuntur, simulate sacrosanctũ baptismũ accepisse: proscribi, & exsilio perpetuo dãnari iubet, iisdẽ pœnis & illos plectẽs, qui aduersus rectã Christianorum fidem impiũ eis patrociniũ præstãt. Præterea vult, vt ad baptismũ currentes nõ facile admittãtur: sed vt ii, qui omnino bonæ doctrinæ sensum aliquem habẽt, annis duob. erudiãtur; atq; ita baptissentur. Admodũ vero iuuenes, & doctrinam ipsam nõ intelligentes, etiã absq; hac obseruatione sacrosanctum baptismum consequantur.

IIII. EDICTVM DE *hæreticis.*

Nouella CXXXII.

Imp. Iustinianus Constantinopolitanis. Primum ac maximum esse. & cetera.

PROHIBET hæc constitutio, ne conuenticula seorsum habeant hæretici, ac præcipit, vt eæ domus, vbi quid eiusmodi delinquitur, ecclesiis addicantur: atque vti tam ii, qui conuenticulorum auctores sunt, quam qui ad eos conueniunt, ipsarum constitutionum pœnis subiiciantur.

V. VT LICITVM SIT HEbrais, siquidem velint, in synagogis suis vel Græca, vel Itala, vel aliorum populorum lingua, cum locis ipsis mutanda, legere scripturas sacras: & vt expellantur e quouis loco, qui iudicium vel resurrectionem negant, aut angelos non esse dei creaturam dicunt.

Nouella CXLVI.

Idem Imp. Areobindo P.P. Debebant quidē Hebræi libros sacros audientes. & cetera.

HÆC constitutio nihil amplius tradit, quam quod inscriptione continetur: nisi quod archipherecitas, aut seniores, qui Græca lingua, vel linguis aliis, præter Hebraicam, fieri scripturarū lectionem nolunt, castigationi bonorum publicationis, & exsilii, & pœnæ corporalis subiicit. Eos autem, qui nullum esse dicunt iudicium, vel resurrectionem, vel angelos negant esse Dei creata; omnium extremis suppliciis addicit.

Dat. eid. Februariis. imperii Iustiniani, anno XXVI. post consulatum Basilii, XII.

TITV-

TITVLI III. PARATITLA.

TIT. I. constit. V. Hæc constitutio præcipit, vt hæretici nec dogmata sua tradant, nec baptismata seorsum instituant, nec praua conuenticula: domos eas, in quibus cultum suum obeunt, orthodoxis ecclesiis addicens.

Supra, ex nouella XLII.

Constit. VI. Si absque voluntate episcopi, priuata in domo synaxis habita fuerit; non aliter, atque si domus eiusmodi foret in hæretici dominio, publicatur.

Ex nouella LVIII.

Tit. II. constit. III. Qui sua in domo, vel suburbano, vel prædio, praua conuenticula celebrat; ipsarum rerum proprietatem amittit, eius loci ecclesia sibi eiusmodi loca vindicante.

Ex nouella CXXXI.

Nulla religiosa domus hæretico possessionem in re soli constitutam locet, statutas lege pœnas vna cum conductore verita.

Prædium ab orthodoxis alienatum vel Iudæo, vel Samaritæ, vel Montanistæ, vel alii cuipiam hæretico, vindicet in proprietatem suam orthodoxa ecclesia, illo ipso in agro sita.

Exstructa ab hæreticis templa, & nouas a Iudæis ædificatas synagogas, ipsorum locorum ecclesiæ sibi vindicanto.

Qui prædium suum hæretico sciens locauerit, reditibus priuetur; iis ipsis ab ecclesia vindicandis, & hæretico e prædio depellendo, bonorumque publicationi subiiciendo.

Constitut. VI. Hæreticus ne baptissato, nec esto decurio, nec officium aliquod gerito.

Ex nouella XXXVII.

Qui iterum baptissatus est, abstineat a militia.

Iudæus Christianum mancipium non habeto, nec catechumenum circumcidito.

Nullus esto locus hæreticis ad precandum.

Nouella XVII. cap. XI. Tit. IIII. constitut. III. Quæ aduersus hæreticos mouentur, præses examinet ad vtilitatem fisci, & alii nemini permittat horum inquisitionem, nisi concessum hoc ei fuerit iussione diuina.

Nouella XV. Constitut. XXIV. Quod defensores orthodoxi esse debeant.

Nouella CXV. Tit. VII. constitut. VII. Quod filii sint hæretici, inter caussas ingratitudinis a parentibus referri potest.

Hæreticus pater, velit aut nolit, orthodoxos tamen liberos, aut propinquos, herédes habet.

Res hæretici, qui nullos habet liberos, aut cognatos orthodoxos, publicantur. Sin habitum clerici gerit, ecclesia vindicabit eas intra spatium anni; post annum, fiscus: iis firmiter obseruandis legibus, quæ aduersus hæreticos latæ sunt.

Ex nouella XLV. Tit. VIII. constitut. II. Iudæos, aut Samaritas, aut hæreticos, qui curialis sunt condicionis; corporalibus hęc constitutio muneribus subiicit, nequaquam priuilegium eis indulgens.

Nouella CXVIII. cap. VI. & praced. Tit. IX. constitut. X. Hæretica mulier non vtetur beneficio constitutionis, quæ ipsius iura successoria sancit.

EXPLICIT LIBER III, PARATITLORVM.

HERA-

HERACLII AVGVSTI LEX, CONFIRMANS SANCTISSIMIS EPISCOPIS, ET RELI-

giosissimis clericis, atq; solitariam vitam agentibus, a prioribus Augustis concessa priuilegia: quomodo scilicet conueniendi sint tam ciuiliter, quam criminaliter: adiiciens de nouo, vt nullum aduersus eos aditum ciuiles aut militares magistratus habeant.

Has nouellas Heraclii Graecas dedimus alia cum interpretatione nostra, libro secundo Iuris canonici Graecorũ. Heic etiã posuimus, quod Paratitlorum auctor idẽ fecisset.

IN nomine domini Iesu Christi, Dei nostri. HERACLIVS, & HERACLIVS NOVVS CONSTANTINVS, fideles in Christo imperatores, SERGIO sanctissimo & beatissimo archiepiscopo felicis huius vrbis, & vniuersali patriarchæ.

Non purpura, non liberæ potestatis sceptra, tantopere potentiam ornare possunt imperii; quantum actio pia, quæ ex semetipsa laudem habet. Nam illa quidem, quum rerum potientibus offeruntur, dumtaxat eos honoratiores efficiunt: hæc vero bonis suis, vtilitati publicæ consulit. Hinc impulsi ad honorẽ sitarum vbiq; sanctissimarum orbis ecclesiarum, & sacerdotũ, vel alio quo modo vestitorũ habitu religioso, ad legem præsentẽ respeximus; vt eam instar cardinis & fundamenti pię nostræ legislationis faciamus, quasique primitias quasdam domino ac seruatori huius vniuersi Deo offeramus. Nam plurimi ex iis, qui sunt in religioso huius nostræ diuinitus custoditæ augustæq; vrbis clero & q religiosis in monasteriis semet exercẽt, ac pręterea diuersarũ ciuitatũ sanctissimi pręsides,

religiosique clerici,& monachi,qui peregre in eam veniunt, nobis aditis exposuerunt; quosdam piis nostris legibus contemtis,vel quod ipsos reuera sibi obnoxios habeant,vel quod absque vlla ratione litium redemtores esse conentur,tam ciuilia,quam militaria tribunalia facili momento impulsos adire, atque efficere, vt magnis cum contumeliis in custodias ducantur & collocentur, easque pœnas sustineant, quas irrogare visum illis sit; vel vbi de iis paulo humanius cogitare libitum fuerit,satisdationes ab eis,nomine iudicii non deferendi, exigere; plurimisque damnis eos adficere: illis interim, apud quos rei peraguntur, lucri gratia, vel adfectionis erga eos, qui iniuriam ipsis inferre nituntur, ius & æquum prodentibus. Quæ quidem exponentes, rogabant; vti quæ in hunc modum aduersus ipsos delinquerentur, conuenientem ex animi nostri sententia correctionem inuenirent. Nos igitur hac etiam in parte decentem beatitudini tuę honorem tribuentes,& ad animum reuocantes eam reuerentiam,quæ ipsis iure debetur ab omnibus: iis, quæ olim de ipsis promulgata sunt, partim in eodem statu relictis,partim adhibito examine nostro ad eum modum commode reformatis,vt recte comparata sint; sancimus, vt qui recensentur inter clericos custodiæ diuinitus & augustæ vrbis nostræ, quique solitarjam in ea vitam amplexi sunt, nibiloque minus & qui peregre veniunt in eam sanctissimi præsides, ac religiosi clerici, atque monachi prouinciarum & ciuitatum, quarum diœceses sub pontificalem beatitudinis tuæ sedem pertinent, quum ciuiliter a quocumque conueniuntur, apud solam beatitudinem tuam,&

am,& ad hoc ab ea deputatos, caussas dicant: ac siquidem adpellatio sequatur, ad tuam recurret ea beatitudinem; non audentibus iis, qui eos sibi putant obnoxios, ad ciuile vel militare tribunal ipsos trahere; nec illis, qui magistratus huiusmodi gerunt, si qui forte denuntiationes eiusmodi accipiant, tantum sibi fiduciæ sumentibus, vt eos hoc nomine ad se perducant: inuiolabiliter eisdem seruandis, quæ piis legibus nostris tam de iudiciariis cautionibus, quam de sportularum modo statuta sunt. Si vero quidam alterius diœcesis sanctissimi præsides, aut religiosi clerici, aut vitæ solitariæ sectatores, ad hanc felicissimã vrbem nostram profecti, a quouis omnium ciuiliter conueniantur: sancimus, vt hi quoque, siquidem ita velint, apud solam beatitudinem tuam cõsimili modo respondeant, nec amplius in posterum (hoc enim in prisca legislatione corrigimus) apud gloriosissimos sacris orientalibus prætoriis præfectos inuiti caussas suas agant. Si vero, quemadmodum eos facere par est, ad tuæ beatitudinis audientiam minime confugerint: tunc secundum id, quod legibus olim statutum fuit, apud gloriosissimos sacris orientalibus prætoriis præfectos, aut apud quem alium nos iusserimus, compareant; & aduersus accusatores sese defendant: seruandis scilicet his etiam, quæ de litium cautionibus, & de modo sportularum leges antiquæ definiunt. Iis sane, † qui responsionibus ecclesiasticis inseruiunt, & qui ecclesiæ, vel ciuitatis nomine, vel propter ordinationem præsulis, ad hanc diuinitus custoditam vrbem nostram cum legationis munere veniunt; citra innouationem seruamus, quæ olim de ipsis sancita

† *hoc est, apocrisiariis.*

ſunt. In quibus autem caſibus hos quoq; cōueniri poſſe, leges noſtræ definiunt: ad eos præſentis etiam legis beneficium extendimus. Sanctiſſimi vero prouinciarum præſules, & eorum præterea clerici, quique religioſam in eis exercitationem obeunt, atque ibidem in prouinciis degunt, apud eos, ſub quorum iuriſdictione conſtituti ſunt, in litibus pecuniariis cauſſis agent: conſimili & in ipſis obſeruatione retinēda, tam nomine quantitatis ſportularum, quam in iudiciariarum cautionū modo: adpellatione de iis, quę in iudicio pronuntiabūtur, ſiquidē epiſcopus ſententiā tulerit, apud illum exercenda, qui metropolitanā eius prouinciæ ſedem obtinet: ſi vero metropolitanus ſit, qui iudicis officio functus eſt; apud ſanctiſſimum eius diœceſis patriarcham. extraquam ſi quis iuſſione noſtra litis audientiam acceperit. Nam ſi tale quid inciderit, leges de hoc latas robur habere volumus. Omnino autem magiſtratum ciuilem vel militarem ad epiſcopum litem trāſmittere, vel eius iudicium retractare, vel exſequutioni dare, nec in hac felici vrbe noſtra, nec in alio quo loco traditæ nobis cæliſtus reipublicæ volumus, quum indecorū hoc arbitremur; adeoq; priſcam in hac etiā parte legem emendamus. Quæ iudicata fuerint, ſiquidem partes ipſæ ſtatutis adquieuerint, prouidētia illius, qui ſententiam fert, exſequutioni tradentur: ſin adpellatio quædam ſequuta fuerit, illius cura, qui ſecundam fert ſententiam: iis haud dubie, quæ legibus noſtris ſancita ſunt de laicis, qui a clericis conueniuntur, ſuum robur habentibus. Hoc autem eſt, debere actorem ſequi forum rei. Si vero ad crimina tendant, quæ heic alicui ſacratarum perſonarum in-

rum intentantur: siue tuæ, siue alterius sint diœcesis, apud beatitudinē tuam dumtaxat, & apud illos, qui ab ea deputantur, examen horū procedere debere sancimus, & quū aduersus tales instituta accusatio manifesta facta fuerit, vel ipsismet sæpius ea cōfitentibus, quorū nomine accusantur, vel legitime cōuictis: decisio secundū sacros canones iis inferatur, quę ꝓbantur admissa, prout recte beatitudini tuę decidi debere videbitur. Quod si putauerit eū, qui iudicatur, esse dignū acriori exsequutione: tūc eiusmodi hominē a beatitudine tua nudari iubemus eo, quem gerit, habitu; ac magistratibus ciuilibus tradi, statutas legibus nostris pœnas laturum: consimilibus etiam in prouinciis circa quæstiones criminales obseruandis, vt quilibet superius indicatorum, si accusetur, apud illum reus peragatur, sub quo forte constitutus est; & pro iis, quæ deliquisse videtur, iuxta modū prius relatum animaduersionē sustineat: iis caussis, quæ iam (ceu vero est simile) tam apud ciuilia, quā militaria tribunalia inscriptis inchoatæ sunt, tam heic, quam in cetera regione, contra sanctissimos præsules, aut religiosos clericos, & monachos, aut aliâs sacratas personas, ibidē finiēdis: adpellationis beneficio scilicet iis, qui se læsos putāt per eas sententias, quæ illic ferentur, non adimēdo. Quippe sacram hanc legem nostrā ex Kalendis Aprilib. instantis secundæ indictionis, & in omne deinceps tempus perpetuo valere iubemus: priuilegiis alioqui per liberalitatē concessis tā sanctissimę apud nos ecclesiæ, quā reliquis, itēq; sanctissimis earū præsidibus, & clericis, & monachis, & alio quo modo sacratis personis, suū robur obtinētib. Quę igitur ad animū

nobis acciderunt, & per hanc ſacram legem noſtram generalem exponuntur, tam beatitudo tua, quam qui poſt eam ipſius ſedi ſunt præfuturi, cum ſanctiſſimis ciuitatum præſulibus, & iis, qui ciuilibus & militaribus magiſtratibus ſunt præpoſiti, & qui quocumque modo ſunt ordinati, vt ipſis inſeruiant, effectui ac fini tradere, atque obſeruare ſtudeant: eo, qui a nobis ſancita violat, aut violari permittit, ſiquidem ſacerdos ſit, iuſtum vigorem noſtrum metuente: ſi vero ciuilem vel militarem forte magiſtratum gerat, præter magiſtratus amiſſionem, etiam viginti librarum auri pœnam laturo: ſi denique illorum e numero ſit, qui eiſdem inſeruiunt, corporales pœnas ſubituro. Diuinitas te ſeruet per multos annos ſanctiſſime ac beatiſſime pater. Dat. XII kalend. April. imperii Heraclii piiſſimi, anno XIX. & Heraclii noui Conſtantini, anno XVII.

QVOD DETERMINATVS eſſe debeat numerus clericorum ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & ſanctæ Deiperæ, quæ in Blachernis colitur; itemque illorum, qui in officiis tam prædictæ maiori eccleſiæ, quam ſanctiſſimo patriarchæ inſeruiunt.

IN nomine domini Ieſu Chriſti, Dei noſtri. Imp. Cæſar FLAVIVS HERACLIVS, fidelis in Chriſto, manſuetiſſimus, maximus, benefactor, pacificus, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Aphricanus, Erulicus, Gepedicus, pius, felix, glorioſus, victor, triumphator, perpetuo venerabilis, auguſtus,

SERGIO

SERGIO ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo felicis huius vrbis, & vniuerſali patriarchæ.

Quum aliis rebus conſentaneum & congruentem ordinem adhibere, perquam vtile quiddam eſt, ac laudabile; quãdo id, quod modo caret, numquam non perturbat, & permiſcet, atque diſſoluit ea, quæ recte adfecta eſſe, ac robur ſuum obtinere debebant, ad fœdam illa confuſionem deducendo: tum inprimis hoc in ſtatu ſacerdotali ſeruandum, quem in honeſtate ac ordine bono cõſiſtentem, atque ab initio a diuina inuentum prouidentia, exorbitare a ſtatu ſuo non modo damnoſum eſt, verumetiam valde abſurdum. Quapropter nõ abs re nunc quoque a beatitudine tua diſcuſſa, quæ recte coniectando congruum ordinem, atq; res ipſas eſt adſequuta, & ad inculpatæ fidei noſtræ ſplendorem tendit, merito probamus. Nam & illi, qui omnia ſapienter, & valde bona condidit, certo quodam modo res in ortum producere placuit: nihil vti cuiquam earum deeſſet, nec ipſę res acceſſionem aliam admitterent. Quippe rettulit beatitudo tua nobis eos, qui numero clericorum ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ ſuæ continentur, quod videant ad immenſitatem quamdam tendere tam venerabilium preſbyterorum, quam aliorum in diuerſis gradibus religioſorum clericorum numerum, adeo quidem, vt communes preſbyterorum ſedes ad eas redigantur anguſtias, vt ſæpenumero non pauci quidam, dum ſacerdotale munus implere volunt, ab aliis prius eò delatis excluſi, cum pudore diſcedant; & conſimili modo, venerabilium quoque diaconorum ſtatio compluribus non ſufficiat: eoſdemque præterea ſecum perpenden-

res,quo pacto res eiusdem sanctissimę ecclesiæ nimiis grauatæ sint expensis, quæ licet innumeræ sunt, propter erogationem piam, quæ singulis fit horis;tamen accedunt & aliæ, propter irrecusabilia pacta quædam, & testamenta, & alias diuersas caussas:hos ergo tam scriptis oblatis,quam absque scriptis beatitudinem tuam obsecrasse, hanc vti licentiam coërceret. Tuam vero beatitudinem,quæ depræhenderet hoc ipsum non mediocre subsidium sanctissimę ecclesiæ rebus adferre,maioremq; decori & ordinis obseruantiam in clero efficere, dispositionem instituisse, quæ ipsi recte comparata videretur; nec Iustiniani religiosæ memoriæ principis legi,quæ certis a temporibus ob contrarium rerum vsum in desuetudinem abiit, nec religiosarum personarum numero,qui nũc est, in posterum inhærendo. Dumtaxat enim disposuisse,vt qui quolibet in ordine sunt in sanctissima maiori ecclesia,quotcumq; tamdem sint, in præsenti personarum summa maneãt, nullo eis temere adiungendo,donec progressu temporis catalogum religiosorum presbyterorũ ad LXXX, diaconorum marium ad CL, fœminarum vero diaconissarum ad XL,subdiaconorũ ad LXX,lectorum ad CLX, cantorum ad XXV, ostiariorum ad LXXV; quacumque de caussa redigi contigerit: alio nullo, exceptis in ordine quolibet primiceriis,quos vocant, qui post constitutum triennium ad maiora prouehuntur,inter hos prius referendo,quam numerus indicatus defecerit, velut eum deminui consentaneum est. Tunc enim absque impedimento totidem substituendos, quot ceteris additi numerum,cuius facta mentio est, expleant: nullo præterea

Nouella III.

terea prorsus iis vllo modo adiiciendo. Nisi forte quispiam propter incrementum insigne, quod eiusdem sanctissimæ ecclesiæ rebus accedit ex iis bonis,quæ ipse tribuit ecclesiæ per donationes,aut testamenti tabulas, adhibita sacrorum canonum obseruatione receptus in aliquem ex prædictis ordinibus fuerit;vel vt hoc alteri personæ contingat, effecerit. Nam si tale quid antecedat, fieri posse tam propter pium hoc institutum,quam ipsius cōmodi magnitudinē, vt numerus ille definitus adaugeatur. Quo ita cōparato,& personarum numero adhuc abundante;siquidē eiusmodi caussa quæpiam interueniat;non videri necessarium, vt adiectio impediatur. Præterea quum etiam superordines, quos vocant, ad multitudinem inordinatam excreuerint;visum fuisse beatitudini tuæ,nec illud incorrectum relinqui debere: præsertim quæ sciret,non minus in hoc communem venerabilium clericorum,quam beatitudinis tuæ sententiā concurrere. Ideoq; statuisse, vt personis eorumdem superordinum in præsenti numero manentibus, alius eis nemo ex vlla caussa, vel inuentione adiungatur;sed quum temporis dumtaxat progressu acciderit, vt qui quolibet in ordine sunt rectam numeri sui mensuram amiserint. Hoc vero tantumdem est, ac si dicatur, quoties religiosi syncelli ad numerum duorum redacti sint, cancellarii ad XII, defensores ad decem, referendarii ad XII, notarii ad XII, vasorum custodes presbyteri ad IIII, diaconi ad VI, lectores ad II: omnibus modis ipsos in eadem summa debere persistere, nullo eis quocumque pacto adiiciendo: quum plane sit manifestū, si numerus hic in supra

dictis ſuperioribus ordinibus, ceu fieri ſolet, deficiat; dumtaxat eas perſonas citra impedimentum ſubſtituendas, quæ cuiuslibet deficientis locum impleant. Præterea de Blachernarum quoque venerabili æde inuiolatæ dominæ noſtræ Deiperæ, perpetuæque virginis Mariæ, conſimiliter viſum tibi fuiſſe, vt paria ſtatueres: nimirum vt iis clericorum ordinibus, qui nunc ſunt in prædicta glorioſa domo, nulla fiat acceſſio. Verum vbi numerus preſbyterorum ad XII, diaconorum marium ad XVIII, diaconiſſarum fœminarum ad VI, ſubdiaconorum ad VIII, lectorum ad XX, cantorum ad IIII, oſtiariorum ad VI, temporis decurſu redactus fuerit: vt in eo deinceps numero maneant ac perſiſtant: qui ſi quacumque occaſione defecerit, poſſe clericorum incrementum fieri: ſola his etiam acceſſione permiſſa, commodi maioris cauſſa, quam habet ſanctiſſima maior eccleſia. Quæ quidem ita præclare ac religioſe ab ſe diſcuſſa, vt ſacra ſanctione pragmatica confirmaremus; a nobis beatitudo tua petiit. Quum ergo manifeſtum ſit eos, qui hæc venantur, non zelo diuino, ſed auaritia impulſos, ad talia proſilire; quumque plura ſint in hac auguſta vrbe oratoria, ſtudio negotiandi ſacris ex rebus ductos, id vnum eniti, vt cultum numinis, ſacrumque miniſterium, in quæſtus occaſionem atque materiam conuertant: ſancimus, vt quæ præclare atque vtiliter ad rectæ fidei noſtræ ſplendorem, & ornamentum ſpectantis ad beatitudinem tuam ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, diſcuſſa ſunt, atque decreta; firmitatem inuiolabilem ad omnia deinceps tempora, etiam ex hiſce diuinis apicibus noſtris habeant. Ac prius quidem,

quam

quam presbyteri ad LXXX, diaconi ad CL, mulieres diaconissæ ad XL, subdiaconi ad LXX, lectores ad CLX, cantores ad XXV, ostiarii ad LXXV numerum redigantur, exceptis dumtaxat cuiusque temporis primiceriis, nullus inter hos vllo modo referatur, nec vlla fiat ordinatio, sine magna quadam compensatione ex testamentis, aut donationibus, quæ id fieri necessario cogat. Nam illud etiam ad emolumentum eiusdem sanctissimæ ecclesiæ spectat. Eos autem, qui diuersis in officiis, aut in ordinibus superioribus, quos vocant, sunt constituti; debere sancimus secundum illa, quæ a beatitudine tua statuta sunt, in præsenti manere numero. Postquam vero contigerit, vt syncelli redigantur ad II, cancelarii ad XII, notarii ad † XL, vasorum custodes ad presbyteros IIII, ad diaconos VI, ad lectores II; in hoc numero maneant, nullo prorsus eis prius adiiciendo, quam numerus ipse, veluti fieri solet, defecerit; & accessionis, quæ defectum suppleat, indiguerit. Tunc enim licebit, vt aliquis in locum deficientis substituatur. Consimiliter & illos, qui in venerabili templo sanctæ gloriosæque dominæ nostræ Deiperæ, perpetuæq; virginis Mariæ, quod situm est in Blachernis, sacrum ministerii cultum obeunt, secundum ea, quæ recte a tua beatitudine definita sunt, oportebit in præsenti numero manere, nec vllũ prosus vltra hunc admittere prius, quam presbyteros ad XII, diaconos mares ad XVIII, diaconissas mulieres ad VI, subdiaconos ad VIII, lectores ad XX, cantores ad IIII, ostiarios ad VII, redigi contigerit. In quolibet autem ordine si, quemadmodum fieri consentaneum est, nume-

† al. XII.

rus iste deficiat: dumtaxat id oportet adiici, quod deficit. Quippe si hæc ita peragantur & obseruentur, nec per fraudem allectos, aut vulgares, qui lucri caussa dumtaxat hæc expetunt, veluti dictum est, sacris insilire continget. & ad pietatem donata sibi adeo temere ac passim vindicare: nec in diuino ministerio deminutio quædam accidet, omnibus ordini recte comparato restitutis: & conueniens denique sacro sanctissimæ ecclesiæ cultui status reddetur. Quæ igitur ad animum nobis acciderunt, & per sacram hanc pragmaticam sanctionem exponuntur, tam beatitudo tua, quam qui post te præfuturi sunt eidem pontificali sedi, ac præterea venerabilis ille clerus tuus, effectui ac fini tradere, atque obseruare studeant. Diuinitas te seruet per multos annos, sancte ac beatissime pater. Dat. Kalendis Maiis. Constantinopoli. indictione XV.

IDEM IMPERATOR SERGIO SANCTISSIMO ET BEATISSIMO ARCHIEPISCOpo *Constantinopolitano, & vniuersali patriarchæ.*

ETIAM ea, quæ recte ab hominibus plerumque videntur excogitata, casus quidam forte superuenientes efficiunt, ad alium vt ordinem transeant. Cuiusmodi quiddam quum nunc quoque cõtigerit, impulit nos, vt ad præsentem iussionem respiceremus. Nam quum ii, qui continentur clero sanctæ Dei maioris ecclesiæ, quæ est in hac vrbe augusta, res suas non modice grauari perspexerint, compluribus sanctitatem vestram molestantibus, vt diuersas personas adscribat clero, & oratoriis

oratoriis sanctissimæ matris domini & seruatoris nostri Iesu Christi, qui Deus est, tam in Blachernis, quam in iis, quæ Vrbicii adpellantur; ita quidem, vt inde diariorum quantitas, quæ illis datur, magnopere excreuerit; ac secundum hæc etiam petentibus, vt aliis officia quædam ecclesiastica tradantur, de quibus non exigua eiusdem sanctissimæ ecclesiæ rebus vtilitas accedere solet; & hoc ergo quum pariter corrigi postulauerint: tam sanctitati vestræ, quam constitutis sub indicato clero gratificandum censuimus, vti scilicet ad certarum personarum numerum clerici dictarum religiosarum domuum, atque ii, qui ecclesiastici sacri ministerii officia gerunt, redigerentur; neque posset alius quisquam inter prædictos clericos referri, vel ecclesiasticas subire curas prius, quā aliquibus ex eorū ordine deficientibus, ad statutum a nobis omnib. numerum vel clerici dictarū religiosarum domuū, vel ecclesiæ curationes deuenissent. Hæc ergo sic a nobis cōstituta, postquā ad aures vestras peruenissent, vosq; preces vestras nobis obtulissetis, vti per sanctionē nostram pragmaticā adeo pręclare a nobis examinata cōfirmarentur: non abs re nos eorum, quæ eidē sanctissimæ maiori ecclesiæ Dei cōducerent, perpetuo curā gerentes, & de iisdem apud animū cogitantes; id ꝙ a vobis postulabatur, effectum dedimus, indicata sanctione pragmatica sanctissimæ ecclesiæ nostræ concessa, per quam vobis potestatem fecimus, vt qui manifesta cōmoda ecclesię reb. adfert, vel per donationē, vel per aliquod pactū, vel per vltimā voluntatē, vel alia quadā ratione, ita vt illa cōmoda beneficiū, ꝙ ipsi cōceditur, superēt: etiam prius, quā indicati clerici,

vel ecclesiasticorum officiorum administratores, ad statutum numerum redigantur, citra vllum impedimentum finem sibi propositum adsequatur, sacrorum scilicet canonum ordine seruando: siue is ipse, qui hoc facit, alicui prædicto clero voluerit accenseri, vel ecclesiasticum officium consequi; siue alteri personæ locum eiusmodi impetrare decreuerit. Hæc igitur quum indicata sanctio contineat, rettulit ad nos in præsentia sanctitas vestra, cupere quidem personas diuersas in aliquem clerum ex supra dictis recipi, vel ecclesiasticum aliquod officium cōsequi, aut etiam alteri tale quidpiam impetrare: sed interim vereri, ne qui postea conentur eis negotia facessere, quærendo scilicet, quidnam ad ecclesiasticarum rerum vtilitatem fecerint, per quod voti sui cōpotes facti sint; quum eiusmodi probatio post alicuius temporis decursum eis difficilis accidat: alios autem ne velle quidem sciri, quæ cum ipsis, & cum ecclesiæ parte agantur. quo fiat, vt plerique semet abstineant ab iis præstandis, quæ ad vtilitatem rerum ecclesiæ spectant. Quamobrem ne per hanc occasionem id, quod nuper ad ecclesiæ commodum excogitatum fuit, damni caussam ei præbeat: nos, qui supra ceteros omnes magis adgnoscimus, sanctitatem tuam solicitam esse de iis, quæ sanctissimæ ecclesiæ conducunt, eaque procurare; fiduciam ei præstamus, vt indicatæ prius sanctionis nulla ratione habita, etiam absque significata per eam obseruatione administret ea, quæ ad dicta duo capitula spectant; respiciendo, quemadmodum solet, ad ipsum Deum, qui tum aliarum omnium religiosarū domuum inspector est, tum inprimis sanctæ Dei maioris

ioris ecclesiæ, quæ in hac est augusta vrbe, & a qua citra intermissionem, ac tantæ circa pias actiones suppeditationes procedunt. Confidimus enim, quod sola per se sanctitus vestra, si, quæ referuntur ad eam, capita singula examinet; etiam in proposita caussa sit ea captura consilia, atque illa factura, quæ rebus ecclesiasticis vel manifestam, vel quæ abdita vulgo esse debet, vtilitatem adferre possunt. LEGI. DAT. VIII. Kalend. Maias. CP. Dominorum nostrorum piissimorum, perp. Augg. HERACLII anno XIX. & HERACLII NOVI CONSTANTINI, filii ipsius, anno XVII.

QVOD NON FAS SIT, VT aliquis habitu sacerdotali amictus, cuiuscumque sit gradus aut ordinis, quum ex alia ciuitate, vel vico, vel prorsus ex alio loco, in hanc augustam vrbem venit, in aliquam ex vrbanis ecclesiis, vel quæ in eius territorio sunt, absque discussione ac mandato gubernantis hanc apostolicam sedem vniuersalis patriarchæ immittatur; aut rogas diariorum accipiat, siue ex aliqua domo augusta, siue venerabili orphanotrophio, siue xenonibus, aut monasteriis, aut ex alia quadam eiusmodi domo: nec item, vti clericus quocumque modo duabus in ecclesiis ordinetur.

IN nomine domini nostri Iesu Christi. Imperatores Cæsares Flauii HERACLIVS & HERACLIVS NOVVS CONSTANTINVS, fideles Augusti in Christo, SERGIO sanctissimo & beatissimo vniuersali patriarchæ, patri suo.

Quum studio nobis sit, vt vniuersum commu-

ne decus, & ſtatus felicis reipublicæ noſtræ, pro dignitate magnitudinis ſuæ conſeruetur; & inprimis conuenire arbitremur, vt etiam ſtatus ſanctiſſimarum eccleſiarum felicis huius vrbis, & eorum, qui diuinum in eis cultum procurant, omnino repræhenſionis ſit expers; nec cuiquam conari liceat, vt diuinis & ſacris rebus illudat; vel vt ea perturbentur & confundantur, quæ omnium maxime veneranda ſunt; vel ignominia diuinum miniſterium adficiatur, multis (ceu conſentaneum eſt) ex orbe vniuerſo, qui ſoli ſubiectus eſt, in auguſtam hanc vrbem venientibus, tamquam ad communem omnium patriam, in qua tanta ſanctiſſimarum eccleſiarum, & oratoriorum, & præterea religioſorum monaſteriorum eſt multitudo, quibus tua beatitudo præeſt: non committendum putamus, quo minus auguſtam huic etiam rei, noſtramque adeo prouidentiam impertiamur, qui ſciamus quum alios maiores noſtros, tum Iuſtinianum diuæ memoriæ, maxime latis de ſtatu eccleſiaſtico legibus munitum, non obiter, ſed ſupra ceteros hæc tractaſſe curioſius, & conuenienter emendaſſe. Quum igitur acceperimus, complures ex diuerſis prouinciis, & vicis, vel emporiis, omnino quidem ignotos, at religioſo veſtitos habitu, nec prorſus clericos, velut eos eſſe conueniebat, nec ordinationem ab aliquo ſacerdote, cui liceat impertiri, conſequutos; nonnullos vero conſequutos hanc quidem, ſed pœnarum canonicarum nomine locis iis eiectos, in quibus degunt, vel etiam nulla dimiſſoria (quam vocãt) epiſtola munitos, huc tamdem proficiſci, ac fingendo ſe cuiuſcumque ſacerdotalis ordinis

dinis

dinis aut gradus esse, pecuniis interuenientibus; aut patrociniis, aut ambitus aliis quibusdam artibus, præter leges & sacros canones, via surrepticia peruenire ad clerum, vel ordinem, vel gradum, vel ministerium, vel aliud quiddam eorum, quæ ipsis non conueniunt; & quamcumque in ecclesiam, vel oratorium gloriosæ huius vrbis, aut territorii eius, absque sententia & permissu tuæ beatitudinis immitti; quodque pessimum est, etiam diariorum rogas, quas vocant, aut sportulas accipere; siue ex venerabili orphanotrophio, aut venerabilibus xenonibus, aut aliquo venerabili monasterio, aut ex augusta domo aliqua nostra, vel ex alio denique quocumq; loco, vel alia quauis administratione; quod nō solum tendit ad iniuriam contemtumq; diuini cultus, & mysteriorū administrationis; verumetiam patriarchalis throni beatitudinis tuæ, sub quā constituta sunt omnia huius augustæ vrbis, & territorii eius loca: quinetiam præter hæc, quod prorsus a canonibus sacris est alienum, conari quosdam in diuersas ecclesias semet ingerere; dum sæpenumero vel sub Chalcedonensi sanctissimo præsule, nonnumquam in sanctissimis ecclesiis, in quibus tua beatitudo diaria distribuit, & in aliis, vel etiam sub gloriosissimis diuinarum domuum curatoribus, aut sub aliis quibusdam imperatoriis, aut religiosis domibus, puta duab. aut tribus ecclesiis, constituti sunt: (quæ quidem res plena confusionis est:) deinde sæpius eosdem ex eo loco, quem ad locum ab initio deputati erant, in alium transferri; quum quilibet eorum deberet in ea perseuerare ecclesia, in qua sacerdotii munus accepit, & ibidem diuini cultus ministeriū peragere.

Hæc ergo,ne diutius clam habita, ſtatum eccleſiaſticum peruertant, conuenienti prouidentia curandum rati, præſertim quum maxime pertineant ad honorem ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti,veri Dei noſtri,a quo felix reſpublica noſtra cognomen accepit,quemque putamus omnino nobis, ſi huiuſmodi ordo ad optimam faciem redigatur,placabiliorem futurum, & maius auxilium atque opem felicis reipublicæ noſtræ rebus adlaturum: ſancimus,vt nemo ex alia ciuitate,vel vico,vel emporio, vel alio loco veniens in hanc vrbem auguſtam, ſacerdotali veſtitus habitu, cuiuſcumque ſe gradus aut ordinis eſſe perhibeat in eccleſia vel oratorio quocumque, poſthac abſque ſententia & mandato illius, qui pro tempore patriarchali felicis huius vrbis ſedi præeſt,in quamcumque domum oratoriam,vel in eccleſiam glorioſæ huius vrbis,aut territorii eius,recipiatur; vel diaria conſequatur ſiue diuinis ex ædibus, ſiue ex venerabili orphanotrophio,aut venerabilibus xenonibus, aut aliquo venerabili monaſterio, aut quouis alio loco, vel alia tali adminiſtratione: ſed vti vel beatitudinem tuam adeat, vel cuiuſque temporis beatiſſimum patriarcham. Is vero perſonæ qualitatem examinet, atque ita, ſiquidem ei videatur, hominem admittat. Præterea,ne quiſquam felicis huius vrbis, aut ipſius territorii clericus, cuiuſcumque ſit ordinis, aut gradus, in eccleſiam, vel in aliud oratorium, a præſenti traducatur aut transferatur, abſque iuſſu beatitudinis tuæ: nec etiam duabus in eccleſiis, vel oratoriis,quocumque modo conſtitutus ſit. Eum vero,qui vel recipere,vel ordinare, vel transferre, vel immittere ſine ſententia & permiſſione tuæ beatitu-

beatitudinis,aut etiam ab ecclesia in aliam ecclesiam traducere, vel in duabus ecclesiis eumdem ordinare sustinuerit; quinque librarum auri pœna plectendum statuimus,præterquam quod irritum erit, & omnino roboris expers id, quod ab eo factum fuerit: atque illum quoque, qui operam dare conatus fuerit, vt recipiatur, vel ordinetur, vel ab ecclesia in ecclesiam transferatur,vel duabus in ecclesiis constituatur, non solum conatu suo frustrari debere, verumetiam ad triennium remoueri ab ipso ministerio, & spoliari diariis consuetis ab ecclesia sua dari, canonicis præterea pœnis subiiciendum;hæc ipsa explorãte beatitudine tua. Quinetiam illos, qui esse talis hominis in ministerio sacro socii voluerint, vel eum recipere, qui præter voluntatem tuæ beatitudinis immittitur, consimiliter iis multandos pœnis, quas beatitudo tua decreuerit:custodientibus in perpetuum,quæ nobis ad animum acciderunt, & per hanc diuinam pragmaticam sanctionem exponuntur, tam beatitudine tua,quam iis,qui post eam felicis huius vrbis patriarchalem thronum consequentur, itemq; gloriosissimis viris, augustarum domuum nostrarum præpositis,& eo,qui pro tempore præpositus fuerit venerabili gloriosæ vrbis huius orphanotrophio Zotici, & venerabili xenoni Sampsonico, & aliis domibus, electiones eiusmodi facientibus: quæ a nobis ad bonum sanctissimarum ecclesiarum ordinem sancita sunt, tua ipsis beatitudine significante.

FINIS.

Io. Levnclavii

NOTATORVM LIBER I,

QVO COMPLVRES LEGES ET loca iuris ciuilis ex paratitlis hisce restituuntur & illustrantur.

AD LIBROS CODICIS.

I. SEQVEMVR ordinem, quem Paratitlorum auctor, quisquis ille tamdem fuit, dubio quidem procul antiquus, in libris hisce seruauit. Igitur quum initio legis 2. C. de sum. trinit. legitur, *Nullus hæreticis ministeriorum locus*: auctoritate libri paratitlorum reponenda vox *mysteriorum*, pro *ministeriorum*. Nam verba Græca sunt, μυστήρια μὴ πελείτωσαν. Confirmat hanc lectionem Codex Theodosianus, in tit. de hæret. 16. 5. Quod autem hac ipsa constitutione, deinceps obscuriuscule dicitur, *Suis apertis criminibus denotentur*: Græci nostri succincte ac perspicue reddentes, ἄτιμοι ἔστωσαν, inquiunt, hoc est, *infames sunto*.

II. Ad l. 5. C. eod. notauimus supra, nos eam post Contium correctiorem dare. Præstemus heic reipsa, quod istic verbis policebamur. Igitur pro τῶν μετ' ἐκείνους διαπρεψάντων ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις, restitue διαπρεψάντων, & interpretare non cum Contio, *Qui post eos in sanctis Dei ecclesiis conuersati sunt*: sed, *Qui spectabiles fuerunt*. Paulo post, pro παραδιδῶσι, repone παραδῶσι. & mox post καθολικῆς,

λικῆς, adde καὶ ἀποστολικῆς. rurſum pro τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ υἱὸν, repone, τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ θεόν. Item pro ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ, legunt paratitla, ὑπέμεινεν ἐν σαρκί. & poſtea pro, ζητεῖτε τὴν ἡμετέραν ἢ σωτηρίαν, μὴ ὁμολογοῦντα, lege τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἢ μὴ ὁμολ. Item ſub finem, τῶν κατὰ τόπον ἡμῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, repone θεοφιλεστάτων ἡμῶν ἐπισκόπων, vocibus tranſpoſitis.

L. 6. eod. ſub initium, poſt ἐναντία τῆς ἁγίας καθολικῆς, adde καὶ ἀποστολικῆς. In medio, pro τά τε πάθη καὶ τὰ θαύματα, lege τά τε θαύματα ἢ τὰ πάθη. paulo poſt, pro τὸ ταρ ἓν πρόσωπον, repone πταρ ἓν προσώπου προσθήκην. Sub finem, pro εὐτύχητα, lege εὐτυχία. mox pro τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ἢ θεοτόκου ἀληθινὴν γένεσιν, lege παρθένου ἢ θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν γέννησιν. mox, poſt τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος, adde ἡμῶν. rurſum, pro τὰ αὐτὰ φρονήσαντας, ſcriptum in noſtris τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας. III.

Legem 7. C. eod. Contius quidem Græcam repoſuit; ſed valde corruptam, & abſque interpretatione Latina, quam nos dedimus, heic etiam Græcæ lectionis emendationem adiecturi. Non procul igitur ab initio locus eſt mutilus, vbi legitur, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἐπιχειροῦντας πονηρῶς νοεῖν ἑρμηνεύειν τὰ παρ᾽ ἡμῶν ὀρθῶς ἐν τῷ ἰδίκτῳ λεχθέντα συλλαβῶν. Ex quibus ſane ſenſus colligi nullus poteſt. Liber paratitlorũ noſter ita reſtituit: ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἐπιχειροῦντας πονηρῶς νοεῖν ἢ ἑρμηνεύειν τὰ παρ᾽ ἡμῶν ὀρθῶς ἐν τῷ ἰδίκτῳ λεχθέντα, ἐκ τῶν παρουσῶν θείων ἡμῶν συλλαβῶν ἐλέγχεσθαι. quibus additis, ſententia plana eſt, quam nos expreſſimus. Non multo poſt alia quaſi lacuna quædam eſt, in his verbis: καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, ὡς ἀλλοτρίους ὄντας τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. καὶ οἱ εὐλαβέστατοι, & cetera. IV.

Liber paratitlorum eam ſic explet: *καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, ὡς ἀλλοτρίους ὄντας τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. πάντες γὰρ οἱ ἱερεῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ οἱ εὐλαβέστατοι.* & cetera. Nec multo poſt, illis verbis, *ἰησοῦν χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν*, adde, *τοῦ θεοῦ, καὶ θεὸν ἡμῶν, τὸν πρὸ αἰώνων*, & cetera. Item ad illa verba, *διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν ἀειπαρθένον*, interiice; *ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπαρθένον*. Rurſus vbi legitur, *καὶ τῆς ἐν χαλκηδόνι, δήλου πᾶσι τοῖς ἅμα ἡμῖν πιστοῖς τῆς ἁγίας*, ita locus reſtituendus eſt: *δήλου πᾶσι καθεστῶτος, ὅτι τὴν πᾶσι τοῖς ἅμα ἡμῖν*. Item poſt illa verba, *γραφικαῖς μαρτυρίαις τὸ αὐτὸ*, adde *ἅγιον*. Rurſus poſt hæc verba, *καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας*, adde, *καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτοῖς ἢ συναινοῦντας, ἀναθεματίζομεν*. Rurſus in hiſce verbis ſub finem legis, *ἐπράξαμεν, ἢ πράξομεν, ἢ πραχθῆναι παρά τισι συγχωρήσομεν*, abundat *παρά τισι*. Ceterum facere non poſſum, quin de Iuſtiniani edicto, quod inſertum eſt legi, *Inter claras*, h. tit. ſaltim hoc addam: mihi quidem videri, hoc ipſum de Græco, rudi ſane Minerua, quod aiunt, eſſe verſum; non ſic a Iuſtiniano ſcriptum. Vero ſimile fuerit, inſerta Codici fuiſſe Græca edicti verba, quæ exſtant in conſtitutione præcedenti, & quæ alius quiſpiam poſtea ſit interpretatus. Item, quod in edicto legitur de Pontifice Romano, Quod caput ſit omnium ſanctarum eccleſiarum, id in Græco ſic exprimitur, vt pro *eccleſiarum* Iuſtinianus ſcripſerit *ἱερέων*, hoc eſt, *ſacerdotum*. Item non multo poſt in hiſce verbis, *Videntur Neſtorii malam ſequi doctrinam, ſecundum gratiam dicentis vnum filium Dei, & alium dicentis Dei verbum:* bis pro *dicentis*, reponendum, *dicentes*.

V. Quod in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. obſcure dicitur de re-

derelictis sanctissimo catholico, venerabilique concilio; liber Paratitlorum noster declarans, pro *concilio* τῆς ἁγίας ἐκκλησίας inquit. Libuit hoc adnotare, quia dubitasse de hoc aliquos glossarum auctores video. Simile quiddam est in l. 3. C. eod. vbi dicitur, neminem debere *martyres distrahere.* Nam explicans hoc ipsum index libri primi paratitlorum, *distrahere martyres* interpretatur πωλεῖν λείψανα ἁγίων. Sunt autem λείψανα, si verbum verbo reddas, *reliquiæ.* Verum liber LX Basilicorum τὰ λείψανα τῶν τιμωρηθέντων interpretatur *cadauera punitorum*, vt est in libris Digestorum. Quartam vero legem C. eod. tit. liber paratitlorum facit eamdem cum l. 5. C. de commerc. & mercat.

In inscriptione l. 14. C. eod. pro Armasio reponendum nomen Harmatii, cuius in Zenone Aug. mentionem Glycas & Constantinus Manasses faciunt, itemque l. 16. j. de sacros. eccl. vbi tamen Armatio pro Harmatio legitur. In eadem lege ciuiles annonas interpretantur Græci πολιτικοὺς ἄρτους, panes ciuiles. Sic etiam Zosimus noster in historia sua loquitur. Non multo post, in eadem lege quum dicitur, *Sed ea etiam prædia diuidere quidem, colere*, & cetera: restituemus ex auctoritate paratitlorum, *Nec ea etiam prædia diuidere quidem, sed colere, augere*, & cetera. VI.

Lex 16. C. eod. hanc habere debet inscriptionem, *Idem Augustus Sebastiano P.P.* quum in libris nostris vulgo legatur, *Iidem Augusti.* Neque dubium est, auctorem legis esse Zenonem. Quippe quod in textu dicitur, *Quæ contra hæc tempore tyrannidis innouata sunt*, aperte sic interpretantur paratitla nostra, τὰ γινόμενα ἐν τῇ κατὰ Ζήνωνος τυραννίδι. VII.

Et intelliguntur hæc de Basilisci perduellione, quam Glycas & alii narrant, non de Odoacris tyrannide.

VIII. Legem 17. C. h. t. Contius ex hoc nostro paratitlorum libro reposuit. Nostra interpretatio accuratior est, quam Contiana. In Græcis hæc notabis emendanda, καὶ τὰ ὑπὸ τὴν χρονωνίαν τοῦ ἐπισκόπου αὐτῆς, ὅταν ἢ τῶν παρ' αὐτοῦ χρονωνουμένων. In hisce verbis, pro ἐπισκόπου, scribe ἀρχιεπισκόπου, & vocabulum ὅταν prorsus dele. paulo post ἐπωφελὴς εἴη πρᾶσις, lege εἴη ἡ πρᾶσις. Item pro ἐπικειμένης scribe ἐπικειμένου, quia refertur ad vocem χρέους, quæ præcessit. Item pro ἐκτήσατο πρᾶγμα scribe κτήσατο. Rursum pro καὶ ἀντάλλαγην scribe καὶ ἐὰν ἀντάλλαγην. Item pro ἐξχωρεῖν δύναται, scribe ἐκχωρεῖν δύνανται. Item pro Μαγίστρῳ κήνσῳ scribe κήνσου. Malas distinctiones, & Grammatica quædam vitia lector eruditus per se tollet. Ceterum ponam hoc loco aliam quoque constitutionis huius epitomen, sumtam ex tituli tertii, huius primi libri, paratitlis: & ponam Græce, quum suo loco Latinam dederim. Notandum tamen prius, initium legis fuisse θεσπίζομεν. vnde colligitur, editam fuisse Græce. Verba epitomes huius alterius hæc sunt:

Νομοθετεῖ ἡ διάταξις περὶ ἐκποιήσεως, καὶ ἀνταλλαγῆς, καὶ ὑποθήκης, καὶ ἐμφυτεύσεως, καὶ δωρεᾶς πραγμάτων διαφερόντων ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις κωνσταντινουπόλεως, καὶ μαρτυρείοις, καὶ μοναστηρίοις, καὶ ξενοδοχείοις, καὶ πτωχείοις, καὶ ὀρφανοτροφείοις αὐτῆς, καὶ τῶν δεχομένων ἐξ αὐτῆς χειροτονίαν ἐπισκόπων, καὶ τῶν δεχομένων ταῖς παρὰ τῶν αὐτῆς μητροπολιτῶν χειροτονίας πόλεών τε καὶ κλιμάτων. Ἀνάγνωθι οὖν αὐτὴν, ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ σαφηνίζουσαν καὶ ἀνελλιπῶς διαγορεύουσαν, πότε, καὶ πῶς, καὶ κατὰ ποίας αἰτίας, καὶ ἐπὶ ποίοις γράμμασι, καὶ τίνα τρόπον, καὶ

παρὰ

παρ᾽ ἃ ὕσι γίνονται ἐκποιήσεις, ἢ ἐμφυτεύσεις τῶν διαφερόντων πραγμάτων τοῖς αὐτοῖς τόποις. μαθήσῃ γὰρ ἐξ αὐτῆς, καὶ περὶ ποίων ταῦτα νομοθετεῖ πραγμάτων. μὴ λάθῃ δέ σε, ὅτι ἐπὶ τῆς ἐμφυτεύσεως τὰ αὐτὰ κρατεῖν παρακελεύεται καὶ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πραγμάτων τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κωνσταντινουπόλεως, ἅπερ ἐνομοθέτησεν εἰς τὰ τοῖς ἄλλοις μνημονευθεῖσι τόποις προσήκοντα πράγματα. ὑπεξαιρεῖ δὲ τῆς οἰκείας νομοθεσίας ἡ διάταξις τὰ ἱερὰ ἀνάθηματα. σημείωσαι δὲ ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῆς, ὅτι ἀνεκποίητα μόνα καλεῖ, τὰ ἱερὰ ἀνάθηματα. Quæ quidem vltima verba notanda veniunt, propter ea, quæ περὶ ἀναθημάτων ex integra constitutione Contius obiter refert.

In epitoma legis 18. quæ sequitur, post illa verba, ἡ διάταξις ἀφορίζει, adiice, ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας. & paulo post, pro λίτρας scribe λιτρῶν. Melius etiam distingue sequentia, videlicet hoc modo, ἐν κωνσταντινουπόλει γίνεσθαι, καὶ μέχρι τῶν νέων τειχῶν, καὶ ἐν βλαχέρναις. Sycæ quæ pars vrbis sint, Zosimus noster ostendit. IX.

In l. 25. Cod. h. t. statim ab initio pro δυνάται scribe δυνάνται. Deinde pro his verbis, εἰς τὸ Ἀσιανῆς ις', scribe vt in paratitlis, εἰς τὸ τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως, ις'. Et Asianæ diœceseos mentio fit etiam in l. 10. Cod. de numerar. lib. XII. mox pro εἰς τὸ ἐνοίκιον, scribe εἰς τὸ τῶν ἐνοικίων. intelligit enim scrinium pensionum pro vsu ædium, sicut paulo post, aliud scrinium vocatur τὸ τοῦ ἀναλώματος, & aliud τὸ τῶν ληγάτων. Contius halucinatur in interpretando. paulo post pro κατὰ πρόσταξιν ἄγραφον, scribe πρόσταξιν ἔγγραφον. Item in fine pro λογοποιεῖν habent paratitla λογοποιεῖσθαι, & distinguunt recte, non vt Contius, sed vti prius A. Augustinus fecerat. X.

XI. In l. vlt. C. h. t. hæc verba, ἤδη γὰρ πλείοσι διαθήκαις κατὰ τοῦτον γινομέναις τὸν τρόπον ἐνετύχομεν, omnino sunt includenda notis parentheseos, & paulo post, pro εἰ μὴ τὸν δεσπότην, scribendum εἰ μὴ τὸν δεσπότην: item hęc verba, αὐτοῦ τοῦ κρατοῦντος, ἢ καὶ ληγάτων ἢ φιδεϊκομμίσσων καταληφθείη, sic corrigenda, τοῦ αὐτοῦ κρατοῦντος, εἰ καὶ λήγατον ἢ φιδεϊκόμμισσον καταλειφθείη Item pro ἀποσροφὴν, ἀποτροφὴν. Item post illa verba, ἢ τὴν ἐνοσίαν τοιοῦτος οἶκος, τηνικαῦτα ..... deest aliquid. sensus erit integer, si scribatur τηνικαῦτα σκοπεῖν δεῖ τοὺς κατὰ τὴν μητρόπολιν σεβασμίους οἴκους. item pro ἐκείνῳ δοκεῖν τῆν κλῆρον, scribe τὴν κληρονομίαν. Item quod sequitur δηλονότι, diuide, ac lege δῆλον ὅτι: & pro ἅπαντες οἱ κῆποι, scribe ἅπαντες οἱ λοιποί.

XII. Initium l. 4. C. de episc. & cler. ita video redditum in paratit. ἐὰν οἱ ταξεῶται ἢ οἱ καθολικιανοί. de quo colligo, sic eos in Latinis libris scriptum reperisse: *Officiales, aut rationales, &c.* Lex, quæ sequitur, Iouiniani esse nequit; si verum est, latam fuisse Gratiano A. III. (pro quo scribendum, IIII.) & Merobande COSS. Nam id temporis valens, & Gratianus, & Valentinianus iunior, rerum potiebantur.

XIII. Ad l. 9. C. h. t. recte notat Contius, pro, *Emensis quinquaginta annis*, legendum; *sexaginta:* idque ex auctoritate Pauli apostoli, 1. ad Timoth. 5. itemque Codicis Theodosiani, & Photii. Ego tantum hoc addo, tam in libris Basilicorum, quam heic in Paratitlis eumdem numerum exprimi, verbis hisce, ἡ μὴ ὑπερβᾶσα τὸν ἑξηκοστὸν ἐνιαυτόν. quorum omnium auctoritatem eam esse puto, vt obiici nequeat exceptio.

XIIII. L. 16. C. h. t. sub finem, in hisce verbis, *Ea scilicet im-*

cet immunitate indulta, quæ certæ capitationis venerandis ecclesiis relaxatur: videtur hærere vitium quoddam scripturæ. quod magis fatebimur, si verba Græca paratitlorum cum his conferamus. Ea sunt huiusmodi, ἐρρωμένης τῆς ἀλειτουργησίας, ἢ τὰς δήλας καπιταπόνας συγχωρεῖ ταῖς ἐκκλησίαις. Et quis dicere velit, immunitatem relaxare? Legendum igitur, *Quæ certæ capitationes venerandis ecclesiis relaxantur.* Obiter addam, capitationes in Basilicis ad l. 9. C. de act. emt. & vend. reddi συντελείας, id est, collationes tributas in capita.

XV. In fine l. 25. C. h. t. leguntur hæc verba, *Vt litis sumtus vel expensæ a clericis pauciores humanioresque præstentur.* Ea sic Græci reddiderunt, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς δίκης δαπανήματα φειδωλότερον ποιοῦσιν. Ergo pro *pauciores*, legendum *parciores.* Et in l. 28. C. eod. sub initium, alii legunt, Et *pro sua conscientia* votum adimpleat testatoris: alii, *pro sua scientia.* Mihi satis est indicasse, Græcos vocem conscientiæ suis in libris reperisse, quum vertant, κατὰ τὴν οἰκείαν συνείδησιν. In epigraphe l. 30. C. eod. pro *Armasio* reponendus ex Glycæ libro *Harmatius*, vti supra quoque monuimus.

XVI. Disputatur in l. 32. §. in hac autem inclyta. C. h. t. de verbis hisce sub §. finem positis, *Aut cautioni & professioni propriæ, aut facultatum suarum obligationibus committantur.* Azo vult cautionem & professionem accipi, quæ cum iureiurando fiat. Sed hoc fieri non posse, constat ex l. 25. §. penult. h. tit. vbi clericis interdicitur, ne iurent. Ego quum Græcorum verba respicio, ἢ ἄλλους ἐγγυῶνται, quæ respondent latinis hisce præcedentibus, *Aut vicariis fideiussionibus contradantur*, ἢ ὁμολογίας ἐνυποθή-

κους ποιῶσιν, quæ superius citatis respondent: deprædhendo sic legendum, *Aut cautioni & professioni propriæ, sub facultatum suarum obligationbus committantur.* qua lectione restituta, superior disputatio nullum amplius locum habet.

XVII. In eiusdem legis §. 5. exsequutoribus. Græci pro, *In ipsa conuentione*, legerunt, *In ipsa commonitione.* Vertunt enim, ὑπὲρ ὑπομνήσεως: sicut etiam loquuntur in fine l. 25. supra. h. t. Et paulo post, vbi legitur, *Verum si adparitor tuæ magnitudinis, &c. in prouincia degentes eos commouerit:* (vel vt alii, *conueniri monuerit*) legerunt itidem, *commonuerit.* εἰ δὲ δι' ἐκβιβαστοῦ τῶν ὑπάρχων ὑπομνησθῶσιν, inquiunt: hoc est, si per exsequutorem præfectorum prætorio commoniti fuerint. Et nota, Græcos tradere, quod vnum numisma, siue solidus vnus a clericis pro commonitione detur; quum nostri Latini libri semissis dumtaxat mentionem faciant. Item in §. Priuilegiis. vbi legitur, *sacerdotes aut clericos*, &c cet. *extraordinariis muneribus* non prægrauari: Græci legerunt, *Extraordinariis aut sordidis muneribus.* ἐξτραορδιναρίαις ἢ ῥυπαραῖς λειτουργίαις.

XVIII. In principio legis 34. C. h. t. hæc verba leguntur, *Atque ceteris omnibus, ac etiam rebus iuris eorum:* quæ Græci quum sic exprimant, ἢ τοῖς ἀνθρώποις, ἢ πράγμασιν αὐτῶν, equidem eos legisse non dubito, *Atque ceteris hominibus, ac etiam rebus iuris eorum.* Sic *homines diuinæ domus* dicũtur in tit. C. Vbi caus. fisc. Imitati sunt formulam hanc posteriores quoque principes nostri in priuilegiis. vt Lotharius Imp. in ecclesiæ Patauinæ diplomate: *Cum omnibus rebus & hominibus ad eam spectantibus.* Habet hoc lib. V. amicus meus Sigonius in regno Ital.

Epitomen

Epitomen l. ſeq. Græcam ex hoc noſtro libro ſumtam Contius poſuit. Nos breuiorem addamus, ex Indice primi libri paratitlorum. Διαγορεύει ἡ διάταξις, ὅτι ἑκάστη πόλις ἔχει ἐπίσκοπον, καὶ οὐ δύναται ἕτερος ἑτέρου δίκαιον ἀφαιρεῖσθαι. Sancit hæc conſtitutio, vt ciuitas quælibet ſuum habeat epiſcopum; quodq; non poſſit alter ius alteri ſuum adimere. XIX.

In l. 44. quæ Græca eſt, C. eod. leguntur verſus finem huiuſmodi verba, καὶ διαδοχῆς γονέων ἀναξίους, ὑπὲ δωρεὰν λαμβάνειν παρ' αὐτῶν δυναμένους. Hæc plenius exprimuntur in paratitlis, hoc modo: ὑπὲ δωρεὰν INTER VIVOS, ἢ ἐν διαθήκῃ λαμβάνειν παρ' αὐτῶν δυναμένους. Et in margine libri voces iſtæ latinæ Græcis redditæ ſunt, μεταξὺ ζώντων δωρεάν. Et l. 46. ſeq. in fine quum legitur, ἐπὶ τῶν εὐλαβεστάτων γυναικῶν ἢ παρθένων, τῶν ἡγουμένων εὐαγῶν μοναστηρίων, habent paratitla noſtra τῶν ἡγουμένων εὐαγῶν μοναστηρίων ἤτοι ἀσκητηρίων, hoc eſt, quæ religioſis monaſtriis vel aſcetriis præſunt. quod ad perſonas, non ad monaſteria ſpectat. XX.

Verba l. 48. C. h. t. in fine legis, *Sin autem in perſonam certam, venerabilemve certam domum reſpexerit*: ita ſunt a Græcis reddita: εἰ δὲ εἰς πρόδηλον, οὐκ ἄδηλον ὄνομα ἐκκλησίας, ἢ εὐαγοῦς οἴκου ἀπίδῃ, hoc eſt, *Si vero in manifeſtum, non incertum nomen eccleſiæ, vel venerabilis domus reſpexerit.* Vnde colligi videtur, reſtituendum in libris noſtris locum, mutata voce *perſonæ*, in vocem *eccleſiæ*, hoc modo: Sin autem *in eccleſiam* certam, venerabilemve certam domum reſpexerit. XXI.

In media l. 53. C. h. t. quum dicitur, *Vt ex his rebus & ipſa ſolatium habeat, dum viuit, ſufficiens:* XXII.

Græci vocem *Solatium* non interpretantur, sed aliam pro ea latinam ponunt, *συφφράγιον*, *suffragium*, fortasse repertam in libris suis. Eamdem in margine interpretantur ἀποτροφὴν, alimenta. recte.

XXIII. *Explosa ficticia Contii lex.*

Lex 54. C. h. t. citatur vbique in paratitlis ea, quæ incipit: *Deo nobis auxilium præbente.* Quare Contius non recte 54 finxit, *Vt non liceat parentibus impedire, quo minus liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant.* & cetera. Nam ea non est constitutio, sed argumentum secundæ partis legis sequentis, siue paragraphi, *Hoc etiam cognitum.* Vbi paratitlorum liber ad verbum habet a Contio Latine posita: οὐκ ἔξεστι τοῖς γονεῦσι βουλομένους τοὺς παῖδας μονάσαι, ἢ κληρωθῆναι, κωλύειν· οὔτε διὰ τοῦτο μόνον ἔχειν ἄδειαν τοῦ † ἐξερεδιτατεύειν. ἀλλ' εἰ μὴ τὰ καθ' ἑαυτοὺς διατυπώσουσιν, ἀνάγκην ἔχουσι τρεῖς οὐγκίας αὐτοῖς ἐᾶν. εἰ δὲ μὴ διατυπώσωσι, χώρα τῇ ἐξ ἀδιαθέτου. εἰ δὲ τὰς ἐκκλησίας ἢ τὰ μοναστήρια καταλίπωσι, καὶ κοσμικοὶ γίνονται, πάντα τὰ δίκαια αὐτῶν, τῷ μοναστηρίῳ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ διαφέρει. Libuit enim Græca quoque referre, vt ipsa res manifestior esset. Ceterum in §. seq. His ita dispositis, post Iudæos & Paganos, Samaritas inserit paratitlorum liber, ante hæreticos: & sociari ecclesiæ, interpretatur σφραγισθῆναι, hoc est, obsignari, videlicet per baptismum.

† τ. ε. ἀποκληρονόμους ποιεῖν.

XXIV.

Quam inepte legem 1. C. de episc. aud. cuius verba sunt: *Negotiatores si qui ad domum nostram pertinent, ne modum mercandi videantur excedere, Christiani, quibus verus cultus est, adiuuare pauperes & positos in necessitate, prouideant episcopi:* hanc ergo quam friuole glossatores nostri, atque ipse Baldus, ad alienum sensum torqueant: expendendum tibi relinquo, lector ingeniose. Græci quidem,

dem, auctores paratitlorum, prorſus aliò ſpectare legem volunt. vti quum in Indice libri primi vno verbo tradunt, eam tractare περὶ τελῶν, de vectigalibus: quum alii ſomnient agi de modo ſeruando in preciis mercium, & panis, & aliarum rerum ad victum neceſſariarũ: ſint etiam, qui extendant ad redemtos ab hoſtibus Chriſtianos, pro quibus quum parum ſolutum ſit, plus deinceps exigatur. Græci paucis vertunt, εἰ καὶ τῷ θείῳ διαφέρουσιν οἴκῳ οἱ πραγματευταὶ, διδόασι τὰ πραγματευτικὰ τέλη: adeoque ſimpliciter hanc mentem legis adferunt, vt negotiatores, qui ad domum auguſtam, ſiue principis pertinent, negotiatoria tributa perinde ſoluant, atque alii: ne modum mercandi videantur excedere, videlicet tamquam immunes a tributis: quæ quidem immunitas eis ſi concederetur, omnia emolumenta ipſi ad ſe raperent, aliis interim prægrauatis. Quod vti caueatur, a Chriſtianis vult prouideri. Negat autem Contius in his verbis, *Chriſtiani prouideant epiſcopi*; vocem hanc vltimam in manuſcriptis vllis reperiri; ſed ſubaudiri tamen putat, vt infra l. 11. h. tit. Ego vero Græcos aio nec illam heic agnoſcere; nec ibi; ſicuti ne quidem in l. vlt. C. de poſtlimin. reuerſ. inuenitur, vnde dicta lex 11. excerpta breuiter eſt. Ceterum conferri cum hac lege poterit etiam l. 4. j. de exact. tribut. libro X. Nam ibi quoque vult imperator, vt actores, & ceteri rei priuatæ principis, tributa ſoluant: *ne prouinciales*, inquit, *immunitas* (ſic enim legendum, pro *immanitas*) *rei priuatæ noſtræ fatiget*: hoc eſt, ne dum auguſtæ domus homines a tributis ſoluendis immunes ſunt, alii tanto magis onerentur. Habes, lector, apertam legis ſententiam,

a Græcis noſtris indicatam: adeoque legem ipſam noua quadam interpretatione reſtitutam.

XXV. Oſtendamus vſum paratitlorum noſtrorum etiam in alterius legis tam reſtitutione, quam explicatione. Quæritur in l. 5. C.h.t. quinam ſint dicti *archigerontes*, tum qui *diœcetæ ſint ergaſiotanorum*. Accurſii quidem,& aliorum veterum exploſa ſunt ſomnia potius, quam declarationes, & ſententiæ. Nos ipſa paratitlorũ, legem interpretantium, verba paulo accuratius inſpiciamus; & germanum legis ſenſum habebimus. Μηδεὶς αἱρετικὸς ἀρχιγέρων, ἢ διοικητὴς σωματείου, ἢ τῶν ἐργασιωτῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γινέσθω, ἀλλὰ πάντως χριστιανὸς, προνοίᾳ τοῦ Αὐγουσταλίου, καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως: hoc eſt; *Nullus hæreticus Alexandriæ fiat archigeron, vel collegii, vel ergaſiotarum adminiſtrator: ſed omnino ſit Chriſtianus, interueniente cura præfecti Auguſtalis, & parentis illi officii*. Primum hinc manifeſtum eſt, non *ergoſiatas*, nec *ergaſiotanos*, nec etiam *ergaſticos*, ſcribendum; ſed *ergaſiotas*, vti bis in paratitlis legitur, quorum auctoritati plus hac in parte defero, quam nudis coniecturis Alciati, Contii, Hotomani, magnorum ceteroqui virorum. Deinde, quum lex peculiariter ad vrbem Alexandrinã ſpectet, ac Præfecti Auguſtalis, eiuſq; officii curę mandet exſequutionem: nullum habebit Alciati ſententia locum, qui putauit archigerontes, quaſi ſeniorum principes, ſummoſve ſenes, illos eſſe, qui procurant negotia aulæ principalis, quiq; annonam, & cetera emũt: ſed eſſe nomen hoc paret eorum, qui Alexandriæ corporatorum collegiis præerant, ſicut eos deinde vocant Græci διοικηταὶ σωματείου, adminiſtratores alicuius collegii, puta fabrorum, vel aliorum operariorũ in publicis

& aliis

& aliis principũ ædificiis. Nam hos dici ergasiotas, facile Hotomano nostro adsentior. Collegiis ergo, siue corporatis vrbis Alexãdrinę pręesse nemo poterat, qui non esset Christianus: nec vlterius, ad aulæ negotiorũ ꝓcuratores, se porrigit cõstitutio.

XXVI. In l.6.h.t. Gręci nostri bis *synoditas* scribũt, vt etiam in latinis libris legitur. quamquã alii notarint, in Codice Theodosiano legi *cænobitas*. Ceterum post illa legis verba, *Per vim atq; vsurpationem vindicare liceat, ac tenere:* sequuntur in Gręcis hæc, quę libri Codicis nostri non habent: εἰ δὲ παρὰ τὰ διηγορευμένα τὸν κατάκριτον ἁρπάσωσιν, ἀξίως τιμωρείσθωσαν ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος: hoc est; *Sin præter sancita, damnatum rapuerint: a præside pro dignitate puniuntor.* Num autem hæc in ipsa lege sic scripta Græci repererint, mihi quidem non liquet.

XXVII. Qui desiderat aliã epitomẽ l.14.C.h.t. pręter eã, quã Contius posuit: accipiat hãc ex paratitlis, superius a nobis † versam. μήτε τοῖς σκηνικοῖς ἐξέστω δούλην ἢ ἐλευθέραν εἰς πορνείαν περιάγειν ἢ περιϊστᾶν. ἐπεὶ ἡ δούλη ἐλευθεροῦται πάντως ἀζημίως, τοῖς ἄρχουσιν ἢ τοῖς ἐπισκόποις προσιοῦσα· οἷς καὶ μέλει, μὴ συγχωρεῖν ἄκουσαν δούλην ἢ ἐλευθέραν συνεῖναι μίμοις, ἢ χοροῖς, ἢ θέαν ἄλλην ἐν τοῖς θεάτροις ἐκπληρεῖν.

† *in ipso titulo quarto.*

XXVIII. Lex 16.h.t. pars est l.5.j. de spõs. ad quã liber hoc notare, ꝙ in Indice libri I, paratitlorũ deprębendo. Tradit enim, hac lege tractari, quid fieri debeat, ἐὰν ὁ εἷς τῶν συνοίκων, ἢ τῶν μνηστήρων αἱρετικός ἐστι· καὶ περὶ τῶν ἐξ αὐτῶν τικτομένων: hoc est; *si alteruter coniugũ, aut sponsorũ, sit hæreticus: & de iis, qui ex ipsis nascũtur.* Eqdẽ & heic, & in d.l.5.C. de spõs. agi video de sponsorũ contractib. rescindẽdis: sed verbũ nullũ de coniugib. nec de iis, qui ex dissimilib. in religione coniugibus nascũtur. Quapropter vnde Gręcis in mentẽ venerit,

huiusmodi quædam ad hanc legem referre: amplius considerandum censeo. Ceterum, quum in hac lege dicitur, *Sibi debeant imputare:* Græci hoc interpretando, reddunt aliquanto liberius, διπλοῦς ἀναδιδόασι τοὺς ἀῤῥαβῶνας, id est, *arras duplas restituunt*. Nam hauserunt hoc ex principio d. l. 5. j. de spons.

XXIX. Epitomen legis 17. h. t. sumsit ex hoc libro doctissimus alioquin, & bene meritus antistes, A. Augustinus. Sed vide quæso, quam dissimiles hæ sint paucorum verborum interpretationes: illius quidem hæc;

Electione episcopi, & primorum ciuium, Sitonæ fiant ex militaribus ordinibus, aut ex veteranis, aut ex tyronibus, siue militaturis. Qui id transgressus fuerit, XXX libris multetur.

Nostra vero, talis;

Delectu episcopi, & primatum inter possessores, fit comparator frumenti, ex illis, qui militant in eius regionis officio: siue munus suum impleuerint, siue adhuc militaturi sint. Hoc qui transgreditur, L libris multatur.

Idem faciat lector eruditus in sequenti XVIII, & in aliis hinc sumtis legibus. *Quinquaginta libras* reposui, pro *triginta*; quia sic in meo libro scriptum reperi. Quod Augustinus legit in legis sequentis epitomes initio, οἱ ὑφεσῶτες, equidem rectius putem, οἱ ἐφεσῶτες, vt meus liber habet. Eiusdem l. 18. principium fuisse tradunt paratitla nostra, θεσπίζομεν. de quo colligitur, editam fuisse Græce. Nam Græcarum legum initia semper Græce, latinarum latine citantur. Et inuenitur eiusdem alia quædam in hisce libris epitome, verbis his expressa:

ἡνίκα

ἡνίκα ὁ στρατιώτης διαβάλλῃ περὶ καλλονῆς τῶν παρεχομένων αὐτῷ εἰς λόγον αἰννόνων εἰδῶν, χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν τῶν ὑποτελῶν, καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτοὺς διαστρέφεσθαι παρὰ τῶν στρατιωτῶν: hoc est; *Quum miles queritur de bonitate specierum, quæ ipsi annonarum ratione præbentur; episcopus curam eorum gerere debet, qui tributa conferunt: neque permittere, vt a militibus vexentur.* Videnda etiam, quæ infra ad l. 19. C. de erog. milit. ann. lib. XII. notauimus.

XXX. Lex 23. C. h. t. sicut est ab Antonio Augustino restituta, non est integra. Paratitla quidem indicant, eam incipere a voce ἰδιωτικάς, a qua incipit etiam Augustiniana: verum exstant epitomæ pleniores duæ, vna bis in paratitlis, altera libro LX Basilicorum, ad l. 2. j. de priuat. carcerib. quæ quidem lex eadem fuit cum posita hoc ipso titulo: sicuti liquidissime patet ex libris hisce Paratitlorum. Nos epitomen Basilicorum ad l. 2. j. de priuat. carc. relaturi, quum ad LX Basilic. librum, qui tractat de criminalibus, spectet; heic e paratitlis petitam recitabimus. Ἐάν τις ἐμβληθῇ ἐν ἰδιωτικῇ φυλακῇ, προνοίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀφιέσθω παραχρῆμα τῆς φυλακῆς. Σημείωσαι, ὅτι ῥαθυμουμένου τούτου τοῦ πράγματος, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀναφέρειν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πριβάτων. τοῦτο γάρ, φησι, μὴ ποιήσαντες, οὐ τὸν περὶ μόνην τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὑποστήσονται κίνδυνον. hoc est, *Si quis in carcerem priuatum coniectus fuerit, religiosissimorum episcoporum cura extemplo e custodia dimittitor. Nota; quum hoc negotium segniter procedit, episcopum rem ipsam deferre debere ad eum, qui pro tempore præpositus fuerit sacris rebus priuatis. Quippe ni † fecerint, inquit, non modo circa solum patrimonium; verumetiam circa salutē ipsam*

† hoc de præsidibus intelligitur, vt adparebit infra ex epitome l. 2. de priuat. carc.

periculum incurrent. Quorum ſane poſteriorum, lex ab A. Auguſtino repoſita, ne verbulo quidem mentionem facit.

XXXI. In l. 5. C. de hæretic. & Manich. nomina pleraq; ſunt hęreticorum, aliter in editis libris noſtris ſcripta, quam in manu exaratis Paratitlorum. Nam pro Borboritis, inuenio βορβολιανοὺς: pro Audianis, αἰδριανοὺς: pro Taſcodrogitis, ἀσκοδρούγους: pro Paulinianis, παυλιανοὺς: pro Encratiſtis, ἐγκρατείτας: pro Carpocratitis, ἀποτακτίτας: ac recte quidem, quum in Theodoſiano Codice propius ad noſtram accedente ſcriptura dicantur Apotacitæ: quibus adduntur ἐρημῖται, quorum nomen in Codice noſtro non exſtat. Ceterum in his verbis, *Nuſquam in Romanum locum conueniendi morandique habeant facultatem*: ex Cod. Theodoſ. recte pro *morandi*, reſtituitur *orandi*: ſicut etiam poſtea repetitum fuit in nouella XXXVII, verbis hiſce: μηδεὶς τόπος τοῖς αἱρετικοῖς ἔστω προσευχῆς· *Hæreticis ad orandum nullus locus conceſſus eſto*. Quod autem in l. ſeq. legitur, *Sic vbique participes nefariæ ſectæ Neſtorii, Neſtoriani vocentur*: id paratitla ſic exprimunt, οἱ νεστοριανοὶ, σιμωνιανοὶ λέγονται. de quo colligitur ſcribendum, *Participes nefariæ ſectæ Neſtorii, Simoniani vocentur*. quod confirmari ſequentibus legis verbis hiſce videtur; *Vt cuius ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, eius vocabulum iure eſſe videantur ſortiti*. Intelligitur enim Dei deſertor, Simon ille Magus.

XXXII. Legis 9. h. t. breuiſſimam epitomen hanc Contius ex Nomocanono ſe reſtituere dicit: οἱ αἱρετικοὶ κατὰ τὸ νενομισμένον θάπτονται. *Hæretici legitimo modo*, (vel cognito & conſueto legibus modo. ſic enim interpretatur) *vt ceteri ſepeliuntur*. Exſtat quidem

hæc

hæc etiam heic noſtris in paratitlis, ſed adiecta negatione, quæ diuerſam omnino ſententiam efficit: οἱ αἱρετικοὶ κατὰ τὸ νενομισμένον οὐ θάπτονται: *Hæretici more recepto non ſepeliuntur.* Quæ lectio quam ob cauſſam vera ſit, & germana, facile quiuis intelligit: habendum ſcilicet inter orthodoxos & hæreticos diſcrimen, etiam in ſepulturis. Confirmatur eadem lectio de verbis etiam Indicis libri primi Paratitlorum, quum ait, hac lege ſtatui, περὶ τοῦ μὴ κατὰ τὸ νενομισμένον θάπτεσθαι τοὺς αἱρετικούς: hoc eſt; *ne more conſueto ſepeliantur hæretici.*

Legis 12. h. t. initium fuiſſe tradunt paratitla, τοὺς αἱρετικούς. de quo colligitur, Græce ſcriptam fuiſſe. Poſitam a Contio epitomen, habes heic ad verbum in paratitlis. Hoc obiter addendum, ad illa verba epitomes, πλὴν τῶν ἐκ γένους κορταλίνων, adſcriptum eſſe in margine declarationis cauſſa, τουτέστιν, εὐτελῶν στρατιωτῶν. Et pro eo, quod ſequitur, μὴ προσκόπτοντες δὲ, in noſtris legi, μὴ προκόπτοντες. Vide, quam in leui mutatione, non leue momentum. Contius vertit, *Hi enim manent onera quidem ſuſtinentes, non offendentes autem.* Et offendendi verbum accipit in ſignificatione lædendi, quum προσκόπτειν ſit pedibus, aut alia parte corporis ad aliquid offendere, quæ ſignificatio prorſus huc non quadrat. Vnius in verbo προσκόπτειν excluſio litteræ, planam & veram efficit ſententiam; cohortalinos ſcilicet, qui ſint hæretici, manere quidem milites; ſed qui & onera ſuſtineant, nec tamen ad maiores militiæ gradus proueхantur. Idẽ Cont. omittit hæc epitomẽs huius ſub finẽ verba, quæ in paratitlis noſtris leguntur: Ἀμφισβητουμένων τῶν γονέων, ἐπικρατέστερός ἐστιν, ὁ θέλων τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει τοὺς παῖδας προσαγαγεῖν: hoc eſt;

XXXIII.

Quum parentes inter se dissident, plus valeat is, qui liberos ad orthodoxam fidem vult adducere. Præterea inscite hæc verba refert ad initium legis 13. αἱρετικοὶ πατέρες, & cet. vsque post illa, προνοίᾳ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐπισκόπων. Atqui nostris in paratitlis hæc ad legem præcedentem, ac recte quidem, referuntur: quod vel ex Theodori Hermapolitæ fragmēto colligere Contius poterat, cuius verba cur adferret, caussam nullam habebat; quando nihil cōtinēt, quod epitome nostra non complectatur. Vt autem hæc a nobis recte dici, quilibet adgnoscat: ponam hoc loco alteram legis huius epitomen, ex tituli IX paratitlis petitam, quæ hactenus indicata legis omnia capita complectitur. Eius hæc verba sunt: Οὔτε τυχεῖν ἀξιώματος ἰουδαῖος δύναται, (ceterorum mentionem non facit, quod titulus iste nonus de Iudæis peculiariter agat) οὔτε ἀρχὴν πράττειν, οὔτε στρατείαν διαζώννυσθαι, οὔτε συνηγόροις ἐγκαταλέγεσθαι. ὑπόκειται δὲ τῇ τύχῃ τῶν κορταλίνων, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν βαρέσιν. ὁ δὲ τῶν εἰρημένων ἐντὸς πνεῦσαι ἀποδάσας, καὶ τούτων ἐκπίπτει, καὶ ποινῇ ζημιοῦται εἴκοσι χρυσίου λιτρῶν. θατέρου δὲ τῶν γονέων βουλομένου τὸν παῖδα γενέσθαι χριστιανὸν, ἡ τούτου γνώμη κρατεῖ. δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ τρέφειν τὸν παῖδα, καὶ τὰ πρὸς ἀναγκαίαν δαπάνην χορηγεῖν, προῖκάς τε ὑπὲρ θυγατέρων ἐπιδιδόναι, καὶ πρὸ γάμου δωρεὰς ὑπὲρ τῶν υἱῶν, κατὰ τὴν ἀξίαν τῆς οὐσίας. εἰ τὰ ἄλλα θεραπευόμενος, τοῦτο μόνον ἐγκαλεῖν ἔχοι, διότι γέγονε χριστιανός: hoc est, *Iudæus neque dignitatem adipisci potest, nec magistratum gerere, nec aliquod in militia imperium habere, nec inter aduocatos referri. Subiectus est autem condicioni cohortalinorum, & prouenientibus hinc oneribus. Qui vero ad indicata studuerit adspirare, tam iis excidit, quam XX librarum auri pœna plectitur. Quum autem alteruter parentum*

tum fieri vult filium Chriſtianum, voluntas eius eſt rata. Iudæus filium alere debet, & quæ requiruntur ad neceſſariam expenſam, ei ſuppeditare; filiabus dotes conſtituere; pro filiis, donationes ante nuptias, pro modo patrimonii facere: ſi, dum in ceteris a filio recte colitur, hoc ſolum habeat, quod reprehendat; illum ſcilicet factum eſſe Chriſtianum. Quæ omnia quum epitomæ ſuperiori reſpondeant: reſtat, vt concludamus, epitomen legis 13, quæ ſequitur, ab illis verbis incipere: Οἱ ὀρθόδοξοι παῖδες τῶν αἱρετικῶν μὴ ἁμαρτήσαντες, & cet. Cui ſententiæ probandæ, præter rationes expoſitas, etiam libri paratitlorum auctoritas ſufficit.

Legis 14. h. t. epitomen Contius hinc ſumſit. XXXIV. Sub finem, pro ἢ διὰ παρενθέτων προσώπων, ἤ τι τῶν ἀπηγορευμένων ποιεῖν, in noſtris legitur, ἢ διὰ παρενθέτου προσώπου, ἤ τι τῶν ἀπηγορευμένων αὐτοῖς ποιεῖν. Ceterum quos in verſione Contius *exarchos*, retenta voce Græca, dixit: ego *primates* adpellaui, motus auctoritate paratitlorum, quæ in l. 17. j. h. t. ἐξάρχους interpretantur, quos Impp. Latine *primates* vocauerant. Et quod ſubiicitur, ἢ πατερείας, ἢ ἐκδικίας ἐγχειρίζεσθαι, Contius reddit ſanequam ſecorditer, *Paternitates ſeu abbatias, aut defenſiones inſtituere:* quum legis ſententia ſit; hæreticos non debere patrum in ciuitatibus, aut defenſorum officia conſequi.

Legis 15. h. t. poſuit epitomen Contius ex noſtra Baſilicorum ecloga, quam integriorem deinde libro ſequenti dabimus. XXXV. Heic eamdem ſubiiciemus iis verbis, quibus in paratitlis exponitur. Οἱ μανιχαῖοι παρὰ μόνον ὀρθοδόξων παίδων ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομοῦνται. μὴ ὄντων δὲ τούτων, ὁ φίσκος τὰ πράγματα αὐτῶν διεκδικεῖ, εἴτε διέθεντο, εἴτε ἐλληγάτευσαν, εἴτε ἐδωρήσαντο: id eſt;

Manichæis orthodoxi liberi dumtaxat ab intestato succedunt. quibus non exstantibus, res eorum fiscus vindicat; siue testati sint, siue legauerint, siue donationes fecerint.

XXXVI. Epitome l.18.h.t. sumta fuit ex libro paratitlorum. Hoc tamen omissum, quod tradunt initium legis fuisse, τῆς ἁγίας. quæ quidem initia legum libenter heic recito, vt ipsæ leges, si forte reperiantur, vel hoc indicio possint adgnosci. Ceterum statim ab initio, in his verbis, καὶ ἐπὶ τοῖς μοντανισταῖς, καὶ τοῖς ἀσκοδρούγοις, καὶ ταῖς διαδοχαῖς, καὶ ὀφίταις, inducenda sunt prorsus hæc, καὶ ταῖς διαδοχαῖς. Ac paulo post, vbi dicitur, πυτέσιν οἱ μὴ ὀρθόδοξοι, ἢ οἱ ἕλληνες, adde de manuscriptis, ἢ οἱ σαμαρεῖται. Rursus in his verbis, καταφερομένην αὐτοῦ κληρονομίαν, repone καταφερομένην αὐτοῦ κληρ. Item in fine, pro κατὰ τῶν ῥαθυμούντων ἢ μὴ ἐξιόντων, lege ἐπεξιόντων. Quod ait constitutio de hæreticis, οὔτε παιδεύειν, Contius vertit, *Neque docent.* non male id quidem. sed legis sententia est, hæreticos non fieri professores, vt leges nostræ loquuntur. Illud alterum generalius accipi posset, quum professores restrictius, in Basilicis etiam, παιδευταὶ dicantur; & inter eos referantur, qui annonas de publico accipiunt. Quod deinde sequitur συγκροτήσεως vocabulum, Contius *adplausum* reddidit: ego *sustentationem* dixi, sequutus auctoritatem veteris & boni glossarii, quod συγκροτεῖν *sustentare*, συγκρότησιν *sustentationem* interpretatur.

XXXVII. In legis XX. h. t. petita de paratitlis epitome, sub finem hæc verba leguntur in editione Contii, καὶ οὐ χορηγοῦνται οἱ πενόμενοι αὐτῶν τὰ λεγόμενα ἀξιωματικά, ἐκ τῶν δικαστηρίων ἢ τῶν ἐκκλησιῶν. quæ Contius reddens, ἀξιωματικὰ dixit honoraria, ex iudiciis vel ecclesiis.

ecclesiis. Equidem scio Græcos adpellasse ἀξιωματικούς, quos lex 19. sup. de episc. aud. & l. 3. inf. de offic. diuers. iudic. dixerunt honoratos, id est, constitutos in dignitate. Sed ἀξιωματικὰ nusquam recordor dici honoraria. Ne te suspensum teneam, lector, ita locum & restituas, & me auctore legas; καὶ οὐ χορηγοῦνται οἱ πυνόμενοι αὐτῶν τὰ λεγόμενα ἀξιωματικὰ ἢ ἐκκλησιαστικά. nam vltima vox istæc in paratitlis exstat. cum quibus si conferas, quod sequitur, ἐκ τῶν δικαστηρίων ἢ τῶν ἐκκλησιῶν, deprahendes eam mentem esse legislatoris nostri, vt hæreticos aut Montanistas non solum capaces ciuilium & ecclesiasticorum munerum vel dignitatum esse nolit; verumetiam diariorum, siue annonarum, siue solatiorum, quæ a tribunalibus, aut ab ecclesiis erogantur. Et quod sequitur, ὁ νέμων αὐτοῖς ἄλογον προστασίαν, itidem male Contius, *Qui tribuit eis irrationabilem præfecturam:* quum hisce verbis intelligatur, *qui patrocinium eis citra rationem præstat.*

XXXVIII. Insigne mendum latet in legis 11. C. de Iud. & Cælic. verbis hisce primis: *Iudæos quosdam festiuitatis suæ solemnia ad pœnæ quondam recordationem incendere, & sanctæ crucis adsimulatam speciem in contemtum Christianæ fidei sacrilega mente exurere prouinciarum rectores prohibeant.* Quid enim est, *incendere solemnia festiuitatis Iudaicæ?* quid item, *hoc ipsum ad pœnæ quondam recordationē facere?* Nimirum soluēdo huic ænigmati, alio fuerit opus Oedipo. Glossa quidē hoc loco per solemnia dicit intelligi coronam spineam, & crucem. Sed quonā modo sunt hęc Iudaicę festiuitatis solemnia? Si Codicē Theodosianū cōsulas, in cuius lib. 16. tit. 8. hęc ipsa lex est numero decimaoctaua: cetera quidē re-

peries eadem,tantummodo pro *ſolemnią*,ſcriptum videbis,*Solem Aman*, Et quis diuinaturus eſt,quidnam ſit, *Iudæos feſtiuitatis ſuæ Solem Aman incendere?* Ne longiori mora tibi ſim moleſtus, amice lector; vide quæſo, quam feliciter hoc ænigma, monſtri ſimile,paratitlorum noſtrorum liber expediat. Sic igitur hæc interpretatur: οἱ ἰουδαῖοι μὴ ἐν σχήματι τοῦ Ἀμὰν, τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ καιέτωσαν: hoc eſt, *Iudæi formam crucis in Amanis ſpecie non comburant*. Amanis,Iudæorum hoſtis,hiſtoria nota eſt ex ſacræ hiſtoriæ libri,qui Eſther inſcribitur; capitibus aliquot primis. Nam ſeptimo tamdem narratur,eum iuſſu Aſſueti Perſarum regis in crucem, quam Mardocheo prius ipſe parauerat,actum fuiſſe. De his intelligi legis huius argumentum, ſcopuſque poteſt. Quippe Iudæi temporibus illis eccleſiæ primitiuæ,certis feſtiuitatibus ſuis hanc Amanis hiſtoriam ita repræſentare ſolebant; vt Amanis ſimulacrum populis ſpectantibus in crucem agerent,ac deinde concremarent: præ ſe quidem ferentes,id fieri ad recordationem pœnæ publici quondam hoſtis ſui;ſed interim occulta malignitatis & odii fraude,Chriſto Deo noſtro, velut alteri hoſti gentis ſuæ,eiuſque cruci,ac fidei populoque Chriſtiano, qui in adfixum cruci crederet, illudentes.Habes iam,lector,ſententiam conſtitutionis,quæ tale quid amplius in contemtum Chriſtianæ religionis fieri prohibet. Reſtat,vt ipſis etiam verbis legis remedium adferamus.Id facta minima litterarum mutatione, ac vocis *Aman* ex Græcis adiectione, quam imperiti librarii prorſus in Iuſtinianeo codice omiſerunt, quum eam in Codice Theodoſiano alii minus rudes retinuiſſent,

ſent,

ſent, nullo negotio nobis ſuccedet. Itaque ſic legendum cenſeo: *Iudæos quodam feſtiuitatis ſuæ ſolemni, Aman ad pœnæ quondam recordationem incendere, & ſanctæ crucis adſimulatam ſpeciem in contemtum Chriſtianæ fidei noſtræ ſacrilega mente exurere prouinciarum rectores prohibeant.* Quibus iam verbis nihil apertius.

XXXIX. *Altera lex ficticia Contii explosa.*

Errorem Contii, qui de ſecundo capite legis 54. C. de epiſc. & cler. nouam quamdam legem finxit imprudens, ſupra demonſtraui. Nunc conſimilis eumdem erroris hoc etiam loco redarguã. Quippe fingit in hoc quoque titulo nouam legem 18. ex Baſilicis & Nomocanono, cuius hæc verba facit: *Iudæus, qui eum, qui Iudaicæ religionis non eſſet, contraria doctrina ad ſuam religionem traducere præſumſerit; bonorum proſcriptione damnetur, miſerumque in modum puniatur.* Ea vero, pars ſunt legis ſequentis, adeoque hæc vltima verba legis eius interpretantur: *Cernat præterea bona ſua proſcripta, mox pœnæ ſanguinis deſtinandus, qui fidem alterius expugnarit peruerſa doctrina.* Non opus erat alia demonſtratione, ſed maioris euidentiæ cauſſa dũtaxat id addam: paratitla noſtra Contianam legem illam commenticiam non adgnoſcere, nec tribus in locis aliam recitare legem 18. hoc titulo, quam quæ vltima eſt: adeoque verbis illis a Contio Latine citatis, partem eius extremam interpretari, quæ Græce ſonant in hunc modum: *ὁ ἰουδαῖος δὲ, τὸ μὴ ὄντα τῆς αὐτῆς θρησκείας ἐναντίᾳ διδασκαλίᾳ μεταστρέφων εἰς αὐτοὺς, δημεύεται, καὶ κεφαλικῶς τιμωρεῖται.* Nullum diſcrimen vides, niſi quod miſerum in modum puniri Iudæum dixit ille, quum pœnam capitalem vertere debuerit. Hoc obiter adiiciam, me vltima

verba d.l.ita citasse, vt omnino legenda sunt. Nam in nostris est, *Quasi qui fidem alterius*, &c. voce, *Quasi*, superflua; quã nec Theodosii nouellarum liber adgnoscit. Et recte scripsi, *Qui fidem alterius expugnarit*, pro *expugnauit*, vt nostri habent.

XI. Accedamus nunc ad ipsam legem 18. C.h.t.in qua primum occurrit legis initium, quod in editis est, *Hac valitura in omne æuum lege*. Ter citatur in paratitlis, & tamen vbique Latinis litteris scribitur, *Hac victura*. Notatum etiam bis in margine, ἀπὸ τῆς νίκης, quo significare quispiam voluit, verbũ hoc, *Victura*, deduci a victoria, vel a vincendo. Quod equidem profectum arbitror ab aliquo semiperito linguę Latinæ Gręculo, qui putaret hanc menté principis esse, Legem hanc suam victricem futurã in omne ęuum: cum quiuis intelligat, victuram in omne æuum legem, sic ab imperatore dici; vt eiusdem vocis ambiguo significatu poëta canit;

Victurus genium debet habere liber.

Cum paratitlis in hoc consentit etiam liber nouellarum Theodosii. Deinde quum statim ab initio dicitur, *Neminem Iudæorum:* addunt paratitla nostra, *Et Samaritarum*. idque bis ita repetitum inuenio. Quod autem paulo post sequitur, *Nec defensoris ciuitatis fungi saltem officio, nec patriæ honorem arripere concedimus:* Græci sic reddunt, οὐ γίνεται ἔκδικος, ἢ πατὴρ πόλεως: hoc est; *non fit neque defensor, neque pater ciuitatis*. ex quibus verbis colligi fortasse non inepte possit, legisse Græcos, *Nec patris honorem arripere:* quod mutatum fuerit ab imperitis librariis in honorem patriæ, qui putarent absurdum videri, Iudæos non posse fieri patres; & ignorarent, quinam patres ciuitatum Romanis tempori-

temporibus dicti fuerint. Ceterum hic ille locus est, ex quo Græci colligunt in tituli tertii paratitlis, episcopos non dedignari debere iudices, ciuitatum defensores: adeoque defensores ciuitatum ius cognoscendi de caussis episcoporum habere. Dicunt autem hoc colligi ἐξ αἰτιῶδ[illegible], in hunc videlicet modum. Iudæus non potest fieri defensor, ne iudex sit Christianorum, atq; ipsorum adeo episcoporum. Ergo quiuis alius defensor iudex episcoporum esse potest. Quod eo libentius, tametsi per se notatu dignũ, heic repetere volui: quia perit legentib. argumẽtationis huius argutia, nisi corrupta quędã in textu legis vocula, de Græca lectione restituatur. Ea sic habet: ἰουδαῖος οὐ γίνεται ἔκδικος, ἵνα μὴ ἔχῃ ἄδειαν ὀρθοδόξοις ἢ ἐπισκόποις δικάζειν: hoc est; *Iudæus non fit defensor, ne licentiã habeat in caussis orthodoxorũ aut episcoporum pronuntiandi.* Mutemus igitur vnicũ illud NEC, & pro eo NE scribamus, vt Græco ἵνα μὴ respõdeat, & apertã veramq; legis sententiã habebimus, a qua vis argumẽtationis superioris depẽdet. Nam vide quã hæc verba plana sint: *Nec Iudæũ defensoris ciuitatis fungi saltẽ officio, nec patris honorẽ arripere cõcedim⁹: † ne adquisiti sibi officii auctoritate muniti, aduersus Christianos, & ipsos plerũq; sacræ religionis antistites, veluti insultãtes fidei nostræ, iudicandi vel pronuntiãdi quãlibet habeant potestatẽ.*

† *Ante hæc in editis,* Nec adquisiti, *&c.*

XLI.

In epitome l. 2. C. ne Christian. mancip. vbi Cõtius statim ab initio scripsit, ὁ σαμαρείτης, ὁ ἄλλος αἱρετικὸς, τουτέστι μὴ ὢν ὀρθόδοξος, paratitla nostra paucioribus, ὁ σαμαρείτης, ὁ πᾶς μὴ ὢν ὀρθόδοξος, inquiunt. deinde a verbis illis, ὁ αὐτὸ χριστιανὸν ἐλευθεροῦται, prorsus abest illud χριστιανόν. Deniq; ὁ κτησάμενος, non est, vti Contius interpretatur, qui possidet: sed qui comparauit.

XLII. Non temere quid in ſcriptura, longi temporis quaſi præſcriptione munita, loco mouendum arbitror. Quid tamen quiſque manuſcriptis in libris antiquis inueniat, equidem exponi poſſe cum bona gratia cuiuſuis, arbitror. Eiuſmodi quiddam hoc loco nobis in titulo Codicis, DE PAGANIS, ET SACRIFICIIS, ET TEMPLIS, accidit. Non enim negamus, ita bonis in libris hunc titulum ſcriptum reperiri, & ipſa verba tituli cum rebus in eo tractatis conuenire: ſed animo dumtaxat indicandæ ſcripturæ veteris, quam reperimus in hiſce paratitlis; dicimus, ita Græcos Latinis hunc ſcripſiſſe litteris, DE PAGANIS SACRIFICIIS ET TEMPLIS. vt pagana ſacrificia intelligantur, quemadmodum heic in l. 8. pagana ſuperſtitio dicitur. Græcis autem hoc verbis huiuſmodi exprimitur: περὶ ἑλληνικῶν θυσιῶν καὶ ἱερῶν. Ac verum ſane ſi fateri volumus, pars maior huius tituli conſtitutionum in eo potiſſimum laborat; vt, quando res orbis ad principes Chriſtianos, harum legum auctores, perueniſſent: clauſis ex eo tempore deaſtrorum templis, ſacrificia pagana, cum diuinatricis extiſpicinæ fœdiſque ceteris impietatibus, abolerentur.

XLIII. Quum quis in l. 6. h. t. ſub finem, adtente legit hæc verba: *Rectores etiam prouinciarum, & officia, & principales cognoſcant*, &c. depræhendit neſcio quid vitii latere in voce *Principales*; cui quidam mederi volentes, ſcripſerunt; *Et officia principalia cognoſcant*. Sed hoc quoque videtur aliquid inſolens habere. A Græcis etiam legis exſequutio non duobus, ſed tribus ordinibus committitur. Ii ſunt, οἱ ἄρχοντες, præſides, αἱ τάξεις, officia præſidum, non officia

officia principalia, καὶ οἱ πολιτευόμενοι. Qua sane postrema voce quum Græco Latinoque more, non principales accipiantur, sed municipales: facile in hanc sententiam venio, debere vocabulum hoc suo restitui loco; proque, *Principales cognoscant*, legendum, *Municipales cognoscant*. Ibidem quod paulo ante Contius adfert e Cod. Theodosiano, pro hisce verbis, *Conuicti in duplum, quæ rapuerint, restituere compellentur*; legi, *Conuenti in triplum & quadruplum, quæ rap.* & cetera: lectioni Græcorum non respondet, qui quum vertant, τὸ ἁρπαγὲν ἀποδιδόασι διπλοῦν, tantummodo dupli restitutionem adgnoscunt.

XLIV.

Epitomen l. 9. h. t. Contius ad verbum e paratitlis sumpsit, verum oscitanter alicubi versatus est in reddendis Latine Græcis. verbi gratia, quod in principio dicitur, ἐπὶ συστάσει τῆς τῶν ἑλλήνων πλάνης, vertit ille, *Datum ad constructionem paganici erroris*. Et in margine notat aliam hanc interpretationem, *Datum collegio paganici erroris*: quasi collegium Græcis dicatur σύστασις, non σύστημα. Nimirum intelligitur id, quod datum est ad fulciendum errorem paganum. Deinde quum dicitur, huiusmodi donata capere ciuitatem vel municipium illorum locorum: mox sequitur, καὶ δαπανῶνται καθ' ὁμοιότητα τῶν βασιλικῶν προσόδων, quod Contius, *Et expenduntur ad similitudinem imperialium reddituum*. Absurdum est dicere, municipiis adquisita expendi ad similitudinem reddituum principalium. Itaque recte paratitla nostra, καθ' ὁμοιότητα τῶν πολιτικῶν προσόδων, inquiunt, hoc est, *ad similitudinem aliorum reddituum municipalium*. Alio denique paratitlorum loco dici notabis, initium legis huius integræ fuis-

ſe, προςτάττομεν. de quo colligitur, editam fuiſſe Græce. Ibidem hæc alia legis huius particula, quæ in epitome præcedenti omiſſa eſt, legitur: χρὴ τὴν τῶν ἑλλήνων ἀσέβειαν ἀνακόπτειν τοὺς ἐπισκόπους, καὶ μηνύειν ταῦτα τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι: h.e. Epiſcopi paganorum impietatē reſecare debēt, & indicare talia pręſidi prouinciæ. Sequētis legis epitomen, ex paratitlis ſumtam, quam friuole, vel ſuo potius more reddiderit Contius, ſi ſcire deſideras: confer interpretationem illius cum noſtra, quam ſuo loco ſupra dedimus.

XLV. Titulus primi libri Codicis duodecimus, hanc in editis libris Latinis habet inſcriptionem, DE HIS, QVI AD ECCLESIAM CONFVGIVNT, VEL IBI EXCLAMANT. Hactenus poſita verba reperiri fatetur Contius in manuſcriptis, & pro germanis adgnoſcit. Quæ vero ſequuntur, ET NE QVIS AB ECCLESIA EXTRAHATVR: abeſſe teſtatur ab omnibus manuſcriptis exemplaribus. Equidem vt verum fatear, libenter illa crediderim ſuppoſiticia, & ab aliis adiecta; quum noſter etiam paratitlorum liber, cui non abs re multum tribuimus, ea ſilentio prætereat. Nec dubium eſt, ex integrioribus iuris Romani monumentis Græcos anteceſſores hauſiſſe ſuas interpretationes; quum ad eam barbariem Græcia redacta non fuerit, in quam Roma noſtra cum reliquis Latini nominis regionibus, aliquot ſuperioribus præcipitata ſæculis, omni veræ doctrinæ luce caruit. Vt autem & illud addam, quod fortaſſe non negligendum, inſcriptio tituli huius noſtris in paratitlis etiā ab illa diſcrepat, in qua tam editi, quam manuſcripti conſentiunt. Nam Latinis quidem

litteris

litteris in hunc modum expressa legitur, DE HIS QVI AD ECCLESIAS CONFVGIVNT, ET CLAMORIBVS IBI VTVNTVR. Græce vero, sic; περὶ τῶν ἐκκλησίαις προσφευγόντων, καὶ ἐκβοήσεσιν ἐκεῖσε κεχρημένων. Quæ sane verba Latinis omnino respondent, & fortassis antiquam inscriptionem tituli continent.

XLVI. Parui quiddam esse momenti videtur, sed notandum tamen: ne quid de studio nostro remittamus. In fine legis 6. C. h. t. leguntur hæc verba: *Deinde iudices, vel eos, ad quos caussæ & personæ pertinent, instantius instruant, & æquitati conuenientia diligentius exsequantur.* Rectius leges, si *Vt æquitati,* pro ET reposueris, ex auctoritate paratitlorum, quæ VT per ὥστε reddunt, ὥστε τὰ τῷ δικαίῳ συμβαίνοντα γενέσθαι. Quibus ex verbis etiam Contio respondendum, qui vitiosam manuscriptorum lectionem adnotauit, *Et æquitati conuenientiam diligentius exsequantur.* rectius enim Græci, τὰ τῷ δικαίῳ συμβαίνοντα, hoc est, *conuenientia.*

XLVII. Similitudinem inter se quamdam habent, l. 19. sup. de episc. aud. & l. 8. inf. de defens. ciuit. Verum in hoc differunt, quod hæc lata fuit ab Honorio & Theodosio AA. illa vero Anastasium A. habuit auctorem, & vti tempore posterior est, ita quædam accuratius etiam sancit. Vtriusque mentionem hoc loco propterea facere volui, quod in paratitlis tertii tituli, primo loco citetur l. 8. ex primi libri Codicis titulo LV. (qui in editis est LIIII.) & mox subiiciatur eiusdem tituli lex vndecima, quum in editis vltima lex eius tituli decima numeretur, & vndecima non exstet. Indicant autem verba legis, in paratitlis citata, quæ mox subiicie-

mus,vndecimam legem tituli de defens.ciuit.eamdem esse cum illa,quæ supra in tit.de episc.aud.decimanona recensetur : ad vtrumque relata titulum, quia pariter & episcoporum ac clericorum, & defensorum mentionem continet, ac de vtrisq; statuit. Adeoque multis in locis eædem leges a Iustiniano,propter indicatam caussam diuersi respectus, ad diuersos titulos relatæ fuerunt: cuius rei rationem quum librarii rudiores ignorarent, plerasque prius descriptas auctoritate propria deinceps in libris & titulis posterioribus omiserunt. Huius rei complura tibi,Lector,in iis,quæ sequentur, exempla notabimus. Nam equidem in ea sum opinione,si Iustiniani Codicem integrum habere velimus;omnia prorsus in eo sic esse relinquenda, quemadmodum ipsius auctoritate digesta fuerint. In hoc quidem loco dumtaxat Anastasianæ legis partem ponemus, in paratitlis ita recitatam: quum nemini dubium esse debeat, integram ab Iustiniano in Codicem fuisse relatam. Sic igitur paratitla nostra, ἡ διάταξις ια ζητεῖ πρότερον ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων, παρόντος τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου, μεθ᾽ ὅρκου δόσεως τὸν ἔκδικον καταθέσθαι, ὅτι τῆς τῶν χριστιανῶν ὑπάρχει θρησκείας· hoc est, *Constitutio XI* (prius titulum LV posuerat, vt antea diximus) *requirit, vt prius defensor apud gesta monumentorum, præsente ciuitatis episcopo, cum præstatione iurisiurandi deponat, quod religioni Christianorum addictus sit.* Plura non sunt ex hac constitutione hoc loco in paratitlis citata, quia titulus tertius dumtaxat de episcopis & clericis agit. Si qui vero deinceps libros iuris nostri volent integros edere, legem hanc Anastasianam in fine tituli de defens.ciuit.repetant: vt ibi sit vndecima,

decima, quemadmodum hoc numero citatur in paratitlis, non aliter, atque factum videmus in l. Si quis in conscribendo instrumento. C. de episc. & cler. quæ lib. 2. titulo de pactis repetitur. ac recte quidem. nam ex eo quoque titulo citatur in paratitlis nostris, & numeratur ibi lex 29. sicut in titulo de episc. & cler. 50. Rursus aliud exemplum habes in l. 15. C. de episc. aud. quæ totidem verbis repetitur in titulo, de postulando. l. 8. & ex vtroque titulo citatur in paratitlis nostris.

XLVIII.

Lex secunda C. de sport. non exstat. Eius epitomen, vel particulam quamdam potius, recitat liber hic paratitlorum, quam in editione sua postrema Contius ad verbum Græce posuit, ac male (tametsi pauca verba sint) vertit. hæc enim vera sententia verborum est: *Si exsequutor commonitum vexet ob constituendum fideiussorem, quem dicat esse personam, quæ soluendo non sit: prouidentia & iudicio episcopi eum accipiat.* Pæne oblitus eram eius, quod alioqui non abs re indicare soleo. Tradunt paratitla nostra, quæ ceteroqui legum latine scriptarum principia semper latine citant, huius legis initium fuisse, *ἀπαγορεύομεν*. Fuit igitur edita Græce, neque mirum, eam periisse; librariis nostris Græcas litteras auorum memoria prorsus ignorantibus.

XLIX.

Bis animaduerti nostris in paratitlis ita citari leges tituli C. de feriis, vt quæ nostris in libris est secunda, prorsus eo loco non ponatur. Et mirum sane, legem Theodosianam duabus Constantinianis præponi, contra seriem temporum: immo etiam aliis Valentiniani, Valentis, & Gratiani; qui omnes in imperio Theodosium præcesserunt. Pa-

ratitla certe l. omnes iudices.h.t. vbique citant, velut ordine secundam, & l. quadraginta, faciunt ordine quintam, quæ nobis est sexta; legem Omnes dies, duobus in locis faciunt sextam, quæ nobis est septima. Videndum igitur, an quæ notatur in hoc titulo deesse l. 9. (licet illam putauerit A. Augustinus eamdem fuisse cum l. 3. sup. de episc. aud.) sit hæc ipsa lex Theodosiana, quæ male suo mota, in alienum irrepserit locum. Hoc quoque nostris ex paratitlis notandum putaui, legis Omnes dies.h.t. istæc verba, *Sacros quoque Pascha dies, qui septeno numero vel præcedunt, vel sequuntur:* sic a Græcis nostris esse reddita, vt feriis Paschalibus dies XV adtribuantur. His enim verbis hunc locum interpretati sunt; ταῖς ιε πασχαλίας ἡμέρας ἀργείτωσαν αἱ θέαι, *Quindecim diebus Paschalibus cessent spectabula.* Sane si quis obiter Latina legis verba legit, de quatuordecim dumtaxat diebus agi putat. Græci vero præter hos partim præcedentes, partim sequentes, ipsum quoque Paschæ diem computant. Addendum & hoc, de Basilicorum ecloga me deprehendisse, legem 3. C. de episc. aud. repetitam quidem hoc titulo fuisse: sed ita, vt inter X & XI leges poneretur. Quod facere nonnihil videtur ad id, quod paulo ante de l. 9. h.t. dicebamus. Antonii quidem Augustini opinio hac ratione locum non habebit.

I. Lex 1. C. de aleat. non exstat. Contius ex Nomocanono fragmenta, vel potius epitomas quasdam restituit. Græce scriptam fuisse, colligitur ex paratitlis nostris, quæ legis initium tale recitant: ἡ τῶν κύβων. de quo licet intelligere, vetustam esse legis interpretationem, quæ ipsa quoque sic incipit; Alearum vsus antiqua res est. quamquam ego putem

tem legendum, *Alearum lusus.* vt in græcis, τὴν τοῦ κόττου παιγνείαν. adeoque principium legis etiam hac voce puto explendum, ἡ τῶν κύβων παιγνεία. Ceterum ea dumtaxat in paratitlis particula legis huius adtingitur, quæ in vetusta translatione Latina verbis hisce legitur: *Episcopis locorum hoc prouidentibus, & præsidum auxilio vtentibus.* Græca sunt huiusmodi, τὴν τοῦ κόττου παιγνείαν δύνανται οἱ ἐπίσκοποι ἀναζητεῖν, καὶ κωλύειν γίνεσθαι: hoc est, *in aleæ lusum inquirere possunt episcopi, & prohibere, ne fiat.* Obiter heic addo, fragmentum illud, quod hoc titulo Contius in extremo posuit, & ipsemet ad alearum lusum non pertinere fatetur; (initium quidem eius est, *Qui pragmaticũ adfert præceptum*, & cet.) spectare ad l. 26. sup. de epis. aud. quæ sequitur post constitutionem de aleæ lusu 25. eod. tit. Quamobrem hoc loco prorsus inducendum.

Si paratitlorum auctori fidem habere volumus, lex 4. C. de sacros. eccl. erit eadem cum l. 5. C. de commerc. & mercat. Citat enim ex libri IIII Codicis, titulo LXIII, legem, cuius initium, Cessante Legis vero sententiam verbis hisce complectitur, οἱ δεκανοὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κωνσταντινουπόλεως ἀπέλειαν ἔχουσιν· οὐ γίνονται δὲ περαιτέρω τῶν ἐννακοσίων πεντήκοντα: hoc est; *Decani maioris ecclesiæ Constantinopolitanæ habent immunitatem. Non fiunt autem vltra nongentos quinquaginta.* Totidem prope verbis allegatam prius l. 4. de sacros. eccl. exposuit. ἡ ἐκκλησία κωνσταντινουπόλεως μὴ ἐχέτω περαιτέρω τῶν ἐννακοσίων πεντήκοντα δεκανῶν. Ex quibus primum colligitur, in Codice pro, *quingentorum sexaginta trium collegiatorum*; legi debere, *nongentorum quinquaginta collegiatorum.* Deinde *collegiatos & corporatos* in hac

11.

lege dici, quos illa *decanos* vocauerit. Auctores quidem sunt legis vtriusque Honorius & Theodosius AA. sed scriptæ sunt ad diuersos. In fine legis habet vltima Contii editio, *Comparatorum*, pro, *Corporatorum*.

LII. Legis 29. C. de nupt. hanc epitomen paratitlorum liber recitat, ἡ σκηνικὴ ἀπελθεῖν βουλομένη, καὶ παρὰ τοῦ ἄρχοντος κωλυομένη, δύναται προσιέναι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα προνοίᾳ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν σεμνὸν καὶ σώφρονα βίον μετέλθῃ: hoc est; *Scenica mulier, quæ liberari vult, & a præside impeditur; episcopum adire potest, vt eius prouidentia ad vitam honestam ac pudicam se conferat*. Quibus ex verbis adparet, hanc legem non illi valde fuisse dissimilem, quæ superius in tit. de episc. aud. trigesima tertia recensetur. Eaque caussa mouit A. Augustinum, & A. Contium, vt tit. de nuptiis dictam l. 33. C. de episc. aud. cuius initium, θείαν ἐποιησάμεθα, verbis prorsus iisdem repeterent. Sed ego verum si fateri debeo, non parum hac in parte hæreo. Nam liber paratitlorum ait, initium legis huius in tit. de nupt. fuisse, Πάσῃ. quod cum initio l. 33. de episc. aud. non conuenit. Hoc sane colligitur, editam fuisse Græce, quum principium Græce citetur. Deinde quædam adparet esse diuersitas inter ea, quæ legis huius 29, de nupt. & quæ l. 33. de ep. aud. epitomæ continent. Mihi quidem hoc in loco tituli de nuptiis collocanda videtur epitome, de paratitlis eruta, donec tamdem aliquis germanam legem inueniat, quæ iuxta paratitlorum indicationem incipiat a vocabulo Πάσῃ.

LIII. In lib. VI Codicis titulus XLVIII nuda dumtaxat habet inscriptionis verba, DE INCERTIS PERSONIS, sicut etiam in ecloga nostra Basilicorum

corum tantummodo nudus exstat titulus, περὶ ἀφα-
νῶν προσώπων. Contius in eo, quod ex Photio &
Balsamone tradit, vnam fuisse dumtaxat hoc titu-
lo constitutionem, sane fallitur. Nam duæ diuer-
sæ constitutiones in paratitlis nostris citantur, &
Latinis quidem initiis; vnde constat editas lingua
latina. quæ res facit, vt mihi sane mirum sit, eas pe-
riisse: quum rarius leges hac lingua scriptas inter-
iisse videamus, frequentius Græcas; ob superiorum
temporum barbariem, quibus Grecæ litteræ igno-
rabantur. Libet autem hoc loco duo illa legis vtri-
usque fragmenta de paratitlis adscribere. Legem
primam tradunt initium habuisse, *Si quando*. eaq;
verba in margine per ὁπόταν, vt solent, interpretan-
tur. Deinde proferunt hæc ex ipsa lege, ἡνίκα οἱ δα-
νεισαὶ τὰ πράγματα τοῦ χρεώσου πιπράσκωσιν, εὑρεθῇ δὲ πλέ-
ον τὸ καταβληθὲν τίμημα τῆς κεχρεωστημένης αὐτοῖς ποσότητος,
ἐν τοῖς ἀρχείοις τῆς ἐκκλησίας τὸ περιττὸν ἀποτίθεσθαι ἐπὶ τῷ
φυλάττεσθαι τοῦτο τῷ πάλαι χρεώστῃ: hoc est; *Quum res debi-
toris creditores distrahunt, si precium solutum ampli-
us esse fuerit inuentum, quam ea summa sit, quæ ipsis
debetur: id quod superest, in archiuis ecclesiæ depo-
nunto, vt quondam debitori seruetur*. Alterum fra-
gmentum citatur ex lege incerti quidem numeri,
sed cuius initium fuerit, *Certus*; vox in margine
reddita per Græcam βέβαιος. Verba sunt hujusmo-
di, ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ φησὶν ἡ διάταξις, ὅτι δύναταί τις
ληγάτον ἐκκλησίᾳ † . . . . καταλιμπάνειν, ἤγουν κληρονομί-
αν. *Constitutio*, inquit, *octauo capite tradit, posse quem
vel legatum, vel hereditatem ecclesiæ ..... relinque-
re*. Arbitror autem legis fragmentum id velle di-
cere, nimirum posse aliquem vel legare quiddam,
vel relinquere bona sua vniuersa ecclesiæ incer-

† ἀδήλῳ.

tæ. quo de agitur etiam in l. vlt. Cod. de sacros. eccles.

LIV. Lex *Addictos*, vt bis est in Codice posita, primo quidem in titulo de episc. aud. deinde lib. 7. tit. de adpellat. ita citatur etiam ex vtroque titulo in libris hisce paratitlorum. Vnum hoc a nostris editis video discrepare, quod libri Latini titulo de adpell. generaliter legunt, *Addictos supplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli per vim atque vsurpationem vindicare liceat*. Græci vero post *nulli*, specialiter clericos & monachos exprimunt, his verbis: οὐ δεῖ παρὰ τῶν κληρικῶν, ἢ μοναχῶν, ἢ τῶν καλουμένων συνοδιτῶν, & cet. Quare si Græcis habenda fides est, non solum in l. 6. sup. de episc. aud. Verumetiam heic expresse legendum: *Nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas vocant, per vim atque vsurpationem*. & quæ sequuntur.

LV. Ex libri VII Codicis titulo LXV citatur in paratitlis nostris lex IX, quum libri nostri non plures eo titulo, quam octo leges habeant. Sententiam legis hac epitome paratitla complectuntur, οἱ κληρικοὶ πρὸ ἀποφάσεως ἐκκαλούμενοι, προστιμῶνται παρὰ τοῦ ἄρχοντος ν λιτρῶν ἀργυρίου. ταῦτα δὲ λήψεται οὐχ ὁ φίσκος, ἀλλὰ τοῖς πένησι καὶ δεομένοις πιστῶς [ταῦτα] ῥογευθήσονται: hoc est; *Clerici ante sententiam adpellantes, multantur a præside L libris argenti. Verum hæc non fiscus accipiet, sed in pauperes & egenos fideliter erogabuntur.* Facile quiuis animaduertit, huiusmodi legem ab hoc titulo non alienam esse; quum is agat de illis, quorum adpellationes non recipiuntur, & in l. 7. similiter ante sententiæ tempus, vt heic a clericis, ita nec a discussoribus & rationalibus

bus adpellari posse statuat. Ceterum cur a librariis hoc loco fuerit omissa, caussam hanc arbitror, quod superius etiam posita fuerit in principio tituli, de episcop. aud. vbi numero secunda est. Tantum hoc diuersitatis depræhendo, quod lex in tit. de epis. aud. posita, his a verbis incipiat, *Si clericus*: quæ vero citatur heic in paratitlis ex tit. C. Quorum adpell. non recip. aliud habuit principium, expressum id quidem in paratitlis per Latinas litteras, sed quæ corruptæ sunt, nec in libro meo legi commode possunt. In margine per hæc sunt reddita: τοὺς συνειδότας. Fortasse nos expediret hoc loco Codex Theodosianus, in cuius lib. XI. tit. XXXVI. notatur a quibusdam esse lex XX, qua de nunc agimus. sed illum hoc tempore, quo ista notabam, ad manum non habebam.

LVI. Supra notauimus ad l. 23. de episc. aud. particulam quamdam eius, expositam nostris in paratitlis, quæ non exstat in epitome, quam dedit A. Augustinus. Heic tantum moneo, paratitla nostra repetere particulam eamdem ad l. 2. C. de priuat. carcer. & exprimere legis huius initium, ἰδιωτικάς. Quæ duo me mouent, vt credam omnino legem vtroque loco positam, verbis iisdem perscriptam fuisse. Dabimus autem & aliam d. 2. l. epitomen libro Notatorum secundo, sumtam ex Basilicorum ecloga nostra.

LVII. Contius ex interpretatione libri LX Basilicorum, quam nobis Cuiacius dedit, argumentum legis vltimæ C. de pœnis, loco suo reposuit. Nos ea cum lectore communicabimus, quæ paratitlorum liber suppeditat. Primum ex eo colligitur id,

quod alii quoque fatentur, editam fuisse lingua Græca. Quippe commemorant eius initium, θεσπίζομεν. Deinde particulam quamdam legis hisce verbis recitant, οἱ κατὰ τόπον ἐπίσκοποι φροντιζέτωσαν παραφυλαχθῆναι ἐπὶ τοῖς ἐξοριζομένοις διηνεκῶς, ἢ ἐπὶ τινα χρόνον ῥητὸν, τὰ προστεταγμένα τῇ διατάξει: hoc est; *Episcopi cuiusuis loci curent, vt in iis, qui vel in perpetuum, vel ad certum tempus relegantur, hac constitutione præcepta seruentur.* Eam particulam heic describere propterea volui, quod epitoma Contii non contineatur vlla eius mentio.

LVIII. In titulo nono libri decimi Codicis, de sentent. aduers. fisc. lat. retract. nos vltra legem vnam nostris in libris non legimus. Paratitla vero etiam legis secundæ mentionem faciunt, cuius initium fuisse tradunt, θεσπίζομεν. de quo Græcam fuisse, quiuis intelligit. Deinde pauca quædam adnotant ex ea, verbis hisce, Σημείωσαι, ὅτι ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξεώτης δύνανται γίνεσθαι κληρικοὶ, καὶ δημοσίῳ χρεωστῶσιν. ἑτέρῳ δὲ λόγῳ σημείωσαι καὶ τοῦτο, ὅτι σφαλερῶς καὶ ἐπικινδύνως γίνεται καὶ ἔρρωται ἡ ἐπὶ τούτοις χειροτονία: hoc est; *Nota, quod curialis, & officialis, fieri possint clerici, licet fisci debitores sint. Et alia rursus hoc etiam ratione notabis, quod temere ac periculose fiat, & rata sit, in eorum personis facta ordinatio.* Exstat Græca lex in titulo C. de episc. & cler. numero 52. quæ ipsa quoque incipit a verbo θεσπίζομεν. & in principio quædam de curialibus & adparitoribus, clero non adscribendis, statuit: sed omnino diuersa sunt a sententia nunc expositæ particulæ legis 2. C. de sentent. aduers. fisc.

LIX. Legis 11. Cod. de annon. & tribut. pars vltima complectitur l. 8. sup. de sacros. eccles. In vtraque lege quum dicitur, *Ecclesiæ Thessalonicensi propriæ tantum-*

tantummodo capitationis modum subleuandum, nec extraneorum grauamine tributorum rempublicam, ecclesiastici nominis abusione, lædendam: semper existimaui, aliquid in hisce posterioribus verbis hærere vitii. Quæ opinio confirmata fuit, ex quo paratitlorum hæc verba diligentius expendi, quibus illa redduntur, ἐπεὶ δὲ αὕτη συγκεχώρηται, διὰ τοῦτο οὐκ ὀφείλει ἀλλότρια τελέσματα τῷ οἰκείῳ κουφίζειν ὀνόματι: hoc est; *quandoquidem hæc Thessalonicensis ecclesia remissionem tributorum est consequuta, non iccirco tamen aliena tributa sub nomine suo subleuare debet.* Vt paucis, quid mihi ad animum acciderit, indicem; arbitror ita legendum, *Nec in extraneorum grauamine tributorum rempublicam, ecclesiastici nominis abusione, lædendam.* Paulo ante, quum legitur in hac l. 11. de annon. & tribut. *Sed & hi, qui protestati sunt:* reponito ex auctoritate paratitlorum, *Sed & Achiui, qui protestati sunt.* Prius enim Macedonum fit mentio, deinde subiiciuntur Achiui. Paratitla nonnihil ordine inuerso, ἐπὶ τῶν ἀχαίων, inquiunt, ἔλεγε μὲν ἐκ τῶν μακεδόνων. Videtur & Accursius Achiui legisse.

Lex 9. quæ Græca est. C. de exact. tribut. lib. X. in eo titulo numeratur vltima. Nostra vero paratitla faciunt etiam legis 12 mentionem eodem titulo. nisi forte corrupta scriptura est, vt vel decima, vel vndecima scribi debeat. Eius initium fuisse recitant, θεσπίζομεν. de quo intelligitur, editam Græce. Deinde cuiusdam instar argumenti, vel epitomes, hæc verba ponunt, περὶ τῶν προσφευγόντων τάξεων τῶν ἢ πολιτευομένων, ὅπως δεῖ αὐτοὺς ἀπαιτεῖσθαι τὰς δημοσίους εἰσφορὰς, φησὶν ἡ διάταξις παρακελευσαμένη, μηδένα καταβάλλειν ἐπ' αὐτοὺς τὰς συντελείας, εἰ μὴ δημοσιεύσωσιν. ἐπὶ

LX.

γοῦ τοὺς προσφεύγοντας, ἢ ἄλλως κρύπτοντας ἑαυτοὺς, οὐδεμίαν βούλεται γίνεσθαι παρὰ τῶν συντελεστῶν ἐπ' αὐτοὺς καταβολήν: hoc est; *De confugientibus ad ecclesias officialibus aut curialibus differit hac constitutio, quomodo sint ab eis exigenda tributa siue reditus publici: praecipiens, ne quisquam collationes super ipsos solnat, nisi hoc ipsum publicauerint. Nam super eos, qui ad ecclesias confugiunt, vel alio quo modo semet occultant, nullam fieri vult a collatoribus solutionem.* Satis manifestum est, omnino ad titulum hunc pertinere; quae ex hoc argumento colligimus hac lege fuisse sancita. Sane, verum si dicere debeo, sum ipse quidem in ea sententia, vt legem hanc isto titulo putem esse vndecimam, de praecedente hanc decima dicturus libro Notatorum secundo, ex Basilicorum ecloga nostra.

LXI. Epitomen longiusculam legis 3. (sic enim Contius numerat) C. vt nemini liceat in emt. spec. habes in vltima editione Contiana. Si breuior placet, licet hanc sumas ex paratitlis nostris, δοκιμασίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου τῆς πόλεως ἐπισκόπου, καὶ τῶν ἐν τοῖς κτήτορσι πρωτευόντων, ἐκ τῆς κατὰ χώραν τάξεως ὁ σιτώνης προχειρίζεται, ἤγουν ὁ μέλλων ἐν τῇ τάξει καταλέγεσθαι, ἢ πληρῶν, ἢ πληρώσας: hoc est; *Arbitratu religiosissimi ciuitatis episcopi, & primatum inter possessores, ex ipsius regionis officio creatur frumenti comparator, siue is, qui ad officium est allegendus, vel qui munus hoc implet, aut impleuit.* Hoc quidem certe de paratitlis notandum, legem editam fuisse lingua Graeca. Nam citatur initium hoc, θεσπίζομεν, σιτώνην. Deinde, quod nec Contius, nec alius quisquam notarit, quod equidem sciam, legem hanc eamdem esse debere cum l. 17. sup. de episc. aud. cuius epitome ab ea, quam

modo

modo heic posuimus, non dissentit. Tum etiam quod Contius eam fecerit hoc titulo tertiam, quum paratitla secundam numerent. Obiter addam hoc quoque, verba scilicet istæc in huius inscriptione tituli, *Et de munere sitocomiæ*, sic emendanda, vt legatur; *Et de munere sitonæ*, id est, frumēti comparatoris. Hoc enim malo, quam *Sitonici*, vel *Sitoniæ*, quæ Cuiacio placuerunt.

LXII. Eodem hoc titulo tres tantum leges habet editiō Contiana, quum paratitla nostra quartam addant. Eius initium fuisse tradunt, ἦλθον. argumentum sane manifestū, quod edita Græce fuerit. Deinde breuissimam paucis verbis epitomen subiiciunt, quæ fortasse dumtaxat aliqua legis eius est particula. προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου οἱ κατὰ χώραν ταξεῶται σιτώνας μετέρχονται: hoc est; *Interueniente cura episcopi, officiales regionis frumenti comparatores conueniunt*. Cuiusmodi legem hoc titulo fuisse positam, haud difficulter crediderim. Si tamē libro paratitlorum habenda fides, & reponenda loco secundo, quam Cōtius tertiā fecit: superest, illā tertio collocandā loco, quæ Cōtio secunda est; succedēte quarto loco, quā modo epitomatā ex paratitlis restituimus.

LXIII. In libro XI Codicis, titulo LXXIII, (vt nostri numerant. paratitla faciunt LXXV) lex est quarta, cuius aliqua pars recitatur supra in l. 7. C. de sacros. eccles. Faciunt & paratitla in vtroq; loco mentionem vtriusq;. Sed in hoc ab editis nostris dissentiunt, quod in Latinis hoc tit. de priuileg. dom. aug. in fine legis ita legatur: *Domos etiā diuinas tam laudabili titulo libenter adscribimus*. Paratitla vero etiam τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν mentionē faciunt, vt heic quoque scilicet legi debeat: *Domos etiā diuinas, &*

venerabiles ecclesias,tam laudabili titulo libenter adscribimus. Scio,quid obiici pro defensione receptę lectionis possit,agi videlicet heic dumtaxat de priuilegiis domus augustæ: sed indicare debui, quod in paratitlis inueni. Et hanc si valere rationem oportet,cur supra d.tit.domos etiam principis commemorat, quum ibi tantummodo de ecclesiis agatur?

LXIV. Pars l.19.C.de erog.milit.ann.lib.XII.recitatur in paratitlis,ita quidem, vt is titulus bis numeretur XXXVII,quem nostri faciunt XXXVIII. Sententia vero est huiusmodi; *Militem arbitratu defensoris ciuitatis, quum præses prouinciæ non adest,& religiosi locorum episcopi, debere species a collatoribus accipere.* Contii postrema editio tam plenam habet epitomen,vt integra prope constitutio esse videatur. Verum ex paratitlis constat,eius cōstitutionis initium fuisse, θεσπίζομεν. Præterea depræhendimus ex iisdem, hanc ipsam legem eamdem esse cum lege 18. sup. de episc. aud. quod a nemine hactenus indicatum, vel obseruatum video,de quo mihi quidem constet.

LXV. Quod aiebam modo, libri XII Cod. titulum XXXVIII, vt in nostris editis est, in paratitlis numerari XXXVII: id deinceps in aliis etiam continuari video. Nam qui nobis est LI. de cursſ. publ.&c.idem paratitlis est quinquagesimus. Eius rei quam rationem reddam, nullam equidem video. Silentio tamen prætereundam non putaui. Præterea quum paratitla citant l.Nullus.21 in editis,h.t.eamdem numerant vigesimam.

LXVI. In vltimo titulo C.publ.lætic.lib.XII.Contius legis secundæ prolixam ponit & plenam epitomen,

men, quam pertinere dicit ad initium integræ legis 26.ſup.de epiſc.aud.ab ipſo reſtitutæ. Paratitla noſtra dictæ l. 2. public. lætic. breuiorem huiuſmodi dant epitomen, ὁ μηνύσει τινὰ ἐμφανίσας ἐν ἐπαρχίᾳ, καὶ πλέον ἓξ ΝΝ βουλόμενος ἀπαιτῆσαι τὰς ἐπαρχίας, προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀπωθείσθω: hoc eſt; *Qui quædam nuntiando publicauerit in prouincia, ſi amplius ſex ſolidis a prouinciis velit exigere; per epiſcopi prouidentiam depellitor.* Nam quæ de præſidibus, & officio dicuntur, velut aliena ab inſtituto ſuo, relinquunt. Hoc addendum, citari legis integræ principium in paratitlis, θεσπίζομεν. Illa vero Contiana conſtitutio, poſita in tit. de epiſc. aud. prorſus aliud habet initium, videlicet huiuſmodi: Περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔτος. Et tamen hanc ipſam eſſe puto, quam Paratitlorum liber intelligat: quum videamus in Codicem relatas pleraſque leges ἄνευ προοιμίων. Quod ſi hac etiam in lege factum, reciſis prioribus hoc ei datum fuit initium: Θεσπίζομεν, εἰς τοὺς τὸν συνιόντας, & cetera. quæ verba deinceps in conſtitutione ſequuntur.

AD ALIQVOT LOCA *Digeſtorum.*

LXVII.

VNo quaſi manipulo conſtringemus heic ea, quæ nonnullis citatis ſecundo paratitlorum libro, Pandectarum legibus aliquam adferre lucem poſſe putabimus. Quum in l. 18. D. de procur. dicitur de mutando poſt litem conteſtatam procuratore, *religionis etiam beneficium heic locum habere*; Græci hoc declarantes, τὸ γενέσθαι αὐτὸν ἱερέα, inquiunt, hoc eſt, *quod ipſe procurator factus ſit ſacerdos.* In principio l. 8. ad l. Aquil. Si medicamento

vſus fuerit *perperam*: vltimum hoc Græci vertunt προπετῶς, hoc eſt, temere: ſicut in l. 3. §. j. D. ad l. Cornel. de ſicar. Si cui temere cicutam dederit προπετῶς δοὺς ἢ κώνειον. Similiter & Baſilicorum auctores in l. 24. D. de reb. dub. Quum in teſtamẽto ambigue, aut etiam *perperam* ſcriptum eſt, προπετῶς vertunt, hoc eſt, inconſiderate: non tamen contra leges. Legis ſeq. initio, D. ad l. Aquil. poſt illa, videatur occidiſſe: addunt Græci, ἢ ἀκχίνιος ἁρμόζει. Ibidem quod in Pandectis Florent. criſtere, Græci διὰ κλυστῆρος, cluſtere. Obſcuriuſcule dicitur in l. 4. D. famil. erciſc. *Venena venire in iudicium*. ideoque gloſſator addit, *venire corrumpenda*. Græci pro his ſimpliciter, οὐ διαιρεῖται μεταξὺ κληρονόμων: *inter heredes venena non diuiduntur*. Et poſt hæc, *Protinus corrumpenda ſunt*; addunt, *officio iudicis*. Sic ibidem paulo poſt, *Iubere manere apud maioris partis heredem*, de iudicis interpoſito decreto intelligunt: *In æde deponere*, de conſenſu heredum. In l. 38. §. Seia. de auro arg. mundo. hæc verba, *Fieri volo iubeoque ſignum Dei ex libris centum*: Græci tam heic, quam alibi de induſtria ſic reddunt, vt *Signum Dei*, crucem interpretentur: non quod Hugonis errore decepti, Sceuolam fuiſſe Chriſtianum putarent; ſed quod in iure Chriſtiano vel minimum paganæ ſuperſtitionis veſtigium exſtare nollent. In l. 1. §. Ad eos, qui omiſſa. D. ad l. Falcid. in hiſce verbis, *Ad municipum quoque legata, vel etiam ea, quæ Deo relinquuntur, lex Falcidia pertinet*: hærere quidam mendum opinati ſunt. ideoque pro, *Vel etiam ea*, repoſuerunt, *Non etiam ea*. Refutatum hoc recte ab aliis ex omnium librorum manuſcriptorum cõſenſu. Ego ſaltim hoc addam, in paratitlorum quoque

que libro sic esse scriptum, vt illa negatio nequeat admitti. Sic enim reddunt: Καὶ ἐπὶ τοῖς ληγατευομένοις τῷ θεῷ, χώρα τῷ φαλκιδίῳ: hoc est; *in iis etiam legatis, quæ Deo relinquuntur, Falcidiæ locus est.* In ecloga Basilicorum titulus D. *Ne quid in loco publ. vel itin. fiat*, cum præcedenti, *De locis & itin. public.* omnino cohæret. Verum vt in libris nostris Latinis, sic etiam in Paratitlis hic posterior a priori diuiditur. In verbis interdicti l. 2. D. de interdict. & l. 2. §. Si quis nemine. Ne quid in loco publ. Græci aliquid in loco sacro facere, κατὰ τόπου ἱεροῦ dicunt, hoc est, *aduersus locum sacrum*; velut *in locum sacrum* suis in libris legerint. Item quum nostri Iurisconsulti dicunt, *Sed & factum restituitur*: illi, τὸ κτισθὲν καταλύεται: hoc est; *quod structum fuerit, destruitur.* In l. vlt. D. de litigios. ratio redditur, quamobrem is, qui rem litigiosam Deo dedicat, dupli pœna teneatur. *Ne liceat*, inquit Iurisconsultus, *eo modo duriorem aduersarii condicionem facere.* Iam quo modo durior aduersarii condicio fiat, paratitla nostra verbis hisce declarant, ὅτι τὸ πρᾶγμα λιτιγιῶσον δυνατωτέρῳ αὐτοῦ ἀντιδίκῳ παρεδόθη: hoc est; *quia res litigiosa potentiori, quam ille prior esset, aduersario est tradita*, nimirum Deo, vel religioni, cuius caussa potior est. In l. 83. §. Sacram. D. de verb. oblig. quod dicitur, *Si sine facto eius res sacra esse cœperit*; Græci reddunt, χωρὶς δόλου αὐτοῦ, *sine dolo eius.* An eos scriptum reperisse dicamus, *Si sine fraude eius?* vix puto. potius scholion glossamve crediderim. Et eodem paragrapho, Quæ subiici vsibus dominioque nostro possunt *statim*; declarant, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπερωτήσεως, *ipso stipulationis tempore.* Item in l. 137. §. Quum quis sub hac condicione. vbi dicitur, *Nec ad rem*

pertinet, quod ius mutari potest: Greçi videntur paulo aliter legiſſe, quum vertant, εἰ δυνατόν ἐστιν ὕστερον ἀναμαθῆναι τὸ δίκαιον αὐτοῦ, adeoque paret ex his verbis, eos legiſſe, *Quod ius eius mutari potest.* Hoc equidem inde profectum putem, quia *ius* & *eius* ſimillimę ſibi ſint voces, & quod librarius alteram, ſimilitudine deceptus, omiſerit. In l. 15. D. de iniuriis. §. ſi quis aſtrologus. vbi ſtatim ſubiicitur, *Vel qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur:* Græci legerunt, *Vel qui aliam aliquam illicitam,* ἢ ἄλλην τινὰ ἀπηγορευμένην μαντείαν μηνῶν: vt inter illicitas artes diuinandi, aſtrologia quoque comprændatur. Quum in legis 2. D. de colleg. & corp. hiſce verbis, *Quiſquis illicitum collegium vſurpauerit, ea pœna tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis templa occupant;* in his ergo, quum nulla fiat expreſſa pœnæ mentio, paratitla noſtra planius rem explicantia, κινεῖται κατ' αὐτῶν ὁ Maieſtatis, inquiunt, hoc eſt, *agitur in eos ex lege de crimine maieſtatis.* rurſumque ſubiiciunt initium l. 1. inf. ad l. Iul. maieſt. ὁ de Maieſtatis ὅμοιός ἐστι τῷ περὶ ἱεροσυλίας: id eſt, *Lex de crimine maieſtatis, ſimilis eſt legi de crimine ſacrilegii.* Quum in principio legis 6. Ad l. Iul. pecul. dicitur, *Sacrilegii pœnam* debebit proconſul ſtatuere; Græci reddunt *pœnam ſacrilegi,* hoc eſt, ποινὴν ἱεροσύλου. Ibidem mox condicionem rei, explicant τοῦ ἁμαρτήματος ποιότητα, qualitatem delicti. Hactenus hæc ad Pandectas.

LXVIII. ❡ Adtingam ex Inſtitutionibus dumtaxar duo. Libro 2. tit. 1. de rer. diuiſ. §. Sacræ res ſunt, ſtatim poſt hæc verba ſubiicitur, res ſacras eſſe, quæ rite per pontifices Deo conſecratæ ſint. Monet Contius, exiſtimare quoſdam, rectius prō *conſecrata,*

legi

legi potuisse, *dedicata*. Ego vero statuo, Græcos etiam legisse, *consecrata*; quum vertant ἀνιερωμένα. Quippe depræhendi passim in hac secunda parte paratitlorum, consecrata quidem reddi a Græcis ἀνιερωμένα: dedicata vero, καθιερωμένα. Quæ donariorum vox sequitur, a Græcis redditur, τὰ σκεύη, *vasa sacra*. Sic & in constitutione 17. C. de sacros. eccles. quę Paratitlorum liber ex verbis integræ legis vocat ἱερὰ ἀναθήματα, *sacra donaria*: epitomæ quasi declarantes, ἱερὰ σκεύη nuncupant. Lib. Instit. 3. tit. de mandato, §. Illud quoque, quum dicitur, *Veluti si Titius de furto*, & cet. mandet tibi: Paratitlorum liber etiam τὸ ἱεροσυλῆσαι mentionem facit, perinde ac si eorum auctores legerint: *Veluti si Titius de furto, aut de sacrilegio, aut de damno faciendo*, & cetera.

AD NOVELLAS IVSTIniani constitutiones.

PRINCIPIVM nouellæ tertiæ sic in editis legitur: ἤδη μὲ κοινῷ τε ἢ ἡγεμονικῷ νόμῳ. quod vetus interpres reddidit, *Dudum quidem communi & generali lege*. Νόμος ἡγεμονικὸς non est lex generalis. iccirco non abs re quis dixerit, interpretem legisse, κοινῷ τε ἢ γενικῷ νόμῳ: quæ lectio defendi fortasse possit, verum arbitror equidem, rectius in paratitlis nostris scribi, κοινῷ τε ἢ ἰδικῷ νόμῳ, *tam communi, quam speciali lege*. LXIX.

Nouellæ V inscriptionem Paratitlorum liber eam sequitur, quæ est in Græco: Sextæ vero hanc facit, Νόμος περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι, & cet. In eadem sub finem primi capitis, vbi dicitur, *si accusationis examen negligatur, tam ordinantem, quam ordina-* LXX.

tum a sacerdotio remoueri: addunt exceptionem paratitla, χωρὶς θείων γραμμάτων, qua significant, id locum non habere, si sacræ principis litteræ interueniant. Dubitari tamen potest, an hoc in ipsa nouella fuerit expressum.

LXXI. Ad eiusdem sextæ nouellæ finem Contius ex manuscriptis Latinis quædam adiicit, quæ in editæ nouellæ Græcæ fine desiderantur. atq; hinc liquere notat, editionem Græcam nondum esse perfectam; quod verum esse, fateri sane cogimur. In paratitlis nostris hoc ipsum fragmentum verbis paucis expressum legitur: οἱ δὲ ἄρχοντες μὴ μηνύοντες τὰς κατὰ τοῦ νόμου παραβασίας, ε΄ χρυσίου λίτρας καταθήσουσι ποινήν: hoc est; *Præsides autem,* (de patriarcharum, & metropolitanorum, & episcoporũ, & clericorum pœna iam dictum) *qui violationes legis nõ indicant, pœnã quinque librarum auri soluent.* Etiam in subscriptione discrimen est, quum in Paratitlis legatur: ἐγράφη τῇ ιζ καλανδῶν ἀπριλλίων, ὑπατείᾳ Βελισαρίου καὶ Εὐτροπίου. Editi, & Iulianus antecessor, Belisarium solum consulem adgnoscunt anno imperii Iustiniani nono, quo lex hæc edita fuit. Alii hoc anno Iustinianum & Belisarium in consulatu coniungunt, Eutropii nullam mentionem faciunt.

LXXII. Nouellæ VII, inscriptio est in Paratitlis, Νόμος περὶ τοῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι, &c. Sub finem primi Nouellæ capitis, vbi dicitur, *non esse fas alienare* πολιτικὴν σίτησιν, *annonam ciuilem:* Iulianus *panes ciuiles* interpretatus est, vt & paratitla πολιτικοὺς ἄρτους, ad l. 14. in princ. C. de sacros. eccles. Capite tertio, paragrapho, Quia vero Leonis, pro τὸ ἔκτων ἐξαιρεῖσθαι, scribunt paratitla τὴν ἐκτὴν ὑπεξαιρεῖσθαι. Subscriptio deniq; in paratitlis hæc est, ἐγράφη πρὸ ιζ καλανδῶν μαΐων, ὑπατείας

Βελι-

Βελισαρίου τὸ β: hoc eſt; *a. d. XVII, Kal. Maias, poſt conſulatũ Beliſarii anno II.* Editi ſcribunt latã ipſo cõſulatu Beliſarii. ſed rectius eſt, ꝙ in Paratitlis traditur. Nam dicunt eadẽ, hanc nouellam μεταγενεστέραν, ſiue poſteriorẽ tempore, nouella XLVI, quam Iulianus vult ipſo Beliſarii conſulatu promulgatã.

Conſtitutio IX pręter hanc inſcriptionẽ, ὥστε τὴν ἐκκλησίαν ῥώμης ἔχειν τὴν τῶν ρ ἐνιαυτῶν παραγραφὴν, (pro quo legendum ex m. ſcr. παραγραφὴν) nihil habet Graece redditũ. Nam Latina lingua ſicut edita fuit, ita etiam exſtat. Et neglectã a Graecis arbitror, partim ob eas cauſſas, quas in hac epitome Paratitla noſtra breuiſſimis indicant, Τοπικὴ ἡ διάταξις, μηδὲν πλέον τῆς ἐπιγραφῆς νομοθετοῦσα, ꝙ ſcilicet localis ſit conſtitutio, nec quidquam pręter id ſtatuat, quod inſcriptione cõtinetur: partim etiã, quia per aliã conſtitutionę fuit abrogata, vel (vt Iulianus loquitur) innouata. Paratitla noſtra nouellæ principium more ſuo Latine citant, *Vt legum originem.* quod indicio eſt, ea lingua (ceu diximus) fuiſſe promulgatam.

LXXIII.

Nec itẽ de conſtitutione XI quidquã exſtat hodie Gręce, pręter hanc inſcriptionẽ, ὥστε τὰς περὶ τὸ Βιμινάκιον γινομένας ὑπὸ ῥωμαίοις (legendũ, γινομένας ὑπὸ ῥωμαίους) πόλεις, ὑπὸ ἰδικὸν ἀρχιεπίσκοπον εἶναι, μὴ μὴν ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης. *Vt quæ circa Viminacium ſub Romanorum poteſtatem veniunt † ciuitates, ſub ſpeciali ſint archiepiſcopo; non ſub Theſſalonicenſi.* Editam fuiſſe lingua Latina, iã ante monuit A. Auguſt. ac recte quidẽ. nam Paratitla Latine citãt hęc ex initio nouellę verba: *Multis & variis modis.* Nos epitomen Græcam ex Paratitlis adiiciamus. ac primũ hæc in eis eſt inſcriptio. Ο' αὐτὸς βασιλεὺς καστελλιανῷ ἐπισκόπῳ Ἰουστινιανῆς. de qua corrigenda inſcriptio Latina,

LXXIV.

† in verſione Latina, eccleſiæ. non recte.

proque *Catelliano*; reponendum, *Castellioni*. Deinde sequitur initium Latinæ constitutionis, *Multis & variis modis*. Τῶν περὶ τὸ Βιμινάκιον πόλεων οἱ ἐπίσκοποι πάντες ὑπὸ τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἔστωσαν τῆς πρώτης ἰουστινιανῆς· ἐπειδὴ καὶ ἡ ἐπαρχότης ἡ περὶ παννονίαν, ἐκεῖσε μετέστη. ἐγράφη μηνὶ μαΐου. ὑπατείᾳ βελισαρίου. *Omnes episcopi ciuitatum, quæ sunt circa Viminacium, subsint archiepiscopo primæ Iustinianæ: quandoquidem & præfectura Pannoniæ illuc est translata. Dat. mense Maio. Belisario* c o s. Cum hac epitoma bene quadrat ea, quam Iulianus dedit: qui quidem ostendit, γινομένας ὑπὸ ῥωμαίους πόλεις recte nostris in paratitlis legi; quũ ipse sua in epitoma dicat, *Ciuitates quas noster imperator subiugauit*. Subscriptio quoque nostra, cum Iuliani scriptura consentit; quum in vulgatis illa, *Dat. X X. Belisario* c o s. non respondeat rationi temporum, vtcumque tamdem quis eam, per se mutilam, interpretetur.

LXXV. In constitutionis X V I inscriptione mentio fit Anthemii patriarchæ, qui omnino fuit *Anthimus*, non *Anthemius*, & quidem ille ipse, qui nouella XLII recte vocatur Anthimus, περὶ τῆς καθαιρέσεως ἀνθίμου καὶ σεβήρου. Libet autem hoc loco de veteri libro manuscripto recitare patriarcharum nomina, qui Iustiniano imperante vixerunt; vt aliquam lucem quibusdam legibus & nouellis adferamus, atque de annorum ratione adpareat, quando pleræque vel leges, vel nouellæ constitutiones fuerint editæ. Iustinianum triginta & nouem annis imperio potitum constat. Interea patriarchatus munere perfuncti fuerunt hi: ἐπιφάνιος πρεσβύτερος κωνσταντινουπόλεως, καὶ σύγκελλος, ἔτη ιε. μῆνας γ'. *Epiphanius antea presbyter Constantinopolitanus, & syncellus,*

præfuit

præfuit annis XVI. mensib. III. Ἄνθιμος τραπεζοῦντος ἐπίσκοπος πρότερον, εἶτα κωνσταντινουπόλεως, μῆνας δ. οὗτος καθῃρέθη ὑπὸ τῆς κατὰ τοῦ Σεβήρου συνελθούσης συνόδου. *Anthimus, qui prius Trapezuntis erat episcopus, deinde Constantinopolitanus, præfuit mensibus IIII. Depositus fuit a synodo, quæ contra Seuerum coacta fuit.* Hic ille scilicet Anthimus est, quem corrupte nominari Anthemium diximus. Sequitur, μηνᾶς πρεσβύτερος κωνσταντινουπόλεως, καὶ ξενοδόχος τῶν Σαμψών, ἔτη ις. μῆνας ς. *Menas presbyter Constantinopolitanus, & xenodochus Sampsonicus, præfuit annis XVI. mensib. VI.* Huius in nouellis & Codice frequentissima mentio. Quartus patriarcha sub Iustiniano fuit εὐτύχιος πρεσβύτερος καὶ μοναχὸς τῆς ἐν Ἀμασείᾳ μοναστηρίου, ἔτη ιβ. μῆνας ε. οὗτος ἐξεβλήθη ὑπὸ ἰουστινιανοῦ τῷ λ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας: hoc est; *Eutychius presbyter & monachus Amasiani monasterii, præfuit annis XII. mensib. V. a Iustiniano eiectus, anno imperii eius XXX.* Successit huic ἰωάννης πρεσβύτερος ἀντιοχείας, ὁ ἀπὸ σχολαστικῶν, ἔτη ιβ. μῆνας ς. οὗτος ἐπὶ Ἰουστίνου, καὶ ἐπὶ τιβερίου. Quibus verbis significatur, *Ioannem presbyterum Antiochenum, ex ordine scholasticorum*, hoc est, *aduocatorum, præfuisse XII annis, mensib. VI. & adtigisse Iustini minoris, & Tiberii AA. tempora.* Habes, amice lector, patriarcharum sub Iustiniano seriem. Ceterum quod in ipsa constitutione XVI dicitur, μὴ ἕτερον εὐθὺς ἔξωθεν ἐπεισάγεσθαι, paratitla nostra per hæc verba declarant, μὴ ἀντεισάγεσθαι παγανόν: quæ tibi relinquimus expendenda. Subscriptio, quæ in fine legitur, *Idib. Aug.* cum Paratitlis consentit; quum altera in Græco ab hac diuersa sit.

Nouella constitutio XXXVII περὶ τῶν ἐν ἀφρι- LXXVI.

καὶ ἐκκλησιῶν, integra non exstat. Latine promulgatam, colligitur ex initio, *Venerabilem*; quod Latinis litteris etiam in paratitlis expressum est. In editione Contii postrema, breuis est epitome. Paratitla nostra quum Græcam pleniorem habeant, etiam inscriptione addita, quæ hactenus desideratur: heic eam adscribendam duximus, vt instituto nostro satisfaciamus.

ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Σολόμωνι ἐπάρχῳ πραιτωρίων ἀφρικῆς. *Venerabilem*.

Αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἄφρων ἐκδικείτωσαν τὰ παρ' αὐτῶν ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν ἀφαιρεθέντα κειμήλια καὶ ἱερὰ ἐσθήματα, μὴ ἐκβαλλόμεναι χρονίᾳ παραγραφῇ, τὰ ὑπὲρ τῶν κτήσεων δηλονότι συντελοῦσαι δημόσια.

αἱρετικὸς μὴ βαπτιζέτω, μηδὲ πολιτευέσθω, ἢ ὀφφίκιον μετιέτω.

ὁ ἀναβαπτισθεὶς πάσης ἀπεχέσθω στρατείας.

ἰουδαῖος χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω, μήτε κατηχούμενον περιτεμνέτω.

μηδεὶς τόπος τοῖς αἱρετικοῖς ἔστω προσευχῆς.

τὰ δεδομένα προνόμια τῇ ἐκκλησίᾳ καρθαγένης, φυλαττέσθωσαν ἀκαινοτόμητα, μηδενὸς θαῤῥοῦντος ἐξέλκειν τινὰ τῶν αὐτῆς ὅρων. πλὴν εἰ μὴ φονεὺς ἐστὶν ὁ προσφυγὼν, ἢ παρθένων ἅρπαξ, ἢ τοὺς χριστιανοὺς ἐβιάζετο.

τὰ καρποφορηθέντα ταῖς ἐκκλησίαις ἀφρικῆς, μηδεὶς ἀφαιρείσθω.

ἐγράφη τῇ καλανδῶν αὐγούστων, ὑπατείᾳ Βελισαρίου.

Idem Imp. Solomoni præfecto prætoriorum Aphricæ. Venerabilem.

Afrorum ecclesiæ cimelia, vestesque sacras, ipsis per Arianos ablatas, vindicanto; longi temporis præscriptione non repellendæ: modo fiscalia, quæ prædiorum nomine scilicet debentur, conferant.

Hæreticus

Hæreticus ne baptiſſato, nec eſto decurio, vel officium gerito.

Iterum baptiſſatus ab omni militia abſtineto.

Iudæus Chriſtianum mancipium non habeto, nec catechumenum circumcidito.

Hæretici locum nullum, in quo preces concipiant, habento.

Priuilegia conceſſa eccleſiæ Carthaginienſi, inlibata cuſtodiuntor, nemine quemquam extrahere de finibus eius audente: præterquam ſi homicida ſit, qui ad eam confugit, aut raptor virginum, aut ſi vim Chriſtianis adtulerit.

Nemo Africanis eccleſiis auferat, quæ ipſis oblata ſunt.

Dat. Kalendis Auguſtis. Beliſario cos.

Hæc epitome ad integram conſtitutionẽ quam proxime accedit, tam inſcriptione, quam ſubſcriptione, cum aliis quibuſdam ex ipſa nouella ſic reſtitutis; vt æquiore iam animo iacturam illius integræ ferre poſſe videamur.

LXXVII. In titulo nouellæ XLIII pro περὶ τῶν ἐργαστηρείων κωνσταντινουπόλεως, ὥστε, & cet. lege, περὶ τῶν ἐργαστηρείων τῆς κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας, ὥστε. In fine nouellæ XLV legitur, τόν τε ἡμέτερον γινώσκοντα νόμον, *legem noſtram cognoſcens*, pro quo vetus interpres reddidit, *Noſtram cognoſcens mentem*. Ergo ſuo in libro reperit, τόν τε ἡμέτερον γινώσκοντα νοῦν. Nouellæ autem XLVI ſubſcriptio, quæ in editis exſtat huiuſmodi, *Dat. XIIII Kal. Septemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Beliſ. V.C. anno II.* ſic mutanda ex Iuliano & paratitlis, *Beliſario V. C. conſ.* Hanc enim tradunt ante nouellam VII promulgatam, quæ fuit edita anno II poſt conſulatum Beliſarii, plane permutatis inter ſe ſubſcriptionibus.

LXXVIII. Subſcriptio nouellæ LVI in libris editis eſt huiuſmodi. *Dat. III Kal. Nouemb. Conſtantinop. Imper. Dn. Iuſtiniani A. anno XI poſt Beliſarii V. C. conſulatum anno II.* In Paratitlis autem noſtris ab hac diuerſa, ἐγράφη πρὸ τριῶν νόνων νοεμβρίων, βασιλείας ἰουστινιανοῦ τὸ ιά, μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου τὸ γ' ἰνδικτιῶνος α': hoc eſt, *Dat. a. d. III Non. Nouembr. imperii Iuſtiniani anno XI poſt conſulatum Beliſarii anno III. indictione I.* Quam ſane ſubſcriptionem veram deprehendet, qui eam ad temporum rationem examinabit.

LXXIX. Nouella LVIII miſſa ſcribitur ad Ioannem P.P. ſi Grecis editionibus fidem habere voluimus: ad Menam vero patriarcham, ſi nouellarum interpreti antiquo credemus. Vtrumque locum habere poteſt, quia τῆς ὑπεροχῆς mentionem facit ipſa nouella, quæ vox ad præfectum prætorio proprie pertinet: deinde ſub finem nouellæ ſignificatur, ipſum imperatorem miſiſſe hanc etiam patriarchæ, vt is eam quoque curaret exſequutioni tradi.

LXXX. Conſtitutio LXV, cuius eſt titulus, περὶ τοῦ τὰ σκεύη, ἢ οἴκους, ἢ ἀμπελῶνας καταλιμπανομένους (corrupte legitur in editis, ἢ ἀμπέλους, & poſtea καταλιμπανόμενα) τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, & cet. non exſtat Grece noſtris in nouellis editis. Epitomen Latinam ex libro Iuliani Contius repoſuit. Ego, quid exſtet in libro Paratitlorum, notare dumtaxat inſtitui. Primum periit nomen eius, ad quem miſſa fuit nouella. Initium tamen litteris Latinis expreſſum legitur, *Scimus antea promulgaſſe.* Sequitur epitome Græca;

Τοπικὴ ἡ διάταξις, τό τε ἐπιτρέπουσα κατὰ τὸν αὐτῆς προοίμιον ἐκποιεῖσθαι τὰ εἰς αἰχμαλώτων ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων, ἢ ἀποτροφὴν πτωχῶν καταλιμπανόμενα τῇ ἐκκλησίᾳ μυσίας, ἡνίκα μα-

κραὶ

χρεὶν ἀπόκεινται, καὶ τοῦτο ἰδικῶς ὁ καταλιπὼν διετάξατο.

ἐγράφη πρὸ καλανδῶν ἀπριλλίων, βασιλείας ἰουστινιανοῦ τὸ ιγ΄. ὑπατεύοντος ἀπίωνος.

Quæ Haloander adiecit in fine constitutionis, ea nec apud Iulianum, nec in Paratitlis nostris exstant. Subscriptionem corruptam legimus in editione Contii. Nostra temporum rationi respondet, nec multum ab ea discrepat, quam Franciscus Pithæus noster, V.C. in Iuliano suo restituit. Epitomes hæc interpretatio est:

Localis est hæc constitutio, tunc permittens secundum determinationem ipsius alienari, quæ ad redemtionem captiuorum, vel ad alimenta pauperum, ecclesiæ Mysiæ relinquuntur: quum ea longe dissita sunt, & quum ita specialiter ordinauit is, qui reliquit.

Dat. a. d. Kal. April. imperii Iustiniani anno XIII. Apione COS.

LXXXI. Septuagesimæ nonæ constitutionis inscriptio est, *διάταξις, περὶ τοῦ ποῖ χρὴ δικάζεσθαι μοναχοὺς καὶ ἀσκητρίας.* In eius capite tertio quod legitur, *καθειργνύσθωσαν ἐν τοῖς καλουμένοις δεκανικοῖς*, & vetus interpres reddidit, *Retrudantur in locis, quæ decanica* (sic enim scribendum, pro *decaneta*) *nuncupantur:* hoc ergo paratitlorum liber declarans, hisce verbis exposuit: *εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἐγκλείστραν ἐμβαλλέσθωσαν*, quod iam per se planum est. Ibidem & subscriptio vitiosa est in editis, *Dat. VI eid. Martii. imper. Dn. Iustiniani PP. A. anno XV. Arione V. C. conf.* quæ quidem in Paratitlis rectiùs ita legitur, *ἐγράφη εἴδοις μαΐαις, βασιλέως Ιουστινιανοῦ τὸ ιγ΄. ὑπατείᾳ ἀπίωνος. Dat. eid. Maiis. imper. Iustiniani anno XIII. Apione conf.* Nimirum nec Apius hic fuit, nec Ario; sed Apio semper in

Paratitlis vocatur, eiusque consulatus in annum Iustiniani XIII, non XV incidit.

LXXXII. Inscriptio nouellæ CIX in editis Græcis eiusmodi est, περὶ αἱρετικῶν τῇ πίστει γυναικῶν: in Latinis, *De priuilegiis dotis hæreticis mulieribus non præstandis:* in Paratitlis deniq; nostris, περὶ αἱρετικῶν καὶ γαμετῶν αὐτῶν, *De hæreticis & eorum vxoribus.* Et tam in Græcis, quam Latinis missa legitur ad Ioannem P.P. vbi nostra paratitla scribunt, Ἰωάννῃ τηρητῇ τῶν ἐπαρχιῶν, *Ioanni conseruatori prouinciarum*. quod equidem rectum puto. Deinde in constitutionis principio quid tamdem esse dicemus, *In omni nostra reipublica & imperii vita?* Si de paratitlorum auctoritate vocem vnicam βίῳ mutes in τόπῳ, sententiam veram restitueris. Dicit enim imperator, se credere, spem collocatam in Deum, esse vnicum subsidium suum in omni reipublicæ atq; imperii loco. In subscriptione pro, II Kal. Maii, habent paratitla, τῇ ε΄ νόνων μαΐων. a.d. V Nonas Maias. Illud maioris est momenti, quod in editis annus Iustiniani XIIII legitur; in Paratitlis, XV. ac recte quidem. nam ad eum Basilii consulatus refertur.

LXXXIII. In veteri nouellæ CXI editione Latina notatur, fuisse missam ad Theodotum P.P. orientis: in editione vero Græca prorsus id omissum est. Paratitla tamen nostra faciunt inscriptionem huiusmodi: ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἠλίᾳ ἐπάρχῳ τοῦ ἰλλυρικοῦ. *Idem Imp. Eliæ P.P. Illyrici.* Et omnino arbitror, hunc illum ipsum esse P.P. Illyrici, ad quem etiam missa fuerit cõstitutio CLIII, vbi tamen in vulgatis pro ἠλίᾳ legitur Μηνᾷ. Hæc quidem constitutio, de qua hoc loco agimus, Latine publicata fuit, sicut & initium hoc, *Quod medicamenta*, Latinis verbis paratitla citant.

Nouel-

Nouellæ CXX titulus est in paratitlis, περὶ διαφόρων ἐκκλησιαστικῶν κεφαλαίων. Capite autem primo. §. de competentibus, ob distinctionē non bonam locus est tam in Græcis, quam Latinis vitiosus; atque ipso etiam in Iuliano. Sic enim distingui legique debet: κελεύομεν, εἰ μὲν τὰ τοιαῦτα προάστεια πρόσοδον ἔχει, qua distinctione facta, sequitur: ἐπὶ ὁλοκλήρῳ τῷ κανόνι παρὰ τῶν διοικούντων τοὺς αὐτοὺς εὐαγεῖς τόπους, εἰς ἐμφύτευσιν ταῦτα, &c. τῷ λαμβάνοντι καὶ ἄλλοις δύο διαδόχοις δίδοσθαι: hoc est; *Iubemus, vt siquidem eiusmodi suburbana reditum habent; sub præstatione solidi canonis a religiosorum locorum administratoribus in emphyteusin concedantur illi, qui emphyteusin accipit, & aliis duobus ipsius successoribus.* Quibus in verbis etiam notabis, pro καὶ ἄλλαις δύο διαδοχαῖς repositum, καὶ ἄλλοις δύο διαδόχοις, sicut & Iulianus loquitur, *In persona ipsius, qui accepit, & in aliis duobus heredibus.* Apud eumdem sic distinguendum, vt istæc verba, *In solito reditu*; non ad præcedentia, sed ad sequentia referantur, & pro *solito* reponatur *solido*, sicut in Græco ἐπὶ ὁλοκλήρῳ κανόνι δίδοσθαι, quod Iuliano est, *In solido reditu præstari.* Capite X, quæ ἱερὰ σκεύη vocat constitutio, paratitla declarant per ἅπλα κειμήλια. Et in eiusdem capitis fine, pro καὶ ὁμοίως παρέσχειν, legunt καὶ ὁμοίως τῷ βουλομένῳ παρέσχειν. Item XI capite τὸ πάκτον explicant ἐμφυτευτικὸν κανόνα: *Pactionem emphyteuticam* dixit Iulianus. In subscriptione pro *VII id. Maii*, legitur in Paratitlis εἰδοῖς ἰουνίαις, *eidibus Iuniis.* Deinde prorsus anni Iustiniani imp. non exprimūtur, ideoq, recte nostris in Paratitlis: βασιλείας ἰουστινιανοῦ τῷ ιη μετὰ τὴν ὑπατείαν τοῦ βασιλείου τῷ γ΄. h. e. *imperii Iustiniani anno XVIII, post consulatū Basilii, tertio.* quod & cum Iuliano, & cum temporum ratione consentit.

LXXXIV.

LXXXV. Qui nouellæ C X X I I I titulus est in editis, eum paratitla referunt ad nouellam C X X. id quod modo indicabimus: & huius C X X I I I titulum faciunt, περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, sane consentaneum ei, quem vetus interpres nouellarum posuit. Sed quem ille nominat in ipsa inscriptione, *Petrum magistrum sacrorum officiorum*: tam veteres manuscripti Latini, quam Paratitla vocant ἔπαρχον τῶν πραιτωρίων, *Præfectum prætorio*. In ipso cõstitutionis initio, quum X X X V annorũ mentio fit, quibus minor esse non debeat episcopus ordinandus: Paratitla dumtaxat annorum X X X verbis hisce meminerunt, οὐχ ἧττον τριάκοντα ἐνιαυτῶν. Paulo post in §. Si vero, vt euenit, &c. ista verba, ἐκεῖνος ᾧ ἁρμόζει χειροτονῆσαι τὸν ἐπίσκοπον, sic declarat paratitlorum liber, vt intelligatur ὁ ἁρμόδιος πατριάρχης, ἢ ὁ μητροπολίτης. In fine capitis I I, lege apud interpretem veterem, non *oblationem*, sed *obligationem*, ἐνοχὴν in Græco. Ibidem, quam *professionem* dixit interpres, ὁμολογίαν e Græco vertens, Paratitla exponunt ἀσφάλειαν, *cautionem* siue assecurationem, vt vulgo loquuntur. Sub finem capitis I I I, quum statuitur, vt ecclesia possidente reditum non minorem duabus auri libris, enthroniastici nomine solidi X I I, reliquarum consuetudinum caussa solidi V I, præstentur: si proportionis haberi ad præcedentia debet ratio, reponendi posteriore loco solidi X V I, quemadmodum & Iulianus fecit. Capite V I, sub finem, pro, ἢ φροντίδα οἴκου αὐτοῖς πιστεύσαντος, ex paratitlis scribe καταπιστεύσαντος. Principio capitis X I I I, statuitur, ne presbyter fiat, qui minor est annis X X X V. sic vetus interpretatio. Paratitla cum Græco textu X X X dumtaxat annorum

mentionem

mentionem faciunt. Ad caput XIX scholii vice ponunt, Σημείωσαι, κατὰ τὸ στρατιωτικὸν καστρένσιον ὡς ὁ ὑπεξούσιος κληρικὸς τὰ κτώμενα αὐτῷ ἐκ τοῦ κλήρου αὐτεξουσίως διακατέχει: hoc est; *Nota, quod instar peculii castrensis etiam filiusfamilias, qui clericus est, quæcumque ex clericatu adquirit, in sua potestate possideat.* In fine capitis XXII post μηδεμίαν ἐγγύην, pro ἢ ὁμολογίαν legitur in paratitlis ἢ ἐξομοσίαν ὑπὲρ τῆς δίκης ἀπαιτείσθωσαν, & statim adiicitur, quod in nouellis deest, ἀλλὰ μόνον ἐνυπόθηκον ἀσφάλειαν. Eorum verborum sententia est, ab episcopis nullam fideiussionem aut iuratoriam cautionem exigendam, sed dumtaxat hypothecariam, sub patrimonii scilicet obligatione, de quo liberum lectori iudicium relinquo.

lxxxvii. Post eiusdem nouellæ constitutionis caput XXIII, & ante XXIIII caput hæc inserunt paratitla nostra, Κληρικὸς παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μὴ ἀποδημείτω, τὰς προειρημένας ποινὰς εὐλαβούμενος, ἃς κατὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπήγαγεν ἡ διάταξις: hoc est; *Clericus absque sui episcopi voluntate peregre non proficiscitor, prædictas pœnas metuens, quas ipsis episcopis* (scilicet idem hoc facientibus) *irrogauit hæc constitutio.* Videndum, an hæc particula exstet alicubi in nouellis integris manuscriptis. quippe nec Iulianus vllam eius mentionem fecit, hoc quidem in loco.

lxxxviii. In eiusdem nouellæ capite XXXIII transscribitur in Græcis editionibus totum I caput nouellæ V. sed omittuntur hæc in paratitlis, quæ a materia capitis XXXII, statim ad compræhensa capite XXXIIII transeunt. In fine capitis XXXV, vbi de monacho dicitur, ἢ ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ ἐν ἀγροῖς περιέρχεται, hoc ipsum paratitla duobus verbis declarantia, εἰ πλανήτης γένηται, inquiunt: *si factus fuerit erro.* Ini-

tio capitis ſequentis, vt vna in domo habitent monachi, præcipitur: ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντας οἰκεῖν. Paratitla vero legunt, ἐν ἑνὶ οἴκῳ ἢ δύο πάντας οἰκεῖν, *vt in vna domo, vel in duabus, omnes habitent.*

LXXXVIII. Eiuſdem nouellæ CXXIII ſubſcriptio noſtris in libris editis imperfecta eſt, & vitioſa. Nam ita legitur: *Dat. Kal. Maii. Conſtantinop. Iuſtinian: PP. Aug. . . . Baſilio V. C. conſ.* Paratitla vero ſic habent: ἐγράφη μηνὶ μαΐῳ βασιλείας ἰουστινιανοῦ τῷ κ'. μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου, ε'. hoc eſt; *Dat. menſe Maio: imperii Iuſtiniani anno XX. poſt conſulatum Baſilii, quinto.* Qua cum notatione temporum, Iuliani quoque ſcriptura conſentit.

LXXXIX. Conſtitutionis CXXIX in editione Græci textus inſcriptio deeſt, quam huiuſmodi paratitlorum liber ſuppeditat: ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἀρεοβίνδῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων, quod vetus interpres Latinus non omiſit. In ſubſcriptione mentio fit anni Iuſtiniani XXV. recte id quidem, conſentientibus in hoc tam Græcis, quam Latinis editionibus, & ipſis preterea paratitlis noſtris. ſed quæ ſequuntur, mutila ſunt; quum dicitur edita nouella conſulatu Baſilii. quæ cauſſa Contium mouit, vt pro XXV anno Iuſtiniani, reponendum putaret XV, in quem Baſilii conſulatus incidit. Sed retinere priorem numerum debuit, & de vocum ſequentium reſtitutione cogitare, quæ facillima eſt, ſi cum Paratitlis legamus: βασιλείας ἰουστινιανοῦ τὸ κε'. μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου, ι': hoc eſt; *imperii Iuſtiniani anno XXV. poſt conſulatum Baſilii, X.* Nam ea ſubſcriptio temporum ſupputationi accurate reſpondet.

XC. In conſtitutione CXXXI, capite tertio, mentio fit epiſcoporum Daciæ mediterraneæ, & Ripēſis, & τε-

& πειζαμίας, pro quo legitur in paratitlis πραϐαλιτανῆς, quæ Prævalis est, non *Privalis*, vt vetus habet interpres. Iulianus *Praevalitanam* adpellat. Deinde quod initio capitis quarti sequitur, tam in textu Græco, quam interpretatione veteri Latina corruptum est. Τὸ δίκαιον τῆς ἀρχιερωσύνης, ὅπερ τῷ ἐπισκόπῳ ἰουστινιανῆς καρχηδόνος τῆς ἀφρικῆς διοικήσεως δεδώκαμεν, ἐξ οὗπερ ὁ θεὸς ταύτην ὑμῖν ἀποκατέστησε, φυλάττεσθαι κελεύομεν; quod vetus interpres ita reddidit: *Ius pontificis, quod Episcopo Iustinianæ Carthaginis Africanæ ciuitatis dedimus, ex quo Deus hanc nobis restituit, seruari iubemus.* Græca primum sic emendanda, τὸ δίκαιον τῆς ἀρχιερωσύνης, ὅπερ τῷ ἐπισκόπῳ ἰουστινιανῆς δεδώκαμεν, & τῇ καρχηδόνος τῆς ἀφρικῆς διοικήσει, ἐξ οὗπερ ὁ θεὸς ταύτην ἡμῖν ἀποκατέστησε, φυλάττεσθαι κελεύομεν, quorum hæc sententia est, imperatoris menti respondens: *Ius Pontificatus, quod episcopo Iustinianæ dedimus, etiam Carthaginensi in Africa diœcesi. postquam nobis hanc Deus restituit. seruari iubemus.* Vult nimirum eadem habere iura Carthaginensem pontificem in sibi subiecta diœcesi, quæ archiepiscopo Iustinianæ primæ in subiectas sibi diœceses tam hac in nouella, capite proxime præcedenti, quam in nouella XI superius imperator tribuerit.

Quod in eiusdem nouellæ capite XV de xenone Sāpsonico verbis hisce dicitur, & τῷ ξενῶνι τῷ καλουμένῳ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Σαμψὼν, apud interpretem veterem sic versum legitur, *Xenodochio quod vocatur sancta Maria Sanso.* quæ verba corrupta sunt, quum interpres scripserit, *Sanctæ memoriæ Sampsonis.* Eius xenonis frequens in Codice ac nouellis mentio. Cedrinus etiam originem exposuit. Quod statim subiicitur, & τοῖς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ διαγωδ-

xci.

σίαν καθεστῶσιν εὐκτηρίαις, vocem δικαιοδοσίας corruptam habet; pro qua reponendum διοίκησιν, vt in Basilicis, & aliis manuscriptis legitur, veteri etiam interprete adsentiente, qui *gubernationem*, non *iurisdictionem* vertit. Postremo quod subscriptionem adtinet, ea quoque vitiosa est, quum nec annos Iustiniani exprimat, & Basilii tamen consulatum ponat. Nos huic rei de Paratitlis remedium adferamus. Eorum hæc verba sunt, ἐγράφη πρὸ ιη καλανδῶν ἀπριλλίων, βασιλείας ἰουστινιανοῦ τὸ ιή. μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου, τὸ δ΄. hoc est; *Dat. a.d. XVIII Kalend. April. imperii Iustiniani anno XVIII. post consulatum Basilii, quarto.*

XCII. Titulus nouellæ CXXXII haud dubie Græca in editione corrupte legitur, ἔδικτον περὶ πίστεως. Non enim heic de fide tractatur. itaque recte Paratitla nostra, ἔδικτον περὶ αἱρετικῶν. cum quibus etiam titulus veteris interpretationis consentit, si recte restituatur. Nam pro, *De interdictis collegiis hæreticorum*: legendum, *Edictum de collectis hæreticorum*. Deinde restituenda & inscriptio, quæ in Græcis desideratur: Αὐτοκράτωρ ἰουστινιανὸς κωνσταντινουπολίταις. & in Latina itidem huius interpretatione veteri, pro, *Episcopo Constantinopolitano*, reponendum, *Populo Constantinopolitano*. Nam ad populum, non ad episcopum promulgata fuit constitutio. Subscriptio prorsus in Paratitlis deest. itaque vulgatam ex eis corrigere non possumus.

XCIII. Constitutio CXXXIII in Græca quidem inscriptione missa legitur ad Ioannem archiepiscopum Constantinopolis. quod omnino vitiosum esse constat ex iis, quæ paulo ante de quinque patriarchis diximus, qui Iustiniano imperante præfuerunt.

fuerunt. Inter eos vltimus recenſetur Ioannes, & additur, eum ſub finem vitæ Iuſtiniani ſubſtitutum fuiſſe in locum Eutychii depoſiti; adeoque temporibus etiam Iuſtini & Tiberii AA. eccleſiam adminiſtraſſe. Præſens vero conſtitutio lata fuit anno imperii Iuſtiniani XIII, Apione conſ. ſicut ex Paratitlis paulo poſt ſignificabimus, a quo tempore Iuſtinianus adhuc XXVI annis imperio potitus fuit. Ergo cum Paratitlis hoc modo mutanda inſcriptio, Μηνᾷ τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ. quam inſcriptionem ſequutus eſt vetus etiam interpres. Idem vbique vertit, *Beatitudo tua:* quum in Græca legatur partim ἡ σὴ ὑπεροχὴ, partim ἡ σὴ ἐνδοξότης, qui tituli præfectis prætorio tribuebantur. Vnde colligitur, eamdem nouellam & patriarchæ primum, & ceteris deinde magiſtratibus inſinuatam fuiſſe. cuiuſmodi quiddam ſupra quoque notauimus ad nouellam CXI.

Subſcriptionem hanc tam Græcæ, quam Latinæ habent editiones ad finem huius CXXXIII conſtitutionis. *Dat. XVII Kalend. April. Conſtantinop. Arione V.C. conſ.* Quilibet animaduertit, eam pariter & mancam, & vitioſam eſſe. Dabimus ergo germanam & integram noſtris ex paratitlis, ſicut in non paucis hactenus idem præſtitimus. ἐγράφη (inquiunt) τῇ νόνων μαΐου βασιλείας ἰουστινιανοῦ τῷ ιγ΄. ὑπατείᾳ ἀπίωνος. hoc eſt; *Dat. Non. Maii. imperii Iuſtiniani anno XIII. Apione conſ.* Ceterum boni conſulat hoc loco lector quoddam noſtrum ὕστερον πρότερον. Nam propemodum oblitus eram dicere, veterem nouellarum interpretem ſuis in libris eumdem conſtitutionis huius titulum inueniſſe, qui noſtris eſt in Paratitlis hic, περὶ τοῦ πῶς δεῖ βιοῦν

xciv.

τοὺς μοναχούς. ſic enim reddidit: *Quomodo oporteat monachos viuere.*

XCV. Titulus hic nouellæ CXXXVII, περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, cuiuſmodi tam in Græca, quã Latina editione exſtat, non eſt integer; ideoque de Paratitlis noſtris hæc addantur, καὶ περὶ συνόδων, καὶ προσκομιδῆς: hoc eſt; *Et de conciliis, ac oblatione.* Nam hæc quoque duo in ea tractantur capita. Videtur autem omnium vltima, quod temporis rationem adtinet, eſſe conſtitutio Iuſtiniani; quia XXXIX imperii eius anno lata fuit. Quod ſane de ſubſcriptione huius, qua in hactenus editis Græcis ac Latinis exſtat, nequaquam colligi potuit. Itaque Paratitlis hanc quoque ſubſcriptionem reſtitutam debemus, partim Latinis, partim Græcis verbis expreſſam hoc modo: *Dat. X. kalendas April. Conſtantinop.* βασιλέως ἰουστινιανοῦ τῷ λθ΄. μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου, κδ΄.

XCVI. Ponam hoc loco ex nouella CXLIIII principium primi capitis, ſic emendatum, vt omnino legi debet. καὶ διὰ τοῦτο θεσπίζομεν. μὴ κληρονομεῖν αὐτοὺς ἐκ διαθηκῶν, ἢ τούτων χωρὶς, μηδὲ πρεσβεῖα λαμβάνειν, ἢ κατὰ δωρεὰς πρός του κομίζεσθαι (antea legebatur ἐκποιεῖσθαι) πρᾶγμα. ἀλλὰ μηδὲ κατὰ τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κλῆσιν ἔχειν διαδόχους σαμαρείτας, (antea κλῆσιν ἀδιαδόχους σαμαρείτας) ἢ ὅλως αἱρετικούς, μηδὲ σχηματιζομένους τὴν ὀρθὴν τῶν χριστιανῶν προσδέχεσθαι πίστιν, ταῖς δὲ ἀληθείαις οὐχ οὕτω φρονοῦντας, ἢ πράττοντας ταύτῃ (antea ταῦτα) συμβαίνοντα. μηδὲ μὴν διαθήκας αὐτοὺς γράφειν, ἢ ληγάτα καταλιμπάνειν, ἢ δωρεῖσθαι, πλὴν εἰ μὴ ὀρθόδοξοι εἶεν καὶ πίστει, καὶ ἔργοις, οἱ ταῦτα ληψόμενοι. εἰ γὰρ μηδεὶς τούτων εἴη, &c cet. Quorum verborum hæc eſt ſententia: *Et propterea ſancimus, vt ipſi nec ex teſtamentis, nec ab inteſtato ſuccedant; neque legata capiant,*

οἱ ταῦτα defuit hactenus in editis.

ant, aut vllam rem donationis titulo consequantur. Nec item ab intestato successores Samaritas habeant, aut vllos omnino hæreticos, ne quidem si rectam Christianorum fidem amplecti se simulent, quum reapse non ita sentiant, aut ei consentanea faciant. Non etiam testamenti tabulas conscribant, aut legata relinquant, aut donationes instituant; nisi qui ea sunt accepturi, tam ipsa fide, quam factis orthodoxi sint. Nonnihil hic me torsit locus ante, quam eius emendationem hanc de paratitlis nostris eruerem.

xcvII. In medio propemodum secundi capitis eiusdem nouellæ, pro φανεῖν ἐπὶ τὴν προτέραν, lege φανεῖεν. Paulo post, τὰ διελέγχοντα αὐτοὺς ὑποκρίσει, lege ἐν ὑποκρίσει. Rursus vbi dicitur, φαμὲν δὴ τοὺς μὲν μετὰ χρήσεως διδασκαλίας ὅλους αἰσθανομένους, lege τοὺς μὲν χρήσεως διδασκαλίας ὅλως αἰσθανομένους. Item postea, τοὺς δὲ νέους σφόδρα καὶ διδασκαλίας οὐ συνιέντας, repone καὶ τὰ τῆς διδασκαλίας, & cet. mox pro ἁρπάζεσθαι, scribe ἁρπάζεται.

xcvIII. Constitutionis CXLVI inscriptio est in libris Græcis editis περὶ ἑβραίων. Sed pleniorem vetus interpres dedit, quam quia propemodum eamdem esse video cum illa, quam liber Paratitlorum recitat: libet eam hoc loco describere: Ὥστε ἄδειαν εἶναι τοῖς βουλομένοις ἑβραίοις ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν διὰ τῆς ἑλληνίδος φωνῆς, ἢ τῆς ἰταλῆς, ἢ καὶ διὰ τῆς τῶν ἄλλων γλώττης, συμμεταβαλλομένης τοῖς τόποις, ἀναγινώσκειν τὰς ἱερὰς γραφάς. καὶ ὥστε ἀπελαυνέσθαι τόπου παντὸς τοὺς ἀρνουμένους τὴν κρίσιν ἢ ἀνάστασιν, ἢ λέγοντας κτίσμα θεοῦ μὴ ὑπάρχειν τοὺς ἀγγέλους. Adiiciam & latine redditam, quum paulum ab illa veteri discrepet: *Vt licitum sit Hebræis, siquidem velint, in synagogis suis vel Græca, vel Itala, vel aliorum populorum lingua, cum locis ipsis mutanda, legere scripturas sacras: & vt expellantur e quouis loco, qui*

iudicium vel resurrectionem negant, aut angelos non esse Dei creaturam dicunt. Et hactenus quidem hæc e Paratitlis restituta sunto.

IO. LEVNCLAVII

NOTATORVM

LIBER II,

QVO COMPLVRES LEGES ET loca iuris ciuilis ex Basilicorum, & aliis Græcorum de iure libris, restituuntur & illustrantur.

ANNVS hic nouus est, quum Græce Latineque Basilicorum Synopsin nostram publicaturi, breues eidem notas adiungeremus; quibus loca non pauca iuris ciuilis indicabamus, quæ vel lucis aliquid ex interpretatione Græcorum consequerentur, vel corrupta sanari, vel mutilata redintegrari possent. Eum laborem quum iurisconsultis hac ætate primi nominis, Cuiacio, Basilio Amerbachio, Pithæis fratribus, Hotomano, Fornerio, ceteris, in quibus sunt auctores editionis Vignonianæ, qui ius ciuile nuper nobis dederunt, haud displicuisse videam: libet hoc tempore, quo nonnihil otii nanctus sum ab aliis momenti maioris occupationibus, quæ me hactenus aliquot annis ab huiusmodi litterariis lucubrationibus auocarunt, eam ipsam commentationem interpolare; seruato tamen notarum modo, mutatis plerisque mutandis, recisis recidendis, additis addendis;

vt eo

vt eo maior hinc fructus ad legum ſtudioſos redeat, quorum commodis libenter hanc opellam tribuendam, inſtituto priſtino, putauimus.

Monitum vero te volo, lector, me iterum anno, poſtquam hæc quoque ſcripſiſſem, nono perlegiſſe notas haſce, typographo tradendas. Ibi quum Marquardus Freherus, conſiliarius Palatinus, amicus inter primos ſemper habendus, mihi ſignificaſſet, a Cuiacio nonnulla Synopſeos meæ reprehenſa: diligenter inſpectis iis locis, omnia prius a me ipſo correcta reperi, quæ ille notaſſet. Id qui verum eſſe teſtetur, magis idoneum tibi neminem ipſo Frehero poſſum producere, cui propterea laborem hunc inſpiciundum exhibui. Sane quum licere ſibi Cuiacius voluerit, vt ſua pleraque retractaret; quin aliis idem ius ſit, dubitari non debet. Hominis quidem inconſtantiam mirari ſubiit, qui verbis honorificis iudicium de opere meo ſuum perſcribi ad me voluerit ab auditore ſuo, Zacharia Geizcoflero, magni viro ingenii, & rerum vſus, nunc Fredinandi Archiducis Auſtrii conſiliario: nec tamen imperare ſuo tantum potuerit animo, quo minus ex eodem ore calidum & frigidum, quod dicitur; hoc eſt, quo minus antea commendatum, vice verſa non ſine ſupercilio quodam inſectaretur ac pungeret. Nam quod etiam defendit illum, qui ante me Synopſin temere conatus erat interpretari; quo profectum fuerit ab animi morbo, non lubet dicere. Cur enim Græca publicantur, ſi non exprimi bona fide debent ea, quibus illi ius Latine ſcriptum obſcurius, verbis planioribus illuſtrare voluerunt? Huc equidem reſpiciens, βοήθειαν συγκλητικὴν reddi debere ſcribebam verbis

aliis, quam bonorum possessionem vnde cognati, quo lucem illa Latina de Græcis accipiant. Hinc φρονλιστὰς τῦ δρόμυ, dicendos aiebam, *curatores publici cursus*; vnde iam intelligitur, quos nostri vocarint curiosos in cursu publico. Sic vendere ἐν κύπῳ negabam a Freigio recte redditum, *Vendere in aduersione.* Quid heic Cuiacius? reprehensum temere vult eum, qui vendere ἐν κύπῳ, dixerat *vendere auersione.* At quam dissimilia sunt, *vendere in aduersione*, & *vendere auersione*? Quis non videt, quodnam a Cuiacio crimen heic committatur? Et quid Græca mihi prodest interpretatio, si ἐν κύπῳ Latine reddere nolim, vt sonat, quo tamen declaratio sensus latentis in auersionis obscuriore vocabulo continetur? Possem in Cuiacii quoque libris illis obseruationum & emendationum perinde næuos indicare non paucos, atque factum ab aliis: sed vlterius prouehi nolim, ne cum laruis, quod dici solet.

AD LIBROS DIGESTORVM.

1. SVB finem l. 5. D. de iust. & iu. post recitationem eorum, quæ de iure gentium sunt introducta; tamdem iurisconsultus ait, eas obligationes excipiendas, quæ a iure ciuili veniant. Hoc loco Græci subiiciunt, ὡς ἡ ἀγωγὴ, ἡ μεταθετικὴ τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν, ἢ ἡ περὶ ἐμφυτεύσεως: id est, *qualis est actio, quæ antiquum debitum in nouum transfert, & emphyteutici contractus actio.* Ea verba non est quod quispiam existimet a Græcis reperta Latinis in codicibus, sed haud dubie declarationis caussa sunt adiecta: qualia complura reperiet, qui diligentius hæc pellegere voluerit. Eodem pertinet, quod paulo post in l. 7. D. eod. generalius quodam modo dictum, Græci restrictius exposuerunt. Nam quum

Papi-

Papinianus ait, *esse ius ciuile, quod ex legibus veniat:* eleganter Græci, quod latiore quadam accipi significatione poterat, adiecta voce vnica non ita large intelligendum monuerunt. Leges enim heic interpretantur τὴν δωδεκάδελτον, hoc est, *leges XII tabularum.* quod sane concinnum est, & videri non abs re posset alicui, post eas voces, *Quod ex legibus,* Latinis etiam in libris vetustis adiectum fuisse, *XII tabularum*; vel saltem, XII, vt tabularum vox subintelligeretur: nisi diligentius hęc rimanti planum esset, familiare Græcis interpretibus hoc fuisse, vt inter vertēdum obscuriuscula nonnumquam declararent, artarent latiora, priora de posterioribus principū constitutionib. in ipso, quem vocāt, verbōrū contextu corrigerēt: quorum omniū exempla suis locis indicabimus, & obseruare plura poterit, qui volet. Notarunt & Latini glossatores, iuris adpellatione nonnūquam intelligi leges XII tabularum. gl. in l. 6. d. t. de iust. & iu §. Hoc igitur ius.

Monstrabimus infra, de Basilicorū libro VI. tit. VI. in Nouella cōstitutione Iustiniani LXXX pro *Quæstore*, reponendū *Quæsitorem*. Nā Græci ἐρευνητὴν interpretātur. Videat lector, an etiā in l. 2. §. Deinde quum ærarium. 12. D. de orig. iur. pro *Quæstorib. parricidii*, sint reponēdi *quæsitores parricidii.* II.

In l. 34. D. de legib. nostrorū interpretum variæ sunt explicationes vltimorū legis verborū, vbi dicitur; *An etiā contradicto aliquādo iudicio cōsuetudo firmata sit.* Dicūt enim, negantē particulā *Nō* desiderari. qua adiecta, plana sentētia sit, videlicet vt ita legatur: *An etiā nō cōtradicto aliquādo iudicio cōsuetudo firmata sit*, i. e. quasi nemo cōtradixerit. Hāc lectionē de manuscriptis libris ꝓbare debuerant. III.

Florentinum quidem exemplar repugnat. & si quis paulo adtentius verba iuriſconſulti reſpexerit, facile videbit, eam ſcripturam locum habere non poſſe. Quo autem modo ſe torqueant, ſi abſque negatione verba retineantur, mitto prolixius dicere. Id quidem conſtat, eos has voces, *Iudicio contradicto*, coniungere. Si Græcos ſequamur, per immutationem vnius litteræ ſententiam verborum perſpicuam habebimus. Nam quum illi ſic verterint, τότε κεχρήμεθα τῇ συνηθείᾳ, ὅτε ἀμφισβητηθεῖσα ἐν δικαστηρίῳ ἐβεβαιώθη: hoc eſt; *tunc vtimur conſuetudine, quum aliquando in dubium vocata, iudicio firmata fuit:* ſatis intelligitur, in vetuſtis eos libris, quibus vſi fuerunt, ſcriptum reperiſſe; *An etiam contradicta aliquando iudicio conſuetudo firmata ſit.* Qua lectione probata, locum habebit interpretatio gloſſæ prior, quæ iudicium vult accipi pro ſententia iudicis. Itaque planiſſima verborum ſeries erit, quum de conſuetudine quis confidere videtur, explorandum eſſe, an etiam contradicta aliquando conſuetudo, firmata iudicio ſit. Atque hanc lectionem ſequuntur & iuris canonici Græcorum interpretes. vt Ioannes epiſcopus Cirri, cuius reſponſum primum legem hanc citat, libro Reſponſorum primo, qui exſtat libro Iuris canonici Græcorum quinto, quemadmodum in eius editione noſtra parebit.

IIII. Quo loco Græci reſcriptum diui Pii ad Ælium Marcianum recitant, quod exſtat l. 2. §. dominorum. D. de his qui ſui vel al. hiſce verbis ſub finem reſcripti poſitis, *Veniri iube*; ſubiiciunt alia complura, quæ libri Digeſtorum non habent. vt ſunt iſta, ἀλλὰ καὶ τὴν πρᾶξιν καλῇ αἱρέσει ποιεῖν, ὥστε μὴ δεῖσθαι

στο-

σεσοφισμένων αἱρέσεων καὶ μετὰ τὴν ἐκποίησιν αὐτοὺς κακοποιεῖν· ἢ ἐν δεσμοῖς εἶναι συμφωνοῦντας, ἢ ἐπὶ τῷ οἰκεῖν ἐν χώρᾳ βαρυτάτους ἐχούσῃ τοὺς ἀέρας: hoc eſt; *Quin & bona condicione vendant, ne per quaſdam excogitatas aſtu condiciones, etiam poſt alienationem factam ſeruos lædant; vel paciſcendo, vt in vinculis detineantur; vel vt in loco degant, qui aera peſtilentiſſimum & grauiſſimũ habeat.* In his verbis quod primo loco dicitur, *Bona condicione vendant*; id Græci ſumtum ex §. 2. Inſtitut. eod. verbis Digeſtorum inſeruerunt. Cetera declarationis cauſſa fortaſſis adiecta ſunt, quæ & Theophilus in d. t. & §. Inſtitut. quum prope verbis iiſdem poſuerit; ex Baſilicorum libris, vt alia quoque non pauca, decerpſiſſe videtur.

Quod quidam legis vltimæ §. vltimum Senatores, D. de ſenator. verbis Vlpiani temere putarunt adſutum a Tribuniano; fortaſſe probabili coniectura non caruerunt. Sane quod in Baſilicis poſt hæc verba, *Et hi ſoli ſententiam in Senatu dicere poſſunt*; ſubiicitur, καὶ ὅτι ἐν τοῖς ἱπποδρόμοις ὀφείλουσι συνάγεσθαι. item, οἱ ἔπαρχοι προκαθεζέσθωσαν ὅλων, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς οἱ συγκλητικοί: hoc eſt, *In Hippodromis conuenire debent. Præfectorum vrbi prima ſit ante vniuerſos ſedes, poſt eos ſenatorum.* Hoc igitur adtentius conſideranti, certum eſt argumentum, verba etiam hæc præcedentia, ὅτι οἱ ἀπὸ πατρικίων ἕως ἰλλουστρίων, εἰσὶ συγκλητικοί, *A patriciis vſque ad illuſtres, ſenatores ſunt*; ex eodem fonte petita, de quo ſequentia manarint. Hoc enim verum eſſe, quiuis perſpicit ex illis particulis, ὅτι, & καὶ ὅτι. Nos quidem antea de fonte dubitabamus. Nunc certi ſumus, hæc pertinere ad Nouellam Iuſtiniani LXII. quæ integra periit, epitoma dumtaxat opera Iuliani antecesſoris con-

VI.

ſeruata. Quidam eius initium fuiſſe tradunt, *Antiquus temporibus:* alii, *Ante de his ipſis*. A. Auguſtinus in libro Florētino ſcriptum reperiſſe teſtatur, ANTILIDISSIMIS TEMPORIBVS. id equidem legendũ aio, ANTIQVISSIMIS TEMPORIBVS. Vide iam ordine ſingula in Baſilicis poſita. deprehendes ad verbũ ex hac nouella ſumta. Quod autem ex Baſilicis repeto, ἐν τοῖς ἱπποδρόμοις, pro ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ, ſicut in editione mea prima legitur ex manuſcriptis: hoc epitomæ Haloãdrinæ debetur, cuius verba ſunt; *Agat Senatus conuentus in Hippodromus*: Circenſia quidē non ſunt ἱππόδρομοι, ſed ἱπποδρόμια:

VI. In l.7.de offic.præſid.*detractantem* noſtri interpretantur inobœdientem, Græci ὑπερθέμενον, differentem, vel refectioni moram interponentem. Quod ſequitur, *Cōpetēti remedio deformitati auxilium ferat*; intelligi poſſe de ædificiorum deformitate videtur: ſed Græci plene vertunt, *Deformitati vrbis*; adiiciendo vocem, τῆς πόλεως. Sic ruinis vrbs deformari dicitur in l.vlt.inf.ne quid in loco publ.

VII. Diligenter ibidē l.14. verba Græcorũ interpretũ intuenti, videtur hic locus, quo dicitur, *Si vero (vt plerumq; adſolet) internallis quibuſdā ſenſu ſaniore non forte eo momēto ſcelus admiſerit, (nec morbo eius danda eſt venia) diligenter explorabis:* hic ergo locus ſic potius ſcribēdus videtur; *Si vero, vt plerũque adſolet, internallis quibuſdā ſenſu ſaniore, nũ forte eo momēto ſcelus admiſerit, nec morbo eius danda ſit venia, diligēter explorabis.* Sic enim Græci reddiderunt, μή ποτε ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀνακωχῶν ἐφόνευσε, *num induciarũ morbi tempore occiderit.* quo ſcilicet caſu ſimulatio dementiæ interueniret. Ita planus ſenſus eſt, nec ineptam Accurſii parentheſin amplius requiremus.

In

VIII. In l. 7. D. de iurisdict. recte legitur in Florēt. editione, *dari quingentorū aureorū iudicium in eū, qui iurisdictionis perpetuæ caussa propositū aliquod edictū corruperit.* Hūc enim numerū septimus etiam Basilicorū liber, tit. 3. cap. 7. exprimit, nō aureorum quinquaginta. Quod ibidē sequitur, *esse iudicium hoc populare:* Græci pro iudicio populari, δημοτικοῦς ἀγωγῆς mentionē faciunt, h. e. *actionis perpetuæ*, sicut interdictū perpetuū in l. 2. §. hoc interdictū. D. Ne quid in loc. publ. Solēt autem alioqui popularē actionē reddere δημοτικὴν ἀγωγὴν, vt in l. 42. inf. de procurat. Vbi tamē nostra synopsis habet hactenus ἐπὶ δημοσίων ἀγωγῶν, pro δημοτικῶν. vitiose. nā δημόσιαι ἀγωγαὶ sunt, quę fisco cōpetunt. Ceterū in l. 3. §. hęc pœna. D. Quod quisq. iuris. post illa verba, *Non solū eo postulāte, qui ab eo læsus est; sed omni, qui quandoq; experitur:* addunt Gręci, ϗ κεχρημένῳ τῇ παραγραφῇ, hoc est, *& qui exceptione vtitur.* recte id quidem, sed pro scholio dumtaxat habendum.

IX. Post illa verba l. 2. D. de in ius vocādo, quib. dicitur; nec eos in ius vocari oportere, *qui propter loci religionē inde se mouere nō possūt:* Græci scholiō huiusmodi ponūt, ὁποῖοι εἰσὶν οἱ τόποι, οἷς ἐισὶν ἑαυτοὺς περικλείουσιν οἱ λεγόμενοι † στηλῖται. h. e. *Qualia sunt illa loca, quib. se, qui Colūnarii dicūtur, includūt.* Hoc alienū est a pagana religione, nec ab Vlpiano profectum; sed sumtum de moribus & zelo quorumdam in ecclesiis primitiuis, qui auctore Symeone, hac de caussa dicto Stylite siue Columnario, continuos dies & noctes, septimanas totas & menses, immo complures annos, exercendæ pietatis erga Deum caussa, in columnis erecti stetisse perhibentur. Testes citari complures possent. Nos alibi Glycam nostrum adduximus, cuius hic locus est:

† στυλῖται

Marciano imperante Symeon ille magnus columnam conscendit. Is longo tempore nihil omnino cum hominibus habuit commercii propterea, quod eiusmodi rem nouam primus ostendisset. Atenim sic comparatum est in rebus humanis, vt multi sint reprahensores. Idem non multo post: *Leone*, inquit, *imperante magnus ille Danielus columnam in Anaplo conscendit.* Addidimus etiam Nazianzeni versus, ex ipsius poëmate περὶ ταπεινοφροσύνης, σωφροσύνης, καὶ ἐγκρατείας: quos heic repetere non lubet, quum eius operibus editis hoc poëma nos adiunxerimus ex manuscriptis nostris.

x. Lege 4. dicto tit. infantes in ius vocari negatur. eos interpretantur Græci *septennes*, ἑπταετεῖς, vt etiam in l. 1. §. item adquirimus. D. de adquir. vel amitt. poss. & alibi sæpissime. Notaui tamen eosdem in l. 12. D. ad L. Cornel. de sicar. infantem exposuisse τὸν μὴ ὄντα ἑπταετῆ, hoc est, *eum qui nondum septennis sit.* Ibidem l. 19. quod dicitur, *Si ex publico conspiciatur*; Græci vertunt, ἐκ τῆς ἀγορᾶς, *ex foro.* Lege vlt. denique, quum dicitur, *libertum a præfecto vrbi quasi inofficiosum castigari:* pœnæ genus a Græcis clarius exprimitur, quum μαστίζεται inquiunt, hoc est, *flagris caditur.*

xi. Legis 6. in fin. D. de eden. verba sunt, *Nec iterum postulanti edi prator iubet, nisi ex caussa.* Postremum Græci plenius exponunt, εἰ μὴ τῆς αἰτίας διαγινωσκομένης, hoc est, *nisi caussa cognita.* Iidem in l. 1. D. de pactis. in fin. quum dicitur, conuentionum plerasque in aliud nomen transire: *nomen aliud* exponunt, *nomen speciale*, ἰδικόν. Notandum & in l. 7. §. Quinimmo. h. t. *Ex continenti* Græcis esse, ἐν ἀρχῇ, *in principio.*

Non

Non equidem auctor ſum, vt receptæ lectiones temere mutentur. ſi tamen vti coniecturis licet, videntur in l. 11. D. de his qui notant. infam. pro eo quod ibi dicitur, *Propter turbationem ſanguinis*; Græci ſuis in libris reperiſſe, *Propter turbationem ſeminis*. Nam γονῆς vocabulum repoſuerũt, quod ſemen eſt, non ſanguis. Idem & Matthæus Monachus in libro Matrimonialium, qui iuris canonici Græcorum, a nobis edendi, octauus eſt, ſequitur. Eadem lege poſt damnatos perduellionis, Græci deſertores quoque, ſiue proditores (προδότας ipſi dicunt) commemorant, quam vocem hoc loco Latini codices deſiderant. XII.

In l. 42. in princ. D. de procur. legimus eum, qui de via publica agit, & priuato damno ex prohibitione adficitur, quaſi priuatæ actionis dare poſſe procuratorem. Heic ego diſſimulare non poſſum, pro, *De via publica*; Græcos legiſſe, *De vi publica*, περὶ βίας δημοσίας. quamquam nõ ignorem, pro lectione recepta facere l. 45. §. qui ita. D. h. tit. & l. 6. inf. ne quid in loco publ. Itidem in l. 6. §. 3. D. quod cuiuſq. vniuerſ. pro hiſce verbis, Et *iudicati actio* ei ex edicto non datur; Græci legiſſe videntur, *Iudicati cautio*. Sic enim reddiderunt: οὐ δίδοται αὐτῷ ἱκανοδοσία, εἰ μὴ ἐναγωγὴ ἰδία ἐστί. *Non datur ei cautio, niſi in rem ſuam agat*. Equidem non inſtitui de his prolixe diſſerere. Non enim inficior, fieri potuiſſe, vt ipſi quoque vitioſis vterentur exemplaribus. veluti quum in l. 12. vt ſi cui. D. de verb. ſignif. pro, *Ex populari cauſſa*; repoſuerunt, *Ex pupillari cauſſa*; ἀπὸ ὀρφανικῆς ἀγωγῆς. Et earumdem vocum permutatio facta eſt in l. 32. §. in fin. D. de recept. arb. qui arbitr. recep. vbi quum noſtri legunt, XIII.

Idem dicendum est in populari actione; Græci verterunt, περὶ ὀρφανικῆς ἀγωγῆς, *de pupillari actione*.

XIV. In l. j. in princ. d. t. Quod cuiusq. vniuers. nom. quum in omnibus ita legatur; *Neque societas, neque collegium, neque huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur:* glossarum auctores illi veteres pro *societas*, reponunt *societatem*. Contius, vt Latinitas (sic ipse loquitur) constet; legendum putat; *haberi*. Mihi satis erit, indicasse Græcorum interpretationem, qui ποιεῖν ἑταιρείας vertunt, hoc est; *facere vel instituere societates*. Statim enim paret, scribendum; *Neque societates, neque collegium*, & cet.

XV. In l. heres viri. 33. D. de negot. gest. post illa verba, *Compilata hereditatis postulare non debet*; hæc Græci subiiciunt, εἰ καὶ μετὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς τελευτὴν κατέχει, ἅπερ καὶ εἶχε τοῦ ἀνδρὸς περιόντος κατεῖχεν: id est; *tametsi post viri mortem habeat in sua potestate, quæ viro superstite habebat*. Ea verba pro scholio potius esse ducenda puto, quam in ipsum (quem vocant) textum referenda. cuiusmodi scholia licet in textu quoque Græcorum non exiguo numero reperire.

XVI. In l. 5. D. quod met. caus. Labeo metum definiens, non quemlibet timorem hac voce vult accipi; *sed maioris malitatis*. Insolens vox est, *malitas*. ideo glossatores superiorum ætatum pro *malitatis* reposuerunt, *maioris mali*. Recentiores aliqui legendum *calamitatis* suspicati sunt. Vtrosque genuinam lectionem corrumpere, vel Græcis testibus probari potest, qui malitatem interpretantur κακοήθειαν. Quæ vox nec malum significat, nec calamitatem; sed *malignitatem*, (quam Græci nostri verterunt per eãdem vocem κακοηθείας in l. 22. C. de iur. delib.) siue malitiam, siue maliuolentiam, vt

est in

eſt in veteri gloſſario. Et opponitur huic a Græcis τὸ καλόθελές, quod benignitatis ſignificationem habet. vt in l. 192. de reg. iur. ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις τὸ καλοθελὲς δεχόμεθα: *In ambiguis, quod benignius eſt, admittimus.* Pro malitia vero malitatem vſurpatam, veluti ſceleritatem pro ſcelere, in l. 3. D. de bon. eor. qui ante ſentent. recte Contius monet. Et a voce, Malus, eſt deducta malitas: vt a bono, bonitas.

In l. 14. §. 11. in fin. D. eod. quum iuriſconſultus ait; *Sed & ſi non culpa ab eo, quo cum agitur, aberit: ſi tamen peritura res non fuit, ſi metum non adhibuiſſet, tenebitur reus:* putant aliqui, negante particula omiſſa, ſic legendum, *Sed & ſi culpa ab eo, quo cum agitur, aberit:* & cet. Quæ lectio qualisqualis tamdem exiſtimetur, certe nec Florentini exemplaris auctoritatem a ſe habet, quæ non abs re plurimi facienda eſt; nec veterum gloſſatorum, nec interpretum denique Græcorum. Gloſſarum quidem auctores, quos dixi, negationem retinent; & verbum *Aberit*, ad rem ipſam referunt, non ad vocem *Culpa*; pro quo verbo nonnullis etiam in libris reperiri notant *Obierit*, quod propius ad Græcorum ſententiam accedit, qui verterunt, ἀπόλλυται τὸ πρᾶγμα. Conſentiunt enim prorſus cum his, & ita locum interpretantur: εἰ δὲ ⸏ μὴ κατὰ ῥᾳθυμίαν τοῦ ἐναγομένου ἀπόλλυται τὸ πρᾶγμα: hoc eſt; *Sed & ſi non culpa eius, qui conuenitur, res perierit*, & cet. de quo licet intelligere, *Non culpa ab eo aberit*, dictum eſſe pro, *Non culpa eius*; id eſt, ſine culpa eius, quo cum agitur. Atque hoc eo magis indicandum hoc loco putaui, quod ſæpiſſime negantium vocularum vel adiectio, vel detractio, mirum quantum perplexitatis gignat. Idque deinceps etiam nonnullis ex

XVII.

locis a nobis notatis, parebit.

XVIII. In l.13.§.Item.D.de dol.mal. quod dicitur, *ne in pupillum detur actio de dolo, nisi forte conueniatur nomine hereditario*; Græci simpliciter, *nisi conueniatur vt heres*, inquiunt; ὡς κληρονόμος. Et quod sequitur, *Si proximus pubertati est*: illi explicatius, ὅτι πληρώσῃ τὰ ιγ ἔτη, aiunt: hoc est; *quum XIII annos impleuerit.*

XIX. Tituli VIII, libro IIII Dig. hæc inscriptio est, *De Receptis, qui arbitrium receperunt, vt sententiam dicant.* Notandus est varius error Contii, qui *de receptis*, interpretatur de acceptationib. arbitri, deque consensu & quasi pactis iudicandi: ac si recepta Iustinianus, non receptos intelligeret, quum quidem sequatur, *Qui arbitrium receperunt.* Eum errorem cumulat, dum explicatis hoc modo *Receptis*, ab iisdem Compromissa distinguit; vti quæ stipulationes sint inter litigatores, vltro citro interpositæ. Refutandis his somniis Græcorum sola translatio sufficit, qui περὶ αἱρετῶν δικαστῶν reddiderunt, hoc est, ad verbum, *de iudicibus electis*, vel *de receptis arbitris*, vti quidam libri veteres habent. Item alibi vertunt διαγνώμονας, qui simpliciter sunt arbitri. Et compromissum iidem l.1.h.t. interpretantur αἱρετὸν δικαστήριον, quum aiunt, τὸ αἱρετὸν δικαστήριον ἔοικε προσφόρῳ δικαστηρίῳ, *Iudicium arbitrarium similitudinem habet iudicii competẽtis.* Id Paulus Latine dixit; *Compromissum ad similitudinem iudiciorum redigitur.* Item l.41. iudicem compromissarium vertunt αἱρετὸν δικαστὴν, vt etiam in l.50. *sumtum ex compromisso arbitrum.*

XX. L.32.§.1.D.eod. quod dicitur, *Si mulier alieno nomine compromittat, non erit pecunia compromissa,*

propter

propter intercessionem: Græci dilucidius & latius interpretantur, his verbis: ἐὰν γυνὴ ἀλλοτρίῳ ὀνόματι, ἤτοι ὑπὲρ μὴ διαφέροντος αὐτῇ προσώπου, αἱρετὸν δικαστὴν ἐλήπται, ἐπερωτηθείσης ποινῆς, οὐκ ἔρρωται τὸ αἱρετὸν δικαστήριον, οὐδὲ βεβαιοῦται ἡ ποινή. quorum hæc sententia est: *Si mulier alieno nomine, siue pro non pertinente ad ipsam persona, iudicem compromissarium acceperit, pœnam stipulata: compromissum non valet, nec pœna rata est.* Ex hisce verbis arbitror intelligi, quum a Græcis dicitur, *Pœnam stipulata*; item, *pœna rata non est*: non eos legisse, *Pecunia nō erit compromissa*, quemadmodum est in editione vltima Contii, quæ de Florentina fidelissime repræsentata dicitur: sed, *Non erit pœna compromissa.* quæ lectio compluribus in editionibus reperitur, & glossæ respondet, addenti ad vocem Pœna; *Vel aliquid loco pœnæ.* Quod autem iidem Græci (adiicitor sane hoc loco προθύστερον illud) ad l. 20. h. t. in fine subiiciunt de arbitro, ψηφισάμενος γὰρ πέπαυται εἶναι δικαστής: hoc est; *Lata enim sententia, iudex esse desinit*: scholii vicem obtinere arbitror.

XXI. In principio l. 15. D. de iudic. sunt qui legendum existiment, *Filiifamilias iudex si litem suam faciat.* Ea lectio quum nostris exemplaribus repugnet, ne quidem a Græcis admittitur; qui vertunt ὑπεξούσιος ποιῶν παράνομον κρίσιν, *Filiusfamilias iniquam sententiam ferens.* sic enim declarant illud, *litem suam facere*, quemadmodum & nostri. Eiusdem tituli l. 21. dicitur, Dandum diem cum competenti cautela ad soluendam pecuniam. Heic Græci addunt, ὅτι μετὰ τετράμηνον δίδωσι. quod scilicet post menses quatuor soluat. Id adiectum vt dari dies certus siue constitutus intelligatur.

XXII. L. 67. in princ. D. eod. quum Vlpianus de seruo loquitur, qui se redemtum dicit suis nummis: Græci quidem hoc ἰδίοις ἀργυρίοις reddunt, sed scholion adiiciunt, ἀπὸ τοῦ ἰδίου πεκουλίου: hoc est; *nummis ex peculio suo*. Leuiusculum videri potest, quod ead. l. sub fin. pro, *Fideicommissam libertatem*; illi *Fideicommissariam* reddiderunt. Denique l. 77. eod. verba, *In priuatis negotiis*, ita declarantur ab iisdem, vt in ipso textu significetur, accipienda ἐπὶ χρηματικῶν δικαστηρίων, de iudiciis ciuilibus, siue caussis pecuniariis. quod Accursius quoque verbis iisdem exposuit.

XXIII. Vbi l. 20. §. licet autem. D. de heredit. petit. nostri habent, *Si bonorum possessores se existiment, vel alios successores iustos:* Græcorum ea scriptura est, vt legerint, *Si bonos possessores se existiment, vel alios successores iustos.* Quæ lectio non videtur temere reiicienda. Fere consimile quoddam exemplum est in l. 2. §. si quarta. D. famil. ercisc. Vbi ἀγαθὸς νομεύς, *possessor bonus*, habent Græci: nostri vero, *bonorum possessor*, quod illi alteri præferendum videtur. Eodem antea dicto titulo, l. 22. in princ. pro eo, quod nostri legunt, *Quod eamdem rem emerit:* Græci habent αὐταγοράσας, id est, *redemerit*. Hoc propterea notare volui, quod Latinis etiam nonnullis in exemplaribus ea scriptura reperiatur.

XXIIII. In l. 11. §. partus ancillæ. in fin. D. de Publ. in rem act. pro eo, quod editi libri habent, *Si modo eo tempore, quo experiar, furtiuam matrem ignorem:* quidam existimauit reponendum, *Quo & pariat.* Hoc alii non admittunt, quum argumentis aliis adducti, tum l. 4. D. pro suo. Ego momentum aliquod horũ sententiæ, opinor, adtulero; si Græcos etiam,

Expe-

Experiar, legisse significē. Vertunt enim, ἐν τῷ κινεῖν.

In l. 27. §. 3. si quid. D. de vsufr. tam Florētinum, quam exemplaria cetera, fusionum vocem habēt in hisce verbis: *Solent & fisco fusiones præstare.* A. Contius notat, in manuscriptis quibusdam reperiri scriptum *Functiones*, pro *Fusiones*. Equidem fateor aliter, atq; olim sentiebam, lectionem vsitatam probari posse. Nam *fusiones* glossarium vetus exponit non solum ὑλισμοὺς, quod significatum huc non pertinet; sed etiam συντελείας, & εἰσφορὰς δημοσίων, *collationes ac fiscalium illationes*, quo modo vocabulum heic est positū. Græci quidē nostri δημόσια τέλη vertūt, quæ sunt tributa fiscalia. Eiusdē tituli l. 67. quū dicitur, Cui legatus sit vsusfructus, eū etiā inuito herede vēdere extraneo posse: Græci legūt, *Etiam inuito domino vel herede*, δεσπότου ἢ κληρονόμου. XXV.

L. 1. in princ. D. de vsufr. adcres. verbū *Amittere* bis positū, dupliciter interpretantur Græci. Nam primo quū dicitur, *An altero repudiante vel amittēte vsumfructum*, & cet. Heic pro *Amittente*, vertunt μὴ χρήσηται. Sequēti deinde §. idem ait. amissum vsumfructū interpretātur φθειρόμενον. Ex hac translationis diuersitate colligo, posteriori loco scriptum eos reperisse, *Amissum*: priori autē, nō *Amittente*, sed *Omittente*. Cōsimile quiddā de hisce verbis inter se cōmutatis lubet hoc loco subiicere. In l. 119. D. de reg. iur. dicitur, *Nō alienat, qui dūtaxat omittit possessionē.* Hoc Græci reddiderūt, ὁ ἀποβαλλόμενος, *qui amittit*. Igitur ita scriptū in libris suis repererūt. Si legas cū nostris, *Omittit:* eamdē habebis sententiā, quę est in l. 28. D. de verb. signif. vbi Paulus ait: *Qui occasione adquirēdi nō vtitur, nō intelligitur alienare: veluti qui hereditatē omittit.* Heic Gręci verbo XXVI.

aliis, quam bonorum poſſeſſionem vnde cognati, quo lucem illa Latina de Græcis accipiant. Hinc φροντιστὰς τοῦ δρόμου, dicendos aiebam, *curatores publici curſus*; vnde iam intelligitur, quos noſtri vocarint curioſos in curſu publico. Sic vendere ἐν κόπῳ negabam a Freigio recte redditum, *Vendere in aduerſione*. Quid heic Cuiacius? reprehenſum temere vult eum, qui vendere ἐν κόπῳ, dixerat *vendere auerſione*. At quam diſſimilia ſunt, *vendere in aduerſione*, & *vendere auerſione*? Quis non videt, quodnam a Cuiacio crimen heic committatur? Et quid Græca mihi prodeſt interpretatio, ſi ἐν κόπῳ Latine reddere nolim, vt ſonat, quo tamen declaratio ſenſus latentis in auerſionis obſcuriore vocabulo continetur? Poſſem in Cuiacii quoque libris illis obſeruationum & emendationum perinde næuos indicare non paucos, atque factum ab aliis: ſed vlterius prouehi nolim, ne cum laruis, quod dici ſolet.

AD LIBROS DIGESTORVM.

1. SVB finem l. 5. D. de iuſt. & iu. poſt recitationem eorum, quæ de iure gentium ſunt introducta; tamdem iuriſconſultus ait, eas obligationes excipiendas, quæ a iure ciuili veniant. Hoc loco Græci ſubiiciunt, ὡς ἡ ἀνανεωσις, ἡ μεταβιβάζουσα τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν, καὶ ἡ περὶ ἐμφυτεύσεως: id eſt, *qualis eſt actio, qua antiquum debitum in nouum transfert, & emphyteutici contractus actio*. Ea verba non eſt quod quiſpiam exiſtimet a Græcis reperta Latinis in codicibus, ſed haud dubie declarationis cauſſa ſunt adiecta: qualia complura reperiet, qui diligentius hęc pellegere voluerit. Eodem pertinet, quod paulo poſt in l. 7. D. eod. generalius quodam modo dictum, Græci reſtrictius expoſuerunt. Nam quum Papi-

Papinianus ait, *esse ius ciuile, quod ex legibus veniat*: eleganter Græci, quod latiore quadam accipi significatione poterat, adiecta voce vnica non ita large intelligendum monuerunt. Leges enim heic interpretantur τῶν δωδεκαδέλτων, hoc est, *leges XII tabularum*. quod sane concinnum est, & videri non abs re posset alicui, post eas voces, *Quod ex legibus*, Latinis etiam in libris vetustis adiectum fuisse, *XII tabularum*; vel saltem, XII, vt tabularum vox subintelligeretur: nisi diligentius hęc rimanti planum esset, familiare Græcis interpretibus hoc fuisse, vt inter vertēdum obscuriuscula nonnumquam declararent, artarent latiora, priora de posterioribus principū constitutionib. in ipso, quem vocāt, verborū contextu corrigerēt: quorum omniū exempla suis locis indicabimus, & obseruare plura poterit, qui volet. Notarunt & Latini glossatores, iuris adpellatione nonnūquam intelligi leges XII tabularum. gl. in l. 6. d. t. de iust. & iu §. Hoc igitur ius.

II. Monstrabimus infra, de Basilicorū libro VI. tit. VI. in Nouella cōstitutione Iustiniani LXXX pro *Quæstore*, reponendū *Quæsitorem*. Nā Græci ἐρευνητὴν interpretātur. Videat lector, an etiā in l. 2. §. Deinde quum ærarium. 12. D. de orig. iur. pro *Quæstorib. parricidii*, sint reponēdi *quæsitores parricidii*.

III. In l. 34. D. de legib. nostrorū interpretum variæ sunt explicationes vltimorū legis verborū, vbi dicitur; *An etiā contradicto aliquādo iudicio cōsuetudo firmata sit*. Dicūt enim, negantē particulā *Nō* desiderari. qua adiecta, plana sentētia fit, videlicet vt ita legatur: *An etiā nō cōtradicto aliquādo iudicio cōsuetudo firmata sit*, i. e. quasi nemo cōtradixerit. Hāc lectionē de manuscriptis libris ꝓbare debuerant.

Florentinum quidem exemplar repugnat. & si quis paulo adtentius verba iurisconsulti respexerit, facile videbit, eam scripturam locum habere non posse. Quo autem modo se torqueant, si absque negatione verba retineantur, mitto prolixius dicere. Id quidem constat, eos has voces, *Iudicio contradicto*, coniungere. Si Græcos sequamur, per immutationem vnius litteræ sententiam verborum perspicuam habebimus. Nam quum illi sic verterint, τότε κεχρήμεθα τῇ συνηθείᾳ, ὅτε ἀμφισβητηθεῖσα ἐν δικαστηρίῳ ἐβεβαιώθη: hoc est; *tunc vtimur consuetudine, quum aliquando in dubium vocata, iudicio firmata fuit:* satis intelligitur, in vetustis eos libris, quibus vsi fuerunt, scriptum reperisse; *An etiam contradicta aliquando iudicio consuetudo firmata sit.* Qua lectione probata, locum habebit interpretatio glossæ prior, quæ iudicium vult accipi pro sententia iudicis. Itaque planissima verborum series erit, quum de consuetudine quis confidere videtur, explorandum esse, an etiam contradicta aliquando consuetudo, firmata iudicio sit. Atque hanc lectionem sequuntur & iuris canonici Græcorum interpretes. vt Ioannes episcopus Citri, cuius responsum primum legem hanc citat, libro Responsorum primo, qui exstat libro Iuris canonici Græcorum quinto, quemadmodum in eius editione nostra parebit.

IIII. Quo loco Græci rescriptum diui Pii ad Ælium Marcianum recitant, quod exstat l. 2. §. dominorum. D. de his qui sui vel al. hisce verbis sub finem rescripti positis, *Veniri iube*; subiiciunt alia complura, quæ libri Digestorum non habent. vt sunt ista, ἀλλὰ καὶ τὴν πρᾶξιν καλῇ αἱρέσει ποιεῖν, ὥστε μὴ διαζεῦξαι

στο-

ἐσοφισμένων αἱρέσεων καὶ μετὰ τὴν ἐκποίησιν αὐτοὺς κακοποιεῖν· ἢ ἐν δεσμοῖς εἶναι συμφωνοῦντας, ἢ ἐπὶ τῷ οἰκεῖν ἐν χώρᾳ βαρυτάτους ἐχούσῃ τοὺς ἀέρας: hoc est; *Quin & bona condicione vendant, ne per quasdam excogitatas astu condiciones, etiam post alienationem factam seruos lædant; vel paciscendo, vt in vinculis detineantur; vel vt in loco degant, qui aera pestilentissimum & grauissimũ habeat.* In his verbis quod primo loco dicitur, *Bona condicione vendant*; id Græci sumtum ex §. 2. Institut. eod. verbis Digestorum inseruerunt. Cetera declarationis caussa fortassis adiecta sunt, quæ & Theophilus in d. t. & §. Institut. quum prope verbis iisdem posuerit; ex Basilicorum libris, vt alia quoque non pauca, decerpsisse videtur.

VI. Quod quidam legis vltimæ §. vltimum Senatores, D. de senator. verbis Vlpiani temere putarunt adsutum a Tribuniano; fortasse probabili coniectura non caruerunt. Sane quod in Basilicis post hæc verba, *Et hi soli sententiam in Senatu dicere possunt*; subiicitur, καὶ ὅτι ἐν τοῖς ἱπποδρόμοις ὀφείλουσι συνάγεσθαι. item, οἱ ἔπαρχοι προκαθεζέσθωσαν ὅλων, καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ συγκλητικοί: hoc est, *In Hippodromis conuenire debent. Præfectorum vrbi prima sit ante vniuersos sedes, post eos senatorum.* Hoc igitur adtentius consideranti, certum est argumentum, verba etiam hæc præcedentia, ὅτι οἱ ἀπὸ πατρικίων ἕως ἰλλουστρίων, εἰσὶ συγκλητικοί, *A patriciis vsque ad illustres, senatores sunt*; ex eodem fonte petita, de quo sequentia manarint. Hoc enim verum esse, quiuis perspicit ex illis particulis, ὅτι, & καὶ ὅτι. Nos quidem antea de fonte dubitabamus. Nunc certi sumus, hæc pertinere ad Nouellam Iustiniani LXII. quæ integra periit, epitoma dumtaxat opera Iuliani antecessoris con-

seruata. Quidam eius initium fuisse tradunt, *Antiquus temporibus:* alii, *Ante de his ipsis.* A. Augustinus in libro Florētino scriptum reperisse testatur, ANTILIDISSIMIS TEMPORIBVS. id equidem legendū aio, ANTIQVISSIMIS TEMPORIBVS. Vide iam ordine singula in Basilicis posita. depræbendes ad verbū ex hac nouella sumta. Quod autem ex Basilicis repeto, ἐν τοῖς ἱπποδρόμοις, pro ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ, sicut in editione mea prima legitur ex manuscriptis: hoc epitomæ Haloādrinæ debetur, cuius verba sunt; *Agat Senatus conuentus in Hippodromis:* Circensia quidē non sunt ἱππόδρομοι, sed ἱπποδρόμια:

VI. In l.7. de offic. præsid. *detractantem* nostri interpretantur inobœdientem, Græci ὑπερτιθέμενον, differentem, vel refectioni moram interponentem. Quod sequitur, *Cōpetēti remedio deformitati auxilium ferat*; intelligi posse de ædificiorum deformitate videtur: sed Græci plene vertunt, *Deformitati vrbis*; adiiciendo vocem, τῆς πόλεως. Sic ruinis vrbs deformari dicitur in l. vlt. inf. ne quid in loco publ.

VII. Diligenter ibidē l. 14. verba Græcorū interpretū intuenti, videtur hic locus, quo dicitur, *Si vero (vt plerumq; adsolet) internallis quibusdā sensu saniore non forte eo momēto scelus admiserit. (nec morbo eius danda est venia) diligenter explorabis:* hic ergo locus sic potius scribēdus videtur; *Si vero, vt plerūque adsolet, internallis quibusdā sensu saniore, nū forte eo momēto scelus admiserit, nec morbo eius danda sit venia, diligēter explorabis.* Sic enim Græci reddiderunt, μή ποτε ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀνακωχῶν ἐφόνευσε, *num induciarū morbi tempore occiderit.* quo scilicet casu simulatio dementiæ interueniret. Ita planus sensus est, nec ineptam Accursii parenthesin amplius requiremus. In

In l.7.D.de iurifdict.recte legitur in Florét.editione, *dari quingentorũ aureorũ iudicium in eũ, qui iurisdictionis perpetua causa propositũ aliquod edictũ corruperit.* Hũc enim numerũ septimus etiam Basilicorũ liber, tit. 3.cap.7. exprimit, nõ aureorum quinquaginta. Quod ibidẽ sequitur, *esse iudicium hoc populare:* Græci pro iudicio populari, δημοτικοῦς ἀγωγῆς mentionẽ faciunt, h.e. *actionis perpetua*, sicut interdictũ perpetuũ in l.2.§.hoc interdictũ.D.Ne quid in loc.publ. Solẽt autem alioqui popularẽ actionẽ reddere δημοτικὴν ἀγωγὴν, vt in l.42.inf. de procurat. Vbi tamẽ nostra synopsis habet hactenus ἐπὶ δημοσίων ἀγωγῶν, pro δημοτικῶν. vitiose. nã δημόσιαι ἀγωγαὶ sunt, quę fisco cõpetunt. Ceterũ in l.3.§.hęc pœna.D.Quod quisq.iuris.post illa verba, *Non solũ eo postulãte, qui ab eo lesus est; sed omni, qui quandoq; experitur:* addunt Gręci, καὶ κεχρημένῳ τῇ παραγραφῇ, hoc est, *& qui exceptione vtitur.* recte id quidem, sed pro scholio dumtaxat habendum. VIII.

Post illa verba l.2.D.de in ius vocãdo, quib.dicitur, nec eos in ius vocari oportere, *qui propter loci religionẽ inde se mouere nõ possũt:* Græci scholiõ huiusmodi ponũt, ὁποῖοί εἰσιν οἱ τόποι, οἷς ἔσω ἑαυτοὺς περικλείουσιν οἱ λεγόμενοι † στηλῖται. h.e. *Qualia sunt illa loca, quib. se, qui Colũnarii dicũtur, includũt.* Hoc alienũ est a pagana religione, nec ab Vlpiano profectum; sed sumtum de moribus & zelo quorumdam in ecclesiis primitiuis, qui auctore Symeone, hac de caussa dicto Stylite siue Columnario, continuos dies & noctes, septimanas totas & menses, immo complures annos, exercendæ pietatis erga Deum caussa, in columnis erecti stetisse perhibentur. Testes citari complures possent. Nos alibi Glycam nostrum adduximus, cuius hic locus est: IX.

† στυλῖται

Marciano imperante Symeon ille magnus columnam conſcendit. Is longo tempore nihil omnino cum hominibus habuit commercii propterea, quod eiuſmodi rem nouam primus oſtendiſſet. Atenim ſic comparatum eſt in rebus humanis, vt multi ſint reprahenſores. Idem non multo poſt: *Leone*, inquit, *imperante magnus ille Danielus columnam in Anaplo conſcendit.* Addidimus etiam Nazianzeni verſus, ex ipſius poëmate περὶ ταπεινοφροσύνης, σωφροσύνης, & ἐγκρατείας: quos heic repetere non lubet, quum eius operibus editis hoc poëma nos adiunxerimus ex manuſcriptis noſtris.

x. Lege 4. dicto tit. infantes in ius vocari negatur. eos interpretantur Græci *ſeptennes*, ἑπταετεῖς, vt etiam in l. 1. §. item adquirimus. D. de adquir. vel amitt. poſſ. & alibi ſæpiſſime. Notaui tamen eoſdem in l. 12. D. ad L. Cornel. de ſicar. infantem expoſuiſſe τὸν μὴ ὄντα ἑπταετῆ, hoc eſt, *eum qui nondum ſeptennis ſit.* Ibidem l. 19. quod dicitur, *Si ex publico conſpiciatur*; Græci vertunt, ἐκ τῆς ἀγορᾶς, *ex foro.* Lege vlt. denique, quum dicitur, *libertum a præfecto vrbi quaſi inofficioſum caſtigari*: pœnæ genus à Græcis clarius exprimitur, quum μαστίζεται inquiunt, hoc eſt, *flagris cæditur.*

xi. Legis 6. in fin. D. de eden. verba ſunt, *Nec iterum poſtulanti edi prætor iubet, niſi ex cauſſa.* Poſtremum Græci plenius exponunt, εἰ μὴ τῆς αἰτίας διαγινωσκομένης, hoc eſt, *niſi cauſſa cognita.* Iidem in l. 1. D. de pactis. in fin. quum dicitur, conuentionum pleraſque in aliud nomen tranſire: *nomen aliud* exponunt, *nomen ſpeciale*, ἰδικόν. Notandum & in l. 7. §. Quinimmo. h. t. *Ex continenti* Græcis eſſe, ἐν ἀρχῇ, *in principio.*

Non

XII. Non equidem auctor ſum, vt receptæ lectiones temere mutentur. ſi tamen vti coniecturis licet, videntur in l. 11. D. de his qui notant. infam. pro eo quod ibi dicitur, *Propter turbationem ſanguinis*; Græci ſuis in libris reperiſſe, *Propter turbationem ſeminis*. Nam γονῆς vocabulum repoſuerũt, quod ſemen eſt, non ſanguis. Idem & Matthæus Monachus in libro Matrimonialium, qui iuris canonici Græcorum, a nobis edendi, octauus eſt, ſequitur. Eadem lege poſt damnatos perduellionis, Græci deſertores quoque, ſiue proditores (προδότας ipſi dicunt) commemorant, quam vocem hoc loco Latini codices deſiderant.

XIII. In l. 42. in princ. D. de procur. legimus eum, qui de via publica agit, & priuato damno ex prohibitione adficitur, quaſi priuatæ actionis dare poſſe procuratorem. Heic ego diſſimulare non poſſum, pro, *De via publica*; Græcos legiſſe, *De vi publica*, περὶ βίας δημοσίας. quamquam nõ ignorem, pro lectione recepta facere l. 45. §. qui ita. D. h. tit. & l. 6. inf. ne quid in loco publ. Itidem in l. 6. §. 3. D. quod cuiuſq. vniuerſ. pro hiſce verbis, Et *indicati actio* ei ex edicto non datur; Græci legiſſe videntur, *Iudicati cautio*. Sic enim reddiderunt: οὐ δίδοται αὐτῷ ἱκανοδοσία, εἰ μὴ ἐναγάγῃ ἰδίᾳ ἐστί. *Non datur ei cautio, niſi in rem ſuam agat*. Equidem non inſtitui de his prolixe diſſerere. Non enim inficior, fieri potuiſſe, vt ipſi quoque vitioſis vterentur exemplaribus. veluti quum in l. 12. vt ſi cui. D. de verb. ſignif. pro, *Ex populari cauſſa*; repoſuerunt, *Ex pupillari cauſſa*; ἀπὸ ὀρφανικῆς αἰτίας. Et earumdem vocum permutatio facta eſt in l. 32. §. in fin. D. de recept. arb. qui arbitr. recep. vbi quum noſtri legunt,

Idem dicendum est in populari actione; Græci verterunt, περὶ ὀρφανικῆς ἀγωγῆς, *de pupillari actione.*

XIV. In l. j. in princ. d. t. Quod cuiusq. vniuers. nom. quum in omnibus ita legatur; *Neque societas, neque collegium, neque huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur:* glossarum auctores illi veteres pro *societas*, reponunt *societatem*. Contius, vt Latinitas (sic ipse loquitur) constet; legendum putat, *haberi*. Mihi satis erit, indicasse Græcorum interpretationem, qui ποιεῖν ἑταιρείας vertunt, hoc est; *facere vel instituere societates*. Statim enim paret, scribendum; *Neque societates, neque collegium*, & cet.

XV. In l. heres viri. 33. D. de negot. gest. post illa verba, *Compilatæ hereditatis postulare non debet*; hæc Græci subiiciunt, εἰ καὶ μετὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς τελευτὴν κατέχει, ἅπερ καὶ ἔζη τοῦ ἀνδρὸς περιόντος κατεῖχεν: id est; *tametsi post viri mortem habeat in sua potestate, quæ viro superstite habebat.* Ea verba pro scholio potius esse ducenda puto, quam in ipsum (quem vocant) textum referenda. cuiusmodi scholia licet in textu quoque Græcorum non exiguo numero reperire.

XVI. In l. 5. D. quod met. caus. Labeo metum definiens, non quemlibet timorem hac voce vult accipi; *sed maioris malitatis*. Insolens vox est, *malitas*. ideo glossatores superiorum ætatum pro *malitatis* reposuerunt, *maioris mali*. Recentiores aliqui legendum *calamitatis* suspicati sunt. Vtrosque genuinam lectionem corrumpere, vel Græcis testibus probari potest, qui malitatem interpretantur κακοθέλειαν. Quæ vox nec malum significat, nec calamitatem; sed *malignitatem*, (quam Græci nostri verterunt per eandem vocem κακοθελείας in l. 22. C. de iur. delib.) siue malitiam, siue maliuolentiam, vt est in

est in veteri glossario. Et opponitur huic a Græcis τὸ κακοθελές, quod benignitatis significationem habet. vt in l. 192. de reg. iur. ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις τὸ καλοθελὲς δεχόμεθα: *In ambiguis, quod benignius est, admittimus.* Pro malitia vero malitatem vsurpatam, veluti scaeleritatem pro scelere, in l. 3. D. de bon. eor. qui ante sentent. recte Contius monet. Et a voce, Malus, est deducta malitas: vt a bono, bonitas.

XVII. In l. 14. §. 11. in fin. D. eod. quum iurisconsultus ait; *Sed & si non culpa ab eo, quo cum agitur, aberit: si tamen peritura res non fuit, si metum non adhibuisset, tenebitur reus:* putant aliqui, negante particula omissa, sic legendum, *Sed & si culpa ab eo, quo cum agitur, aberit:* & cet. Quæ lectio qualisqualis tamdem existimetur, certe nec Florentini exemplaris auctoritatem a se habet, quæ non abs re plurimi facienda est; nec veterum glossatorum, nec interpretum denique Græcorum. Glossarum quidem auctores, quos dixi, negationem retinent; & verbum *Aberit*, ad rem ipsam referunt, non ad vocem *Culpa*; pro quo verbo nonnullis etiam in libris reperiri notant *Obierit*, quod propius ad Græcorum sententiam accedit, qui verterunt, ἀπόληται τὸ πρᾶγμα. Consentiunt enim prorsus cum his, & ita locum interpretantur: εἰ δὲ καὶ μὴ κατὰ ῥαθυμίαν τοῦ ἐναγομένου ἀπόληται τὸ πρᾶγμα: hoc est; *Sed & si non culpa eius, qui conuenitur, res perierit*, & cet. de quo licet intelligere, *Non culpa ab eo aberit*, dictum esse pro, *Non culpa eius*; id est, sine culpa eius, quo cum agitur. Atque hoc eo magis indicandum hoc loco putaui, quod sæpissime negantium vocularum vel adiectio, vel detractio, mirum quantum perplexitatis gignat. Idque deinceps etiam nonnullis ex

locis a nobis notatis, parebit.

XVIII. In l.13.§.Item.D.de dol.mal. quod dicitur, *ne in pupillum detur actio de dolo, nisi forte conueniatur nomine hereditario*; Græci simpliciter, *nisi conueniatur vt heres*, inquiunt; ὡς κληρονόμος. Et quod sequitur, *Si proximus pubertati est*: illi explicatius, ὅτι πληρώσῃ τὰ ιγ´ ἔτη, aiunt: hoc est; *quum XIII annos impleuerit.*

XIX. Tituli VIII, libro IIII Dig. hæc inscriptio est, *De Receptis, qui arbitrium receperunt, vt sententiam dicant*. Notandus est varius error Contii, qui *de receptis*, interpretatur de acceptationib. arbitri, deque consensu & quasi pactis iudicandi: ac si recepta Iustinianus, non receptos intelligeret, quum quidem sequatur, *Qui arbitrium receperunt*. Eum errorem cumulat, dum explicatis hoc modo *Receptis*, ab iisdem Compromissa distinguit; vti quæ stipulationes sint inter litigatores, vltro citro interpositæ. Refutandis his somniis Græcorum sola translatio sufficit, qui περὶ αἱρετῶν δικαστῶν reddiderunt, hoc est, ad verbum, *de iudicibus electis*, vel *de receptis arbitris*, vti quidam libri veteres habent. Item alibi vertunt διαγνώμονας, qui simpliciter sunt arbitri. Et compromissum iidem l.1.h.t. interpretantur αἱρετὸν δικαστήριον, quum aiunt, τὸ αἱρετὸν δικαστήριον ἔοικε παρισοφόρῳ δικαστηρίῳ, *Iudicium arbitrarium similitudinem habet iudicii competẽtis.* Id Paulus Latine dixit; *Compromissum ad similitudinem iudiciorum redigitur.* Item l.41. iudicem compromissarium vertunt αἱρετὸν δικαστὴν, vt etiam in l.50. *sumtum ex compromisso arbitrum*.

XX. L.32.§.1.D.eod. quod dicitur, *Si mulier alieno nomine compromittat, non erit pecunia compromissa, propter*

propter intercessionem: Græci dilucidius & latius interpretantur, his verbis: ἐὰν γυνὴ ἀλλοτρίῳ ὀνόματι, ἤτοι ὑπὲρ μὴ διαφέροντος αὐτῇ προσώπου, αἱρετὸν δικαστὴν ἕληται, ἐπερωτηθεῖσα ποινήν, οὐκ ἔρρωται τὸ αἱρετὸν δικαστήριον, οὐδὲ βεβαιοῦται ἡ ποινή. quorum hæc sententia est: *Si mulier alieno nomine, siue pro non pertinente ad ipsam persona, iudicem compromissarium acceperit, pœnam stipulata: compromissum non valet, nec pœna rata est.* Ex hisce verbis arbitror intelligi, quum a Græcis dicitur, *Pœnam stipulata*; item, *pœna rata non est:* non eos legisse, *Pecunia nõ erit compromissa*, quemadmodum est in editione vltima Contii, quæ de Florentina fidelissime repræsentata dicitur: sed, *Non erit pœna compromissa.* quæ lectio compluribus in editionibus reperitur, & glossæ respondet, addenti ad vocem Pœna; *Vel aliquid loco pœnæ.* Quod autem iidem Græci (adiicitor sane hoc loco προθύστερον illud) ad l. 20. h. t. in fine subiiciunt de arbitro, ψηφισάμενος γὰρ πέπαυται εἶναι δικαστής: hoc est; *Lata enim sententia, iudex esse desinit:* scholii vicem obtinere arbitror.

XXI. In principio l. 15. D. de iudic. sunt qui legendum existiment, *Filiifamilias iudex si litem suam faciat.* Ea lectio quum nostris exemplaribus repugnet, ne quidem a Græcis admittitur; qui vertunt ὑπεξούσιος ποιῶν παραλόγως κρίσιν, *Filiusfamilias iniquam sententiam ferens.* sic enim declarant illud, *litem suam facere*, quemadmodum & nostri. Eiusdem tituli l. 21. dicitur, Dandum diem cum competenti cautela ad soluendam pecuniam. Heic Græci addunt, ὅτι μετὰ τετράμηνον δίδωσι. quod scilicet post menses quatuor soluat. Id adiectum vt dari dies certus siue constitutus intelligatur.

XXII. L. 67. in princ. D. eod. quum Vlpianus de ſeruo loquitur, qui ſe redemtum dicit ſuis nummis: Græci quidem hoc *ἰδίοις ἀργυρίοις* reddunt, ſed ſcholion adiiciunt, ἀπὸ τοῦ ἰδίου πεκουλίου: hoc eſt; *nummis ex peculio ſuo*. Leuiuſculum videri poteſt, quod ead. l. ſub fin. pro, *Fideicommiſſam libertatem*; illi *Fideicommiſſariam* reddiderunt. Denique l. 77. eod. verba, *In priuatis negotiis*, ita declarantur ab iiſdem, vt in ipſo textu ſignificetur, accipienda ἐπὶ χρηματικῶν δικαστηρίων, de iudiciis ciuilibus, ſiue cauſſis pecuniariis. quod Accurſius quoque verbis iiſdem expoſuit.

XXIII. Vbi l. 20. §. licet autem. D. de heredit. petit. noſtri habent, *Si bonorum poſſeſſores ſe exiſtiment, vel alios ſucceſſores iuſtos*: Græcorum ea ſcriptura eſt, vt legerint, *Si bonos poſſeſſores ſe exiſtiment, vel alios ſucceſſores iuſtos*. Quæ lectio non videtur temere reiicienda. Fere conſimile quoddam exemplum eſt in l. 2. §. ſi quarta. D. famil. erciſc. Vbi *ἀγαθὸς νομεύς, poſſeſſor bonus*, habent Græci: noſtri vero, *bonorum poſſeſſor*, quod illi alteri præferendum videtur. Eodem antea dicto titulo, l. 22. in princ. pro eo, quod noſtri legunt, *Quod eamdem rem emerit*: Græci habent *ἐξαγοράσας*, id eſt, *redemerit*. Hoc propterea notare volui, quod Latinis etiam nonnullis in exemplaribus ea ſcriptura reperiatur.

XXIIII. In l. 11. §. partus ancillæ. in fin. D. de Publ. in rem act. pro eo, quod editi libri habent, *Si modo eo tempore, quo experiar, furtiuam matrem ignorem*: quidam exiſtimauit reponendum, *Quo & pariat*. Hoc alii non admittunt, quum argumentis aliis adducti, tum l. 4. D. pro ſuo. Ego momentum aliquod horũ ſententiæ, opinor, adtulero; ſi Græcos etiam,

Expe-

Experiar, legisse significē. Vertunt enim, ἐν τῷ κινεῖν.

In l. 27. §. 3. si quid. D. de vsufr. tam Florētinum, quam exemplaria cetera, fusionum vocem habēt in hisce verbis: *Solent & fisco fusiones præstare.* A. Contius notat, in manuscriptis quibusdam reperiri scriptum *Functiones*, pro *Fusiones*. Equidem fateor aliter, atq; olim sentiebam, lectionem vsitatam probari posse. Nam *fusiones* glossarium vetus exponit non solum χωνισμοὺς, quod significatum huc non pertinet; sed etiam σιωτπλείας, & εἰσφορὰς δημοσίων, *collationes ac fiscalium illationes*, quo modo vocabulum heic est positū. Græci quidē nostri δημόσια τέλη vertūt, quæ sunt tributa fiscalia. Eiusdē tituli l. 67. quū dicitur, Cui legatus sit vsusfructus, eū etiā inuito herede vēdere extraneo posse: Græci legūt, *Etiam inuito domino vel herede*, δεσπότου ἢ κληρονόμου.

XXV.

L. 1. in princ. D. de vsufr. adcresc. verbū *Amittere* bis positū, dupliciter interpretantur Græci. Nam primo quū dicitur, *An altero repudiante vel amittēte vsumfructum*, & cet. Heic pro *Amittente*, vertunt μὴ χρήσαντος. Sequēti deinde §. idem ait. amissum vsumfructū interpretātur φθειρόμενον. Ex hac translationis diuersitate colligo, posteriori loco scriptum eos reperisse, *Amissum*: priori autē, nō *Amittente*, sed *Omittente*. Cōsimile quiddā de hisce verbis inter se cōmutatis lubet hoc loco subiicere. In l. 119. D. de reg. iur. dicitur, *Nō alienat, qui dūtaxat omittit possessionē.* Hoc Græci reddiderūt, ὁ ἀποβαλλόμενος, *qui amittit*. Igitur ita scriptū in libris suis repererūt. Si legas cū nostris, *Omittit*: eamdē habebis sententiā, quę est in l. 28. D. de verb. signif. vbi Paulus ait: *Qui occasione adquirēdi nō vtitur, nō intelligitur alienare: veluti qui hereditatē omittit.* Heic Græci verbo

XXVI.

ἀπαγορεύειν vtuntur, quod est omittere ac repudiare: vimque habet eamdem cum eo, quod hoc loco vsurpatur, videlicet μὴ χρῆσθαι. Nam qui non vtitur, omittit & repudiat.

XXVII. In l. 12. §. 1. D. de vsu & habit. tradit Vlpianus ex sententia Neruæ; eum, cui vsus datus sit, neque foliis, neque oleo, neque frumento, neque frugibus vsurum. Variæ sunt heic de foliis partim opiniones, partim emendationes. Omitto, quæ scripsere veteres, ne longum faciam. Connanus *foliis* mutat in *Doliis*, Cuiacius in *oleis*. Fornerius lectionem & Florentini codicis, & aliorum retinens, ostendit hæc de foliis dici, ex quibus maximi precii vnguenta fiebant. Ego, quamdam vt quasi symbolam dem, facere non possum, quin Græcos indicem foliorum vocabulum retinuisse. nam φύλλων meminere. de sententia liberum cuique iudicium esto. quamquam cur a Fornerio, præstantis eruditionis viro, & amico meo, dissentire velim; caussam equidem nullam habeam. Pro eodem facit lex recentior, quam in libro m. s. reperire memini, latam a Leone & Constantino, his verbis: ἐὰν φύλλα συκαμίνου κλέψῃ τὶς, καὶ φάρμακα ποιήσῃ, διπλῆν ποσότητα ποιείτω, καὶ διδότω. εἰ δὲ καὶ παντελῶς ἀπολεσθῇ τὸ δένδρον, τυφλούσθω ζημιούμενος: hoc est; *Si folia caprifici quis furatus fuerit, & inde medicamenta confecerit: alterum tantum foliorum congerat, & pro ablatis reddat. Sin arbor ipsa prorsus perdita fuerit, excæcator.*

XXVIII. In l. 19. D. de seruitut. quum dicitur, *Si aquam alicui debere ducere non expediret:* item, *Quadam debere habere possumus:* quidam hoc verbum, *Debere*, ante *Ducere* & *Habere* positum, inducendum putant; aliis diuersum sentientibus. Equidem vt id, quod

quod promisi, præstem: dissimulare non debeo, apud Græcos ea non exstare. Quæ autem lex in vulgatis ibidem est 21, *Si intercedat*, & cet. eam A. Augustinus ostendit esse debere primam tituli sequentis, in quo Græci cum eo consentiunt. In eadem lege quum dicitur secundum lectionem Florentinam, *Sed immittendi, protegendi, prohibendi:* huius vltimi verbi loco reperitur in vulgatis editionibus, *Proiiciendi*. recte, mea quidem sententia. Nam Græci quoque sic legerunt, quum vertant, τῦ ἐξώστην ποιεῖν. Et coniunguntur eadem verba in fine legis sequentis, *Proiiciendi protegendive.* vbi similiter Græci, τῦ ποιῆσαι σωλαρίον ἢ βασέρνην. de quibus vocibus a nobis alio fortasse loco dicendum.

In l. penult. D. de seruitut. vrban. prædior. qui paries communis dicitur, eum præstantissimus ille Cuiacius ostendit esse dicendum parietem cæcum; voce nimirum *Communis* vitiata, quemadmodum ex Harmenopulo docet. In hoc illi Basilicorum etiam auctores adsentiuntur, qui τυφλὸν τοῖχον ἀνοίγειν scripsere, quod est, *parietem cæcum aperire.* Vix tamen adduci possum, vt credam, pro cæco pariete, communem ab imperitis fuisse repositum librariis; sed vocem aliam quamdam insolentem ab eis cum hac commutatam puto, quæ significati quidem eiusdem, aliquanto tamen similior ei foret. Nam sic arbitror in Pandectis fuisse scriptum: *Aperto pariete inlumini, nullo iure fenestras immisisse respondi.* Nimirum hæc vox, illi alteri, *Communi*, litteris propior est, quam & apud Apuleium lib. 3. legimus: *Seruato noctis*, inquit, *inlumino tempore.* Idem in VI. *inluminas Proserpinæ nuptias* adpellauit. Nec quemquam moueat, quod *inlumini* Pau-

XXIX.

lus dixit, Apuleius *inlumino*. Quippe hoc frequens est. sic *inanimem* & *inanimum* dicimus. Et huic consimilis prorsus est, *vox inlunis*; & *inlunam* tamen *caliginem* vocauit idem Apuleius.

XXX. In l. si seruus. 27. §. 5. D. ad l. Aquil. *fornicarius seruus* in Pandectis Florentinis scribitur, pro quo veteres glossatores substituunt *fornacarium*. Idem Budæus facit, & pistrinarium vel pistorem interpretatur. Græci φουρνάριον habent. quæ vox si reponenda non erit, quod tamen equidem plane faciundum puto; saltem indicat, rectius legi *fornacarium*, quam *fornicarium*. Et vocẽ φοῦρνος in vsu Græcis fuisse, paret etiam de Glycæ nostri verbis; qui patriarcham quemdam narrat, imperatori suo minitantem, dicere solitum: *Ego te φοῦρνε condidi, ego te destruam*.

XXXI. Eiusdem l. §. 9. dicitur, *Si lolium aut auenam in segetem alienam inieceris*, & cet. Equidem non nescio, cur recte vox auenæ retineatur. Sed tamen quum Græci ἄγρωστιν hoc loco reddant, quibus ex auctoritate glossarii veteris proprie auena est βρομὴ, & ἱερά, (sic enim distinguendum βρομιερά, quod ibi corrupte legitur) videri fortassis alicui possit, eos *verbenam* in libris suis reperisse, quam Plinius exponit gramen, quod proprie Græcis est ἄγρωστις. Et verbenam Grammatici velut herbenã dici volunt. vt omnino lex intelligat eum, qui malas & noxias herbas in segetem alienam iniecerit. Libet autem hoc loco id etiam adtingere, quod in l. 15. §. 1. D. locati, corruptum videtur. Ait iurisconsultus ea vitia, quæ ex ipsa re oriantur, damno coloni esse. Subiicit exempla: *veluti si vinum coacuerit, si raucis aut herbis segetes corruptæ sint*. Prolixe de raucis dispu-

diſputatur. Quidam *ruſcis* reponunt, Alciatus *erucis*. Quum ad Græcos reſpicio, qui ἄγρωστιν vertunt, in eam ſententiam venio; vt pro *raucis*, reſtituendum *runcis* exiſtimem, quæ vetus vox eſt, & herbam noxiam ſignificat. Vnde *runcandi* & *eruncandi* verbum, rei ruſticæ ſcriptoribus notiſſimũ. Certè quæ de raucis, hoc eſt, vermibus quibuſdam terreſtribus, arborum radices lædentibus, traduntur; parum huc, meo quidem iudicio, quadrant.

In eiuſdem l. §. 14. pro, *Et ſi mulum plus iuſto onerauerit*, Græci μοῦλαν ſcribunt, vt antea dictum de muliere, quam illi δούλω exponunt, id eſt, ancillam, & de equa. Ibidem §. 19. mentio fit margaritarum extricatarum. Sic enim libri omnes, quos equidem viderim, habent. Id quomodo parum dextre Budæus, Accurſius, & alii etiam halucinãtes, declarare conentur; repetere non lubet. Tantum hoc dicam, vocem *Extricatas* corruptam videri. hoc mihi Græcorum verſionem intuenti diligentius, ad animum accidit. Habent enim ἀτρήτους, eamque ipſam vocem heic reponendam cenſeo, vt legatur: *Si quum maritus vxori margaritas atretas dediſſet, eaque inuito vel inſcio viro perforaſſet, vt pertuſis in linea vteretur*, & cet. Erunt autem per *atretas* accipiendæ, non perforatæ. Et cur poſtea perforandi verbo vteretur? cur pertuſas diceret? niſi reſpectu primæ formæ, qua necdum erant vel perforatæ, vel pertuſæ? Præcedenti certe paragrapho *diatreti* calicis mentio fit, quæ itidem vox Græca eſt, eiuſdem originis, & heic Græce retinetur. Vnde *diatretarii* quoque dicuntur, quorum mentio fit in l. 1. C. de excuſ. artif. Nec magni facio, quę contradicendi ſtudio Cuiacius protulit,

XXXII.

in nonnullis sua quoque retractare solitus. Paulo post in fine legis pro *tectore* Budæus *vietorem* reposuit. Hoc alii notant. & recte quidem. Nam & Græci *Tectori* legerunt, quum κονιατῇ verterint. Et tectores sunt, qui tectoria faciunt, ac in d.l. 1. C. de excus.artif. *albini* quoque vocantur. Sequenti l. 29. §. si nauis. dubio procul non *seruaculum*, non *verriculum*, non *gubernaculum*, non *lenunculum*, non *reuunculum*; sed *serraculum* legemus, Græcis auctoribus, qui κοντὸν vertunt.

XXXIII. In his legis 31. d.t. verbis, *Quum periculum euitari non possit*, Græci *periculum* interpretantur θάνατον, hoc est, *mortem*. In lege vero 14. sub fin. D. de nox.act. locus omnino mutilus est, & in omnibus quidem exemplaribus, quæ mihi videre contigit. Verba sunt hæc: *Sed & si statuliber sit, & ante deditionem exstiterit condicio, per fideicommissum libertas fuerit ante præstita, vel existente condicione legati dominium fuerit translatum; arbitrio iudicis absolui eum oportet.* Heic nemo non videt, ante illa verba, *Per fideicommissum*, & cet. quiddam desiderari. eaque de caussa fuere qui legendum putarent, *Vel per fideicommissum.* Verum ne id quidem acuto lectori satisfacit. Ego quum Græcos consulerem, deprehendi eos legisse: *Quasi si per fideicommissum libertas fuerit ante præstita.* Nam illi particulam hanc ὡσπερεὶ habent, ideoque suis in libris Latinis *Quasi si* reperisse videntur: quo amisso prius, nunc in locum suum reposito, restituitur id, quod Vlpianum scripsisse non dubito. Quod autem l. 22. §. si negauit. 4. D. eod. dicitur, *An iudicium dictare sine noxæ deditione velit:* Græci planius explicantes, ἀνάγειν εἰς τὸ διαφέρον interpretantur, hoc

hoc est, *an agere velit in id, quod interest.*

XXXIV.

In l.13. D. fin. regund. lex Solonis Græca recitatur, quam in actione finium regundorum obseruari iurisconsultus ait. Ea lex quum multo sit emendatius atq; integrius exposita in Basilicorum ecloga nostra, quam in vllis exemplaribus exstet: libet integram heic subiicere, notatis ad marginem diuersis lectionibus, & iis, quæ desiderantur in editis hactenus libris, per hasce notas [ ] inclusis.

Ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ, τὸν ὅρον μὴ † παραβαίνειν. ἐὰν τειχίον, * πόδα ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ τάφον, ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος † ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν. [ἐὰν φρέαρ, εἰ μήπω φρέαρ, ὃ προϋπῆρχε τοῦ γείτονος, ἐκ τοῦ ἑνὸς ἔργου βλάπτεται, ἐπὶ τοσοῦτον, ὅσον τὸ βάθος, ὀφείλει ἀποφυγεῖν. εἰ δέ τις ἐν ἀγρῷ βούλοιτο κτίσαι, τόξου βολὴν ἀπὸ τοῦ ἀγρογείτονος ἀπεχέτω.] ..... ὀργυιαί· ἐλαίαν δὲ, καὶ συκὴν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου * φυτεύειν. τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας: hoc est; *Si quis sepem ad alienum prædium fodiens duxerit, terminum ne excedat: si murum, pedis interuallum relinquat: si villam, pedes duos. Si sepulcrum aut scrobem foderit, quanta profunditas eius erit, tantumdem spatii relinquat: [si puteum, modo puteo, quem vicinus prior habebat, per idem hoc opus damnum non detur, ad tantumdem spatii, quanta profunditas fuerit, recedere debet. Sin quis in fundo ædificare velit, a fundo vicini ad arcus vsque iactum absit.] ..... iugerum. oleam & ficum IX pedes ab alieno serat, arbores ceteras ad pedes V.*

† παραβαινέτω. * ἀπολιμπανέτω πόδα. † τὸ βάθος αὐτοῦ, τοσοῦτον ἀπολειπέτω. * φυτευέτω.

Quod autem in hisce verbis notaui, quiddam ante vocem ὀργυιαὶ deesse: id quum exemplar nostrum non habeat, aliis publici commodi caussa perquirendum ex integrioribus libris relinquimus. persuasi quidem sumus, iuris ciuilis studiosos vel ob

hanc vnam tam insignem quasi lacunam complanatam, nobis aliquam gratiam habituros. Quum denique postremam huic opusculo manum adhiberem, & aliquot exemplaria Synopseos ex illustri bibliotheca Palatina septéuirali, serenissimi principis Palatini Friderici IIII beneficio, cum his conferenda mihi concederentur: inueni, collatis omnibus, integriorem paulo in nonnullis legem Soloniam huiusmodi, cuius ne varias quidem lectiones, in iis repertas codicibus, omittendas duxi.

† ιγ & ῑ. * τειχ', ἀπολιμπάνεται. † εἶναι. * ἑνὸς. † βούλεται

ἐάν τις δημοσίαν ὁδὸν ἤτοι † γλὺν παρὰ χωρίων ἀλλοτρίων ὀρύττῃ, τὸν ὁρισμὸν μὴ παραβαινέτω. ἐὰν * τοῖχον, ἀπολιμπανέτω πόδα ἕνα. ἐὰν οἴκημα, πόδας ἕξ. ἐὰν τάφρον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος † ᾖ, τοσοῦτον ἀπολιπέτω. ἐὰν φρέαρ, εἰ μήπω φρέαρ προϋπῆρχε τοῦ γείτονος, καὶ ἐκ τοῦ * νέου ἔργου βλάπτεται, ἐπὶ ὅσον τὸ βάθος, ὀφείλει ἀποφυγεῖν. εἰ δέ τις ἐν ἀγρῷ † βούλοιτο κτίσαι, τόξου βολὴν ἀπὸ τοῦ ἀγχιγείτονος ἀπεχέτω, ἢ ὀργυιάν. ἐλαίαν καὶ συκῆν ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτευέτω· τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας.

In his autem vitiosa iudico illa prima, δημοσίαν ὁδὸν ἤτοι γλὺν παρὰ χωρίων ἀλλοτρίων, pro quibus repono partim ex editis Latinis, partim coniectura mea, αἱμασιὰν ἢ φραγμὸν παρὰ χωρίῳ ἀλλοτρίῳ. Et ἢ φραγμὸν e scholio videtur irrepsisse. Totam vero legem ex his omnibus ita restituo:

* τάφρον.

ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαινέτω. ἐὰν τεῖχον, ἀπολιμπανέτω πόδα ἕνα. ἐὰν οἴκημα, πόδας ἕξ. ἐὰν δὲ * τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολιπέτω. ἐὰν φρέαρ, εἰ μή πω φρέαρ προϋπῆρχε τοῦ γείτονος, καὶ ἐκ τοῦ νέου ἔργου βλάπτεται, ἐπὶ ὅσον τὸ βάθος, ὀφείλει ἀποφυγεῖν. εἰ δέ τις ἐν ἀγρῷ βούλοιτο κτίσαι, τόξου βολὴν ἀπὸ τοῦ ἀγχιγείτονος ἀπεχέτω, ἢ ὀργυιάν. ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτευέτω· τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας:

τόδας: h.e. *Si quis sepem ad alienũ prædium fodiẽs duxerit, terminũ ne excedito. Si murum pedis vnius spatiũ relinquito. Si villã, pedes sex. Si † sepulcrum aut scrobẽ foderit quãta profunditas eius erit, tantũ spatii relinquito. Si puteũ modo vicini puteus istic antea nõ erat, eiq; per nouũ opus damnum nõ datur, tantum ad spatiũ, quantà profunditas erit, recedere debet. Sin ædificare quis in fundo velit, ad iactum arcus a fundò vicini abesto, vel ad iugerum. Oleam & ficum nouem pedes ab alieno serat, arbores alias ad quinque pedes.*

† fossam, si legas τάφρον.

XXXV. In l. 2. §. 1. D. famil. ercisc. dicitur, *Si quarta ad aliquem adrogatum deferatur*. Heic Græci τὸ τρίτον τῆς ὐσίας vertunt, hoc est, *tertiam bonorum partem*, ac si reperissent scriptũ, *Si quadrans ad aliquem adrogatum deferatur*. Ego tamẽ non ignoro quartã deferri tã ex auctoritate legis huius, quã l. 22. sup. de adopt. & l. Papinianus. §. si quis impubes. D. de inoffic. test. & aliis plerisq;. L. 20. § . 1. D. eod. quum dicitur, *Sed & si in rẽ patris vertit*; Gręci voce δανεισάμενος adiecta, sic legunt: *Sed & si mutuum in rem patris vertit*. quod explicandi caussa factum.

XXXVI. Ad legis 7. §. 2. D. de religios. & sumt. fun. hæc verba, *Vtilẽ actionẽ in factũ procõsul dat*; quale si holiõ in ecloga Gręci nostri adiiciãt, examinent eruditi. Nolumus enim nos modum notatorum excedere. Verba quidẽ in eo leguntur huiusmodi: ὑτήλιος ἁρμόζει, τουτέστι, συνεχὴς ἀγωγὴ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ κινουμένη. quorum hæc est sententia: *Competit actio vtilis, id est, actio cõtinua, quæ intra annũ instituitur*. In eiusdẽ tituli l. 14. §. impensæ legimus, *Idemq; & si quid ad corpus custodiendũ, vel etiã cõmendandũ factum sit*. Heic alii putãt, reponi debere, *Condendum*, pro *Commendandum*, alii *commundandum*. Ego lectionem vsitatã minime mutandã arbitror, præsertim

Græcis me confirmantibus in hac opinione, quorum hæc in versione verba sunt: ἐπὶ τὰ περὶ τὸ παραθέσθαι αὐτό, id est, *ad depositionem eius.* nam commendare, est deponere. l. 186. D. de verb. signif. vide & l. 40. inf. h. t. Eiusdem tituli l. 37. in princ. aliena mentio vocis est *Vectigalia*, quum Macer ait: *Et si qua vectigalia sunt*, vel *sarcophagi, & vectura.* Græci τῶν ἐνδυσιν vertunt, quod indicio est, recte notatum in glossa, quosdam libros habere pro *Vectigalia*, vocem *Vestiaria*: quæ quidem hoc loco germana est.

XXXVII. In principio legis 30. D. de iureiur. quum dicitur de actione, quæ inficiando crescit; vltimum hoc verbum explicatius Græci reddunt, διπλασιάζεται, hoc est, *duplatur.* Idem occurret inf. ad l. 7. D. de solut. & liberation. Eiusdem tituli l. 34. §. 3. leguntur ista verba. *Hoc iusiurandum de calumnia neque patrono, neque parentibus remittitur.* His omnino contraria traduntur a Græcis: ὃν οὐκ ὄμνυσι πατὴρ ἢ πάτρων, inquiunt: id est, *non præstat hoc iusiurandum pater aut patronus.* Itaque rectissime legerunt, *Æque patrono, atque parentibus remittitur.* pro qua lectione facit l. 16. sup. h. t. & l. 7. inf. de obseq. par. & l. 8. §. iubetur. sup. qui satisdare. & l. 13. §. si alieno. inf. de dam. inf.

XXXVIII. In l. 41. D. de pecul. dicitur, *nec seruum quidquam debere posse, nec seruo posse deberi.* Heic prioribus verbis Græci κατὰ νόμον inserunt, ac si suis in libris legissent, *Nec seruus quidquam debere iure potest.* Animaduertunt autem, qui manuscriptos libros tractarunt, propter similitudinem extremarum litterarum verbi præcedentis cum voce, quæ sequitur, haud esse difficile creditu, ab Vlpiano ita

scriptum

ſcriptum fuiſſe. In lege vero 2. D. de in rem ver. Iabolenus ait; *Qui nummis acceptum ſeruum manumiſit, agi cum eo de in rem verſo non poteſt.* Sic in editione Florentina legitur. Alii notant legendum, *Qui nummis acceptis.* Hanc Græci lectionem adprobant, qui vertunt, ὁ λαβὼν νομίσματα. Ibidem pro his verbis, *Agi cum eo de in rem verſo non poteſt*; notatur ad marginem eclogæ Baſilicorum, etiam legi, τῇ περὶ τοῦ πεκουλίου ἀγωγῇ: hoc eſt; *Agi cum eo de peculio non poteſt.* quod fortaſſe verius ſcholioli loco poſitum fuit.

In l. 52. §. idem reſpondit. D. pro ſoc. notat Accurſius pro *Cum certis vſuris*, legi etiam *Cum centeſimis.* Eam lectionem ſunt qui probent idoneam, ex l. 4. C. de ædific. priuat. Sed Græci noſtri ſimpliciter μετὰ τόκων, *cum vſuris*, verterunt. In fine legis 9. D. de contrah. emt. Harmenopulus *enbamma* exponit ὄξος σκευαστὸν, *acetum facticium*. Baſilicorum ſynopſis embammatis vel intincti voce retenta, ſubiicit; τυχὸν, ὀμφάκων σταφυλῶν: id eſt, *puta intinctum ex vuis acerbis.* hoc adpoſite dicitur de illo embammate, quod Italis eſt *agreſta.* Ceterũ quod contra reliquorum exemplarium auctoritatem Florentinus codex habet in l. 46. in fin. D. h. t. *Niſi ſpecialiter quibuſdam hoc conſenſum eſt*: in eo Græci cum aliis potius libris conſentiunt, qui *Conceſſum eſt*, habent; quum verbo ἐπιτρέπεσθαι vtantur. XXXIX.

In l. 9. §. Celſus etiam. D. locat. dicitur, ſi quis vitulos paſcendos, vel ſarciendum quid, poliendumve conduxit, culpam præſtare debere. Hoc loco *poliendi* verbum ad agros Contius auctore A. Auguſtino torquet; oblitus verbi *ſarciendi*, quod proxime præceſſit. Et quis agros ſarcire dixerit? Iidem XL.

legem 52. D. pro socio, citant confirmandæ sententiæ suæ caussa. Sed Græci nostri rectius hæc ad κναφέας siue fullones referunt, sicut & Glossarium vetus κνάπτειν interpretatur *polire*, & vicissim *polienda* reddit Græce λελουμένα, κναπτέα. sic enim lego, non κνάπτεα. Iunge l. 13. §. si fullo. inf. h. t. vbi perinde atque heic etiam, sarcinator (ῥάπτην adpellant ipsi) cum fullone coniungitur. itemque l. 25. §. vlt. eod. item l. 82. in princ. D. de furt. vbi expresse dicitur: Fullo & sarcinator, qui polienda vel sarcienda vestimenta accepit. In eiusdem tituli l. 11. §. vlt. legitur, *Deinde seruus igne illato se occidit*. Ita scriptum est in libro Florentino. Sed rectius alii pro, *Se occidit*, restituunt, *Succendit*. quod quidem & a Græcis hoc loco traductum, qui καύσῃ sunt interpretati.

XLI. In l. 15. §. Seruius. h. t. dicitur ex sententia Seruii, dominum colono vim omnem, cui resisti non possit, præstare debere. Mox adiiciuntur & exempla. *vt puta fluminum graculorum sturnorum*. Hoc loco Græci ante vocem *graculorum*, aliam inserũt, quæ nostris a libris abest, videlicet *gruum*. Sunt enim hæc interpretationis ipsorum verba, ἢ γεράνων, ἢ κολοιῶν, ἢ ψάρων. quasi legerint, *Vt puta fluminum gruum graculorum sturnorum*. Arbitror autem non sine librorum, quibus vsi fuerunt, auctoritate hoc eos fecisse. De vocabulo *Rancis*; quod paulo post sequitur, supra dictum a nobis est, in *Runcis* commutandum videri.

XLII. Eiusdem tituli lex 25. §. 5. de vi maiore in hæc verba disserit: *Vis maior, quam Græci θεοῦ βίαν adpellant, non debet conductori damnosa esse.* Non equidem dubito Græcam vocem corruptam esse de

multo

multo elegantiori, quam ecloga Basilicorum nobis conseruauit. Nam pro θεοῦ βίαν in ea legimus θεομηνίαν. de qua voce prolixius heic nihil adferam. facere tamen non possum, quin locum scriptoris venustissimi, Zosimi videlicet Comitis & exaduocato fisci, de libro historiæ secundo proferam; qui locus egregie, quid maior vis sit, quidve θεομηνία, declarabit. Zosimus autem hic ante paucos annos opera nostrâ primum in lucem Latine prodiit, † edendus etiam Græce, qua lingua pure loquitur, si me Deus opt. max. aliquamdiu adhuc superstitem esse volet. Eius in libro II de Manio Valerio Tarentino longa narratio est, indicantis inter cetera, Valerium hunc ante domum suam habuisse lucum ex arboribus maxime proceris: quibus fulmine tactis, & exustis, quidnam arbores istæ vi fulminis absumtæ portenderent, ambiguerit. Quumque morbo liberi eius corriperentur, commemorat eum haruspices adiisse. qui quum ex ignis delapsi modo coniecissent, Deûm hanc iram, siue vim maiorem, vt Caius noster & Plinius loquuntur, esse: non abs re cæsis hostiis, numen ab eo fuisse placatum. Hæc postrema verba sic Græce perscripta sunt: τῶν δὲ διὰ τοῦ τρόπου τῆς τοῦ πυρὸς πτώσεως, ὅτι θεῶν εἴη μῆνις, τεκμηρασαμένων· εἰκότως δι᾽ ἐκθυσιῶν τὸ θεῖον ἐξιλεοῦντο. Diuidit tantum vocem Zosimus, quæ composita retinetur ab auctoribus Basilicorum, vti dubio procul ab eis in vetustis Pandectarum exemplaribus inuenta fuerat.

† Deinceps editus anno 1589. inter auctores tomi quarti historiæ Romanæ, Francofurti apud Wechelianos.

XLIII. In l. 12. D. Qui potior. in pign. paragraphus ille, qui habet initium, *Papinianus*; cum præcedentibus, in Florentino exemplari coniungitur, & ad l. 12. refertur. At in libris vulgo editis hæc lex 13. re-

censetur, ab hoc initio, *Si prior creditor.* Cum his Græci consentientes, legem hanc peculiarem faciunt, & a præcedenti diuidunt. In eiusdem tituli l. vlt. §. vlt. scio lectionem hanc defendi ac tolerari posse, quæ Florentinæ cum ceteris editionibus communis est: *Negotiatori marmorum creditor sub pignore lapidum, quorum precia venditores ex pecunia creditoris acceperant, numerauit.* Sed videtur accommodatius esse, germanumque adeo Scæuolæ verbum, quod Græcos interpretatos video. Nam pro *Numerauit*, reddiderunt illi verbum ἐδάνεισε. de quo colligere licet, eos hoc modo scriptum suis in libris inuenisse: *Negotiatori marmorum creditor sub pignore lapidum, quorum precia venditores ex pecunia creditoris acceperant, mutuauit.* Vtrum tamen ex his verbum retineatur, eadem est sententia; nec super hoc equidem contendere cum quoquam velim. Similis corruptela verbi *Mutuandi* reperitur in iis, quæ ad finem Latinæ nouellæ CXXXVIII in vltima Contii editione sunt adiecta cum asterisco, qui scripturæ vitium notat. Ea sunt huiusmodi: *Similis constitutioni huic Græca subsequitur, quæ iubet in his tantum, quæ ciuitates * muniantur, locum non habere.* Nam pro *Muniantur*, omnino reponendum, *Mutuantur.*

XLIV. In l. 14. §. si quis αἰγιλάδας. D. de ædilic. edic. Græci vocabulum istud Græcum, quod Latinis in libris est, non retinuerunt; sed pro eo χοιράδας reposuerunt. est autem hoc sane aptius huic loco, quam illud alterū. nam strumas significat, & scrophulas quæ vere sunt inueterati faucium tumores, qui amplius discuti nequeunt, vt ipse iurisconsultus loquitur.

In

In l. 40. D. eod. verba sunt ædilium: *Ne quis canem, verrem, [vel minorem aprum,] lupum*, & cet. In his verbis, quę tamen in omnibus libris exstant, inclusa notis hisce [ ] quidam abundare tradunt, argumento tit. Institut. Si quadrupes. Aduersus hos Græcorum quoque producenda est auctoritas, qui vtrumque verterunt. Nam verrem κάπρον interpretantur, aprum vero minorem, σύαγρον. XLV.

Verba sunt legis 48. §. vlt. D. h. t. *Simplariarum venditionum caussa ne sit redhibitio, in vsu est.* Simplaria venditio redditur a Gręcis ἁπλῆ πρᾶσις. Quænam ea sit, varie quæsitum est. Budæus tradit, simplarias esse, pro quibus venditor necesse non habeat emtori de dupla repromittere. quo de agitur in l. 37. inf. de euict. Aliorum aliæ sententiæ sunt. Ne lectorem diutius suspensum teneam, in Basilicis nostris hoc loco notabile scholion adiectum est, quo significatur, simplarias venditiones esse, quæ neque laudem, neque vituperium habeant. sunt enim hæc verba: περὶ τῶν μήτε ἔπαινον, μήτε ψόγον ἐχουσῶν πράσεων λέγει. exempli gratia; Sicut homine generaliter legato, nec legatarius optimū seruum accipere potest, nec heres dare pessimum; l. 37. in princ. D. de legat. j: sic vendito mancipio vel iumento, quod nec optimum est, nec pessimum, redhibitio locum nō habebit. Elegans profecto Græcorum hæc interpretatio est, sicut Azonis & aliorum somnia ridicula; quum simplarias venditiones de rebus incorporeis, item de rebus vilibus, item de vitali alimento carentibus accipiunt. XLVI.

Quum in fine l. 58. h. t. dicitur, si & alia indicia prioris fugæ non deficiunt, etiam serui *responso* credendum esse: heic responsum Græci reddunt XLVII.

ἐμβάζοντα τοῦ δούλου ζήτησιν, *quæstionem serui, quæ fit per tormenta*. Videntur autem hoc petiisse de verbis l. 7. inf. de probat. & præsunt. vbi pro *responso*, serui *quæstioni* credendum esse dicitur, & Græci verbis eisdem hoc interpretantur, *τῇ ἐμβασανίῳ αὐτοῦ ζητήσει*. In lege vero vlt. §. vlt. h. t. quum dicitur, quicumque nouiciorum ex venalicio sit emtus, si alicui ministerio præponatur, veteranum fieri: *venalicium* nostri glossatores interpretantur locum, vbi nouicia mancipia vendantur. Idem faciunt & lexicorum iuris auctores plerique. Græci rectius *παρὰ σωματεμπόρου* vertunt. Vnde satis intelligitur, venalicium & venaliciarium eumdem esse, videlicet mangonem. Suetonius: *Venalicii quum Brundisii gregem venalium naui educerent*.

XLVIII. In l. 11. D. de euict. hæc verba sunt: *Paulus respondit, futuros casus euictionis post contractam emtionem ad venditorem non pertinere*. Tolerabilis hæc lectio est. sed aliam Græci sequuti sunt. Nam *τυχηρὰς αἰτίας* interpretantur. ideoque pro *futuros*, legerunt *Fortuitos casus*. Sic ab eis *τὰ τυχηρὰ* dicuntur fatales casus & damna, quum legem 2. D. de pericul. & comm. rei vendit. interpretantur. Item libro Basilicorum LVIII. tit. XII. *οὐ μὴν τυχηρῶς* vertunt, vbi iurisconsultus in l. 8. C. de oper. publ. dixerat, *Exceptis casibus fortuitis*.

XLIX. In l. 69. §. vlt. D. eod. hisce verbis, *Si quis in venditione statuliberum perfusorie dixerit*; Budæus pro *perfusorie*, bis reponit *perfunctorie*: Glossatores vero vocem ipsam retinentes, sic exponunt, vt dicere *perfusorie*; sit dicere, *ambigue*. Græci reddiderunt *ἁπλῶς*, simpliciter. In sequenti autem lege quod dicitur, *Ergo & si minor esse cœpit, damnum emtoris erit*:

erit: glossæ sic exponunt, *Si minor esse cœpit, scilicet rei æstimatio.* recte id quidem, quod ad sensum: sed quemuis arbitror videre, quam a Pauli sit alienum elegantia, dicere; *Si res minor esse cœpit:* quum de æstimatione loqui vellet. Ergo cum Græcis, qui reddiderunt, ἐὰν ἧττονος γέγονεν, reponamus; *Si minoris esse cœpit.* Et pertinet hoc ad id emendandi genus, quũ præcedentium vocum vltimæ litteræ similitudinem cum initiis sequentium quamdam habent.

In l. 3. D. de vsur. quod *legitimum tempus* Papinianus vocauit, Græci de suo quasi declarantes, τετράμηνον definiunt, id est, *quadrimestre spatium.* Consimile quiddam & supra notauimus. Sic & in l. 4. D. de testib. quum Paulus ait, lege Iulia caueri, ne inuito denuntietur, vt *testimonium litis* dicat aduersus socerum, generum, & alios quosdam: Græci plenius vertunt, *Vt testimonium litis criminalis* dicat aduersus socerum, & ceteros. hæc enim ipsorum verba sunt ἐπὶ ἐγκληματικοῦ δικαστηρίῳ. atq; hanc ego sententiam veram esse puto, tametsi a glossarum auctoribus improbetur. Ibidem l. 16. hæc vltima verba, *A iudicibus competenter puniuntur;* ita vertunt, ac si scriptum reperissent, *A iudicibus competentibus puniuntur*, ὑπὸ τῶν θεσμοφόρων ἀρχόντων τιμωροῦνται. nam alioqui vertere debuerant, ὑπὸ τῶν ἀρχόντων θεσμοφόρως τιμωροῦνται.

In l. 12. in princ. D. de rit. nupt. dicitur: *Inter me & sponsam patris mei, nuptiæ contrahi non possunt; quamquam nouerca mea non proprie dicatur. Sed & per contrarium, sponsa mea patri meo nubere non poterit, quamuis nurus non proprie dicatur.* Hæc verba Græci tam heic in Basilicis, quam in Institut. §. si vxor. tit. de nupt. ita mutarunt, Leone puto &

I.

II.

Constantino AA. auctoribus: vt apud eos vbique legatur, *Patris vel fratris mei sponsam ducere non possum, quamuis vxores eorum factæ non sint. Nam illa mihi est vice nouercæ, hæc fratriæ.* Atque hoc adeo constanter retinuerunt, vt ea verba sic immutata quum alibi reperiantur hinc citata, rum etiam in vtroque decreto synodali Ioannis Xiphilini, quæ libro III, Iuris Canonici Græcorum, in epitomen redacti, quod propemodum edetur, posuimus.

XII. Matthæus Monachus, cuius tractatum de quæstionibus Matrimonialibus libro Iuris Canonici Græcorum octauo posuimus, post hæc verba l. *62*. §. Mulier. D. h. t. *Mulier liberto viri ac patroni sui mala ratione coniungitur*; subiicit, μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον. *post ipsius patroni mortem*. Et rationem hanc addit: δίδωσι γὰρ ὑποψίαν, ὅτι καὶ ζῶντος ἐκείνου ταύτην μοιχεύων ἦν: hoc est; *Prebet enim suspicionem quod etiam adhuc superstite patrono eam per adulterium cognouerit.* Ibidem §. seq. quum dicitur, non posse tutorem puellam (alii *pupillam* ex l. *66*. h. t. legunt) suam ante constitutum tempus ætatis eius vxorem ducere; tempus hoc constitutum Græci etiam in textu, spatio κέ ἐτῶν, hoc est, annorum XXV definiunt.

XIII. Idem Matthæus Monachus hæc verba l. *66*. h. t. *Non est matrimonium si tutor vel curator pupillam suam intra vicesimum & sextum annum, non desponsam a patre, nec testamento destinatam, ducat vxorem*: aliter interpretatur, mutato scilicet annorum XXVI numero. Pro iis enim posuit, ἐντὸς τοῦ τριακοστοῦ χρόνου, *intra annum tricesimum*: quod fortassis hæc ita de principum posteriorum constitutionibus

tionibus etiam in Basilicis mutata fuerint. Nec eo contentus, etiam hanc declarationem adiecit: εἰκοσιπέντε γὰρ χρόνοι τῆς ἐνηλικιώσεως, καὶ τέσσαρες τῆς ἀποκαταστάσεως, καὶ τῇ ἀρχῇ τοῦ τριακοστοῦ χρόνου αὐτίκα ἡ ἐνοχὴ τοῦ ἐπιτρόπου λύεται. quibus verbis significare vult, *annos XXV computari ad implendam ætatem adultam, & annos esse quatuor restitutionis in integrum; ita vt initio anni tricesimi statim obligatio tutoris aut curatoris perimatur.* Quæ sane de Basilicorum iure petita fuisse, non est quod dubitemus.

Eius, quod ante diximus, Græcos ad l. 14. de ædilic. edic. pro αἰγάδας aliud Græcum vocabulum χοιράδας in Basilicorum libros retulisse; nunc simile prorsus exemplum hoc loco proferemus. In l. 9. §. dotis autem. D. de iure dot. Græca vox est παράφερνα, quam Basilicorum auctoribus in Græca translatione retinere non libuit. Nam eius loco posuerunt ἐξώπροικα, quasi dicas *extradotalia:* voce Iustinianeis, & sequentibus temporibus vsitatiore, qua Iustinianus ipse in l. 29. C. de iure dot. intelligi tradit res extra dotem constitutas. LIV.

In l. 4. D. de fun. dot. vbi mentio fit prædii dotalis, Græci ad hæc verba, *De dotali prædio*; adiiciunt, *inæstimato.* recte. quamquam in contextum hoc recipi debere, vix putem. Iidem l. 1. D. de diuorr. & repud. quum matrimonium dicitur dirimi diuortio, morte, captiuitate, vel alia contingente seruitute vtrius eorum: hæc verba subiiciunt, οὐ μὴν ἐπὶ τῆ περιορισμοῦ, id est, *non etiam deportatione.* Rursus in l. 12. D. de impens. in res dotal. fact. quũ Paulus ait, non debere arbitrum curare modicas impensas: Græci ἀναγκαίας adiiciunt, hoc est, *necessarias.* Sic quum in l. 5. §. non tantum. D. de ad- LV.

gnosc.& alend.lib.dicitur, a iudice cogi patrem, vt non tantum alimenta, verumetiam cetera quoque onera præbeat: post vocem *Onera*, Græci adiiciunt, ἐσθῆτα & οἴκησιν, *vestem & habitationem*, prorsus vt in veteribus glossis est. Hæc omnia non abs re pro scholiis habebimus.

LVI. Post vltima verba in rescripto Marci Aug. quod d.l.5.§.si mater. D. de adgnosc.& alen.lib. legitur, videlicet hæc, *Etiamsi a patre suo educeretur*; Græci subiiciunt, ἅτε μηδεμιᾶς βλάβης ἐπιούσης τῇ γυναικὶ ἀπὸ τοῦ διαζυγίου: hoc est; *quasi nullum detrimentum ad mulierē perueniret ex diuortio*. Quæ verba significant, Antoniam Montanam a marito diuertisse, proque filia, quam facto diuortio aluerat, a patre aliquid, alimentorum nomine, petiisse. Respondet autem imperator, has impensas a iudicibus æstimandas: ac tametsi ab ipso patre fuisset educata filia, matrem tamen cogi ad ea præstanda, quæ maternus adfectus exigat. Nam alioqui res eam speciem haberet, ac si nullum onus alendis communibus liberis ad matrem facto diuortio perueniret.

LVII. Recte doctissimus Cuiacius noster quod in l.8. D. de tutel. scribitur, *In fraudem debitorum*; ita mutandum docuit, vt pro voce *debitorum*, reponatur vox *creditorum*. Sic enim Græci quoque legerunt, qui δανειστῶν vertunt. Lege 17. in princip. D. de testam. tutel. in his verbis, Prætor etiam ceteris obtulit hanc condicionem; Græci pro *Condicionem*, legisse videntur *Optionem*. quippe vertunt ἐπιλογήν. Ne quidem in l. 2. D. Qui pet. tut. vel curat. Græcis nostris Græcam Modestini vocem κολάζονται ἐπιστρεφῶς, hoc est, *seuere*, sua in translatione retinere lubuit. nam pro ea σφοδρῶς posuerunt, quod

est

est *vehementer.* Hoc iam tertium mutationis huiusmodi exemplum esto. In lege vero 5. §. Iulianus. D. de admin. & peric. tutor. omnino Græca vox *aneclogistos*, vti scripta reperitur in libro Florentino, corrupta est. Nam in Basilicis Græci vocabulum verius habent nimirum ἀλογοθετήτους, id est, *immunes a rationibus reddendis.* Sunt qui *alogistas* legant, quod ipsum quoque vitiosum est.

LVIII. In l. 7. §. Si deponi. D. eod. quum Iurisconsultus ait, præstandas vsuras pupillares; Græci hoc declarantes, adiiciunt; τουτέστι τοὺς τόκους ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς, hoc est, *trientes.* Ibidem l. 43. §. Qui quum esset. in his verbis; *Curator quum officium suum egressus, sponte se obligauerit;* itidem Græci vocem *Sponte* dilucidius explicantes, πρωτοτύπως reddunt, hoc est, *principaliter*, siue nomine suo, tamquam debitor principalis, vt vulgo loquimur.

LIX. In principio legis 57. D. h. t. leguntur in Pandectis Florentinis hæc verba: *Quum tutores idem circa priores debitores propter eumdem casum* (scilicet incendii, quo exusta erant chirographo) *fecissent, id omisissent circa debitores pupillorum.* Quibus in verbis aliquibus est suspecta vox *Priores*, pro qua creditores *Proprios* reponunt. eamque lectionem alioqui rectam videri, Contius existimat, si de manu scriptis probari posset. Ego Græcorum auctoritate fretus *priores* debitores scribendum aio. Quamquam enim hanc ipsam vocē non retinent, tamen quum debitores πατρῴους siue paternos dicunt; omnino lectionem hanc confirmant. Intelligunt enim debitores paternos, respectu eorum, qui pupillis debebant. Quo fit, vt recte priores debitores dicantur, qui patri debuerant; sicut & posteriores, qui pupillis.

LX. In l. 6. in princ. D. qui testamen. fac. poss. dicitur, quamuis pater filio, qui eius est in potestate, permittat, vt testamentum faciat; nihilo tamen magis illum iure testari posse. Hoc loco Græci adiiciunt, eum testari non posse ἐν τοῖς παγανικοῖς, vt a castrensi peculio hæc separent. Ibidem l. 8. §. 1. quum dicitur, bona illius, cui aqua & igni est interdictũ, quæ tunc habuit, quum damnaretur, publicari: habet exemplum lector illius, quod ante monuimus, nimirum Græcis esse familiare, vt priora de posterioribus principum constitutionibus in ipso textu corrigant. Quippe quum hic locus per nouellam CXXXIIII. §. vt autem. correctus sit: Græci simpliciter heic eam emendationem textui verbis hisce inserunt: δίδοται κατιοῦσιν ἢ ἀνιοῦσιν; ἢ δημεύεται: hoc est; *dantur eius bona descendentibus siue liberis, aut adscendentibus siue parentibus, vel publicantur.* Eodem loco dicitur, eos, qui ad ferrum (hoc est, ad gladium, vt Græci per ξίφους interpretantur) aut ad bestias, aut in metallum damnantur, libertatem perdere. Heic facere non possum, quin Græcorum oscitantiam in vertenda voce libertatis indicem. Nam quum dicere iurisconsultus velit, his maximam capitis deminutionem accidere, quum simul & ciuitatem, & libertatem amittant, ac serui pœnæ efficiantur: non παῤῥησίαν interpretari *libertatem* debebant, sed ἐλευθερίαν. Verum ita comparatum est in rebus humanis, vt nihil in terris absolutum sit omnibus, quod aiunt, numeris.

LXI. In l. 23. D. h. t. septem testium fit mentio. Basilicorum auctores vertunt ἑπτὰ ἢ πέντε, *septem aut quinque.* Pertinet hoc ad illud, quod a me dictum est,

est, solere Græcos ius prius per posterius in ipso quoque Pandectarum textu corrigere. Nam in l. 21. §. vlt. C. de testib. impp. Theodosius & Valentinianus quinque testium mentionem faciunt. In lege vero 7. D. de liber. & postum. ita legisse videntur Græci, atque si scriptum in eorum libris fuerit; *Etsi viuo patre decedat*. Non enim particulam ἐάν, sed καὶ posuerunt.

Quod in l. 48. §. interdum. D. de hered. inst. his verbis legitur: *Seruum adulterii accusatum*, &c. id aliis in libris Accursius ita scriptum reperiri tradit, vt pro *Accusatum*, reponatur *Maculatum*. pro qua lectione citat & legum quædam testimonia. Verum si Græcis fidem habere volumus, vocem *Accusatum* retinebimus; quum ii κατηγορούμενον verterint. At in l. 59. §. quum quis. D. eod. sunt qui negationem in his verbis tollendam existiment, *Quum quis ex institutis, qui non cum aliquo coniunctim institutus sit*, & cet. Sed ea retinetur etiam a Græcis, qui sic interpretantur, εἰ μὴ τινι τῷ συνημμένος. & additur, τὸ τε γὰρ τῷ συνημμένῳ προσαύξει. quæ verba cum iis conueniunt, quæ heic in glossa traduntur. Eiusdem tituli l. 71. quidam volunt in his verbis, *Ex ea parte Mauius heres esto*, voculam *Parte* superuacaneã esse. Horum opinionẽ Græci confirmant, qui ἐκ τούτου verterũt, nec adiecerunt μέρους. LXII.

In l. 41. §. Ex his verbis. D. de vulg. & pupill. substit. quum dicitur, portionem non adeuntis deferri scriptis heredibus: Accursius *Non adeuntis*; interpretatur *Repudiantis*: Græci vero, τοῦ ἀζνοοῦντος, hoc est, *deficientis*. quod sane latius est, quam illud alterum. In l. 34. §. Militia. D. de testamen. milit. ad hæc verba, *Nec tamen circa militem*, adiiciunt Græ- LXIII.

ci, ἐπὶ στρατευόμενον prorſus vt gloſſatores noſtri, *circa eum, qui adhuc militat*. Sæpenumero reperiuntur apud Græcos huiuſmodi gloſſæ, a noſtris ad verbum expreſſæ, quaſi ſi a Græcis petitæ fuerint. In l. 21. §. interdum. D. de adquir. vel omitt. hered. quum dicitur, *Vtputa ſi re non hereditaria quaſi heres vſus ſit:* Græci negantem particulam omittunt, quam & Bartolus alicubi non adgnoſcere hoc loco videtur. Dixi ſupra, non parum in hiſce particulis vel detractis, vel adiectis, momenti poſitum eſſe.

LXIV. In l. 1. §. hoc autem ſenatuſconſultum. D. de S. C. Silan. mentionem Sexti iuriſconſulti facit Vlpianus. Sic enim noſtri Latini libri habent omnes. Sed Græci ſcripſerunt, ὁ Σέρβιος, *Seruius*. Vtra lectio verior ſit, eruditis diſceptandum relinquo. Scio quidem, in l. 2. ſup. de orig. iur. aliquot Sextos recenſeri, veluti Sextum Ælium Pætum, Sextos Papirios, Sextum Pompeium. Sed vix arbitror, horum aliquem ſimpliciter Sextum ab Vlpiano vocatum. Quæ fortaſſe ratio Græcorum lectioni fauet. ſed iterum aio, me quidem quod attinet, haud liquere.

LXV. In l. 11. D. de legat. j. diuerſitas quædam eſt ſcripturæ, quum pro *extero* quidam legant, *ex toto*; alii, *ex Trebelliano*; alii, *ex teſtamento*; alii, *extraneo*. Græci horum alterutrum ſuis in libris inuenerunt, videlicet *Extero*; vel *Extraneo*. nam ἐξωτικῷ verterunt, quod vtrique reſpondet.

LXVI. In his verbis legis 16. in princ. D. eod. *Si duobus res coniunctim legata ſit, quamuis alter in rerum natura non fuerit; alteri ſolam partem deberi, puto verum eſſe:* Græci μόνον τὸ ἥμισυ habent, atque ſi legiſſent,

ſent, Alteri *ſolam dimidiam partem* deberi. potius tamen exiſtimo, declarationis hoc cauſſa ab eis adiici. Et referri videtur hoc ad l. 164. D. de verb. ſignif. vbi dicitur; Si non fuerit adiecta portio, dimidiam partem deberi.

LXVII. Eiuſdem tituli l. 34. §. ſi duobus. hæc verba ſunt. *Vnciarum heredem vndecim partes in fundo habiturum, coheredem vnciam.* Mire ſe torquent gloſſatores his explicandis, ſiue legendum ſit *vnciarum heredem vndecim*, ſiue *vnciarium heredem*. Ego locum mutilum eſſe aio, & de Græcis recte reſtitui exiſtimo. Vnciarium quidem heic nullum heredem adgnoſcimus. Cur enim plurium heres vnciarum, magis heres vnciarius dicatur, quam heres vnius vnciæ? Vna voce *vndecim* repetita, locus integer eſt, hoc modo: *Vnciarum heredem vndecim, vndecim partes in fundo habiturum; coheredem vnciam.* Error inde fuit ortus, quod librarii parum prudentes aut eruditi, putarent alterum *vndecim* otioſum eſſe. Græcorum hæc verba ſunt: ὁ εἷς τὰς ιά οὐγγίας κληρονομῶν, ιά οὐγγίας ἕξει τοῦ ληγάτου· ὁ δὲ ἕτερος, μίαν. quibus ex verbis aperte quiuis perſpicit, ita locum reſtituendũ, vt dixi; & præterea videri, Græcos in extremis legiſſe: *Coheredem vnam*, non *vnciam.*

LXVIII. In l. 40. D. eod. minime debet in his verbis abeſſe negatio; *Cui ius poſſidendi non eſt.* ſi Græcis quidẽ credimus. Nã illi ſic verterũt, οὗ τινος τὴν κτῆσιν οὐκ ἔχω, ὅτι δύναμαι αὐτὸ νεμηθῆναι. Ibid. l. 75. §. ſi mihi. in fin. *actiones præſtare*, Græci exponũt ἐκχωρεῖν, h. e. cedere. In definitione legati, l. 116. h. t. recte monẽt alii ex Harmenopulo, *delibationem hereditatis* dicendã, h. e. τῆς κληρονομίας μείωσιν, non *deliberationẽ.* Sic enim Baſilicorũ auctores verterũt, quos Harmenopulus & alii ſequuti ſunt.

LXIX. In hiſce verbis l.34.§. Lucia Titia. D. de legat. 2. *Niſi euidenter adparuerit, omittendi fideicommiſſi cauſſa hoc eum feciſſe:* ſunt qui *omittendi* putent mutandum in *amittendi.* ſed horum ſententiæ Græci aduerſantur. Vertunt enim, ὅτι ὡς ἀποσιωπώμενος ἐποίησε τοῦτο. Et verbum ἀποτάττεσθαι omnino ſignificar renuntiare, vel repudiare, vel omittere. De permutationibus autem horum verborum, *Omittere*, ac *Amittere*, ſupra quoque dictum eſt.

LXX. In l.65.§. Quadrigæ. D. h.t. verba ſunt Papiniani: *Quadrigæ legatum equo poſtea mortuo, perire quidam ita credunt; ſi equus ille deceſſit, qui demonſtrabit quadrigam.* Sic enim in editione Florentina legitur, fortaſſe pro *demonſtrauit*, more veteri. *Demonſtrabat* legunt alii. Et gloſſarum auctores ad hoc verbum adiiciunt, *Quia erat magiſter quadrigæ.* Item, *Immo demonſtrabat, quia erat de ſubſtantia quadrigæ facta a teſtatore.* De quibus necdum intelligi arbitror, quid ſignificetur per equū, qui demonſtrabat quadrigam. Rectius hoc vno verbo tibi declarabunt Græci, ſcilicet intelligi τὸν καλλιστεύοντα ἐν αὐτοῖς ἵππον, hoc eſt, *equum inter ceteros quatuor optimum:* quo mortuo legatum extinguitur. Et nota ſequentium quoque verborum planiſſimam interpretationem: *Sed ſi medio tempore deminuta ſuppleatur, ad legatarium pertinebit.* Sic enim hoc Græci, εἰ περιὼν ὁ διαθέμενος ἐπλήρωσε τὸ τέθριππον: hoc eſt; *ſi teſtator ſuperſtes, quadrigam ſuppleuerit.* vt medium tempus, intelligatur de vita teſtatoris.

LXXI. In l.62. D. de legat.3. quum verbis hiſce dicitur, *Quia mulorum adpellatione etiam mulæ continentur:* Græci pro *Mulorum*, ponunt βορδόνων, qui burdones

burdones sunt in l. 49. sup. h. tit. Ceterum quod Contius ex Baronis auctoritate in titulo, *De dote prælegata*, male tradit Haloandrum in editione sua scripsisse, *De dote relegata*: fortasse reuocari adhuc in disputationem posset. Nam & Græci reddiderunt, περὶ προικὸς ἀντιλεγατευθείσης: hoc est; *de dote relegata*. Et haud dubie nec veterum illi auctoritate librorum, nec ratione caruerunt. quo de prolixius agendi non hic locus est, ne nostro ab instituto discedamus.

LXXII.

In l. 3. §. si vinum. D. de trit. vin. vel ol. legat. dicitur, *Vino legato vasa quoque legata videri. Non quia pars vini sint vasa, quemadmodum emblemata argenti, scyphorum forte, vel speculi.* Hæc postrema sic Græci verterunt. ὥσπερ τὰ ἐμβλήματα τῶν ἀργυρέων σκευῶν, καὶ τὰ ἀέτλα τοῦ οἴκου. quibus in verbis si vnicam vocem corruptam restituas, legendo ἀέκλα τοῦ οἴκου, pro ἀέτλα, non dubium est, insigne mendum ex Latinis codicibus nostris tolli. Nam omnino legi debet, *Vel specula domus*: hoc est; vel quemadmodum specula pars sunt domus. Et arbitror specula esse, quæ & *specularia* quum alibi dicuntur, tum in l. quæsitum §. si domus. inf. de instruct. & instrum. legat. Vbi negat iurisconsultus, instrumento domus legato, deberi specularia & vela, quæ voluptatis caussa in domo sunt, frigoris forte per æstatem, vel vmbræ arcessendæ caussa. Sed acute, vt solet, doctissimus Cuiacius aduersus Vlpianum disputat, propterea quod mox subiiciatur, vela tamen cilicia deberi, quæ ideo parantur, ne domus vento aut pluuia laboret; videri & specularia deberi, quæ in eumdem vsum parantur. Hoc eo magis locum habebit, quum ex hac restitutione dictæ l. 3. §. si

T

vinum. D. h. t. quam ex Basilicis eruimus, pateat; specula siue specularia partem domus esse.

LXXIII. In l. 3. D. de supellect. legat. variæ sunt adpellationes supellectilis, & quædam etiam vitiosæ ac deprauatæ. Velut est vox *trapezophora*, quæ post mensas ponitur. Scribendum enim, *trapezophori*; quod nomen in Basilicis exstat, cum hac declaratione, οἱ τὰς τραπέζας ἔχοντες, vt intelligantur columellæ siue pedes, qui mensas impositas sustinent. Nam trapezophora significationem aliam habet, videlicet τραπεζῶν, ἐφ' ὧν τὰ ἐκπώματα κατάκειται: hoc est; *mensarum, in quibus vasa potoria collocantur*, vt Pollux scripsit. Glossarium vetus τραπεζόφορα, *calicularia* reddit, quasi caliculiaria; quod in eis calices, siue caliculi, hoc est, potoria vasa reponantur. Sequuntur *delphica*, pro quibus ex Basilicis restituendi *delphines*. *Imperia* Græci προσκεφάλαια siue puluinos interpretantur. sunt qui pro his *impilia* reponant, quorum mentio fit in l. 25. inf. de auro, argen. mun. *Aquiminalia* leguntur in Florentina editione, in ceteris *aquiminaria*; quæ Græci χερνιβόξεστα reddunt. hanc vocem vetus glossarium significare dicit *aquimanilia*, quemadmodum & heic scribendum in Pandectis, minime dubito. Quæ *candelabra* nostri, ea Græci κανδηλάρια, *candelaria*, vno in loco scribunt. Item quum dicitur, Si *armamentorum* gratia parata sint; Græci legerunt *Armorum* gratia, quum verterint ὅπλων. Vasa *murrina* in l. 3. & *murrea* in l. 11. h. t. eadem esse, de Græcorum interpretatione colligitur, qui vtrobique reddiderunt μύῤῥινα.

LXXIIII. Titulus secundus libri Digestorum XXXIIII aliter apud Græcos legitur, quam nostris in libris. Nam

Nam illi post *Mundo*, vocem *Ornamentis* omittunt; & videtur sane posterius illud adiectum, velut scholion, quo declararetur, quid mundus esset. Itidem Graeci nec illas voces, *Veste vel vestimentis*, habent.

Eodem titulo, l. 19. §. Idem Celsus. mentio fit *iunctura argentea*, quam Graeci μουλῶν κόσμον interpretantur, hoc est, *ornatum mulorum*: vt intelligatur iunctura mulorum argentea. Somnians heic noster Accursius; *In iunctura*, inquit, *quia cum argento iniungebatur aurum auro, vel alii materia*. Ibidem sigilla Graeci ζώδια reddunt, quae signa sunt. vt ea ζώδια, quae Zodiaco nomen dederunt. In lege vero 32. D. eod. de *pediculis argenteis* dicitur, quae fortasse *pendicula* sunt, aut *pendicla*, ceu scribitur in veteri glossario; quod etiam ἐνωτίδιας, & ἐνώτια interpretatur. quamquam alio loco, sicut heic, etiam ibi *pedicula* scribantur, eadem tamen cum interpretatione. LXXV.

Tres hi Pandectarum in libro XXXIIII tituli, *De his quae poena caussa relinquuntur*, *De regula Catoniana*, *De his quae pro non scriptis habentur*: auctor eclogae Basilicorum ad titulum praecedentem *De rebus dubiis* refert; nec peculiares heic titulos adgnoscit. Recte, an sequius, equidem dicere non habeo. In l. 41. D. de condic. & demonstr. dicitur, legata sub condicione relicta interea; dum condicio exstiterit, delegari non posse. Graeci verbum *delegari* per μεταφέρεσθαι exponunt, de quo & ipsa sententia intelligitur, & non *legari*, sed *delegari*, legendum esse, perspicitur. Quod autem in l. 39. D. ad L. Falcidiam, his verbis, *Propter indicium prodita mortis*, Graeci adiiciunt τοῦ δεσπότου, hoc est, *prodita* LXXVI.

mortis domini; videtur vt ſcholion, non ἀπεξόφορον tamen, declarationis cauſſa eſſe adiectum.

LXXVII. Vitioſam illorum eſſe lectionem, qui l.1.§. Non ſolum. D. vt legat. ſeu fideicom. hanc ſcripturam ſequuntur, *Plane ſi quis omiſſa ſtipulatione litem de legato conteſtatus eſt, probandum eſt nec ceſſare debere ſtipulationem*; iampridem alii quoque monuerunt. Equidem meo vti promiſſo ſatisfaciam, Græcorum auctoritatem producam: qui quum verterint, ἀργεῖ ἡ ἀσφάλεια, legerunt omnino ſine negatione, *Ceſſare debere ſtipulationem*.

LXXVIII. In l.3.§. ſed ſi ſub.D.de bonor.poſſeſſ.cont.tab. quum dicitur, *Si ſub condicione ſcriptus ſit*; Græci vertunt, ὑπὸ αἵρεσιν αἰτιατικήν, quæ cauſſalis eſt, ſiue cauſſaria condicio. Ad ipſa vero hæc verba gloſſæ in noſtris mentionem condicionis poteſtatiuæ, itemque caſualis faciunt. Præterea exprimitur a Græcis, hæc de filio dici emancipato.

LXXIX. In eiuſdem tituli l.17. negationem in hiſce verbis, *Bonorum poſſeſſionem contra tabulas non poteſt filius eius habere*; Græci omittunt. Sed adparet, eos Marcelli potius ſententiam ſequi, quæ ſtatim ſubiicitur. Titulũ vero, *De dotis collatione*, Græci cum præcedente, *De collatione bonorum*, coniungunt. At vero in l.3.§.ſi mater. D.de Carbon.edict. quũ Iuriſconſultus ait, *Ex matrimonio editus*; Græci adiiciunt, νομίμου γάμου, id eſt, *ex matrimonio legitimo*. Iidem in eiuſdem legis §.vlt quum dicitur, *Oportebit hunc, qui ſe filium dicit*; hocipſum declarantes interpretantur τὸν προνοοῦντα τοῦ παιδὸς, hoc eſt, eum qui curam impuberis filii gerat, hoc facere debere.

LXXX. In l.vn.D.de bonor.poſſeſſ.ex teſtam. milit. bis repetitur vox, *In hoſticolo*. Notant quidam, in aliis

manu

manu exaratis legi, *In hostili loco.* Ea lectio cum Græcorum interpretatione conuenit, qui verterunt, ἐν πολεμουμένῳ τόπῳ.

In l.1.§.recte autem prætor. D.Si tabul.testam. nul.exstab. quod dicitur, vt sicuti contra tabulas ipsis defert, ita & ab intestato ipsos vocet: Græci sic vertunt, ἐκ διαθήκης ἢ κατ' αὐτῆς, atque si legissent; *Vt sicuti secundum & contra tabulas ipsis defert*, &cet. Titulum vero, *Vnde cognati*, Basilicorum ecloga cum proxime præcedenti, *vnde legitimi*, coniungit. LXXXI.

In principio legis 3. D. de suis & legit. heredib. hæc verba, *Intestato liberto mortuo, primum suis deferri hereditatem, verum est: si hi non fuerint, tunc patrono:* Græci aliter interpretati sunt, insertis quibusdam. Sunt enim hæc illorum verba: *Liberto mortuo, primum descendentes siue liberi vocantur; & post eos, ipsius liberti parentes siue adscendentes; itemque fratres, qui liberi sunt: qui si nulli fuerint, patroni.* Hæc ad ea loca pertinent, in quibus dixi iura vetera siue priora, per posteriora corrigi. Nam hęc emendatio petita fuit ex l. vlt. C. de bon. libert. & iu.patron. quæ quidem in Codice non exstat integra. Legitur autem hoc, quod indicauimus, ibidem cap.8. eorum fragmētorum legis huius, quæ Contius in editione sua postrema collegit & ordine posuit. LXXXII.

Eiusdem legis §. seq. quod dicitur, *Qui si necem domini detexit*, aliter a Græcis redditur: perinde scilicet, ac si scriptum reperissent, *Quod si necem domini detexit.* Parum hoc abest a lectione aliorum, *Quid si necem domini detexit.* Paulo post, eodem loco, non dubitem ope Græcorum tolli vitiosam LXXXIII.

lectionem posse. Nam quum dicitur, *Quod si non addidit, efficietur quidem ciuis Romanus, sed erit eius libertus*, & cet. Hoc Græci sic vertunt; εἰ δὲ μὴ προσκυρωθῇ τινι: hoc est; *Quod si non addictus alicui fuerit.* Ergo sine vllo dubio legerunt, *Quod si non addixit*, videlicet prætor. Quæ lectio vera est, & ex præcedentibus quoque probatur, vbi dicitur; Siquidem adsignauit prætor. Etenim adsignare & addicere, significationis eiusdem sunt.

LXXXIV. In principio legis 1. D. de oper. no. nuntiat. non est quod dubitem, Florentinæ lectioni præferendam eam, quæ in editis vulgo libris retinetur. In Florentina est, *Hoc edicto promittitur:* in aliis, *permittitur.* ac recte quidem. nam ita Græci quoque legerunt, κωλύειν ἔξεστιν, id est, *hoc edicto permittitur inhibere.* Ibidem sequenti §. in his verbis; *Et erit transeundum ad interdictum, Quod vi aut clam factum erit, vt restituatur:* postrema istæc, *Vt restituatur*, non absque caussa Græci prorsus omiserunt.

LXXXV. Torquent se nostri glossatores in his verbis legis 1. in princ. D. de publican. & vectig. tum restituendis, tum exponendis: *Quod publicanus eius publicani nomine vi ademerit.* Aiunt enim, quosdam libros habere, *Seu publicani nomine:* quosdam, *Eiusve familia publicani.* Neutrum admitti potest. Græci nostri verterunt hæc verba, *Eius publicani nomine*, in hunc modum: ὀνόματι τοῦ τέλους, id est, *vectigalis nomine.* Quæ verba quum adtentius considero, in eam sententiam venio; vt existimem, illos pro, *Eius publicani nomine*, reperisse scriptum, *Iuris publici nomine.* Vel si iuris vocabulum longius a similitudine vocis Eius recedit, saltem legisse videntur, *Eius publici nomine:* vt publicum heic simpli-

ſimpliciter ſignificet vectigal, quemadmodum paulo poſt in definitione publicanorum: *Publicani ſunt, qui publico fruuntur.* & in l. 34. D. ex quib. cauſ. maior. & in l. 33. D. pro ſoc. *publicorum conductiones.*

LXXXVI. In l. 8. D. eod. ſic legitur in Florentino archetypo: *Sed ſi vnus ex pluribus heredibus rem munem cauſſa vectigalis ſubripiat.* Monſtroſam hanc vocem ſunt etiam qui hoc loco retinendam putent, & exponant. Sed cur non aliorum lectionem potius ſequamur, qui *Rem communem* habent, cauſſam nullam video: præſertim quum Græci quoque verterint κοινὰ πράγματα, res communes.

LXXXVII. In l. 9. §. 5. D. eod. quum dicitur, *Quod illicite publice priuatimque exactum eſt*; Græci largius interpretantur, *Quod illicite a perſona publica vel priuata exactum eſt.* Rectius ſane, quam Gloſſatores noſtri, qui exponunt *Publice*, hoc eſt, a publicano, qui auctoritate publica vtitur: vel *publice*, puta rapiendo; *priuatim*, ſurripiendo. quæ lector intelligit, quam futilia ſint. Ibidem paulo poſt de vi extorto, pœnæ tripli fit mentio, pro qua [illegible] pœnam quadrupli ſubſtituunt. Ea num [illegible] veteri ſtatuta fuerit, an aliquo recentior[illegible] adfirmare nequeo.

[illegible] Ibidem in §. Earum rerum. pro eo verbo, quod [illegible] libri noſtri habent, *Alius exercere* [illegible], Græci videntur inueniſſe ſuis in [illegible] *re non prohibetur.* quod ſane [illegible] eſt, & aptum huic loco verb[illegible] τῶν aliter interpretari neq[illegible] D. eod. pro *Curatori* p[illegible] Nam Græci vocabulū [illegible]

& rationalem, & procuratorem (vt ita dixerim) generalem significat. Curatorem vero φροντιστὴν interpretantur, vt φροντισταὶ δημοσίας, item φροντισταὶ δρόμου, qui curatores publici sunt, & curatores cursus. Non libet heic iuris complura citare loca. quippe non ignoro, curatoris quoque vocem defendi hoc loco posse.

LXXXIX. In l. 3. §. Si quis seruum. D. de statulib. hæc verba sunt. *Sed nec si aliis subripuerit nummos.* In iis verbis, si Græcis interpretibus credere volemus, mendum latet. Nam illi reddiderunt, εἰ καὶ δι' ἄλλου ἔκλεψεν: hoc est; *licet heres per alium subripuit nummos.* Ergo nemo non videt, illos in suis libris inuenisse scriptum: *Sed nec si alius subripuerit nummos.* In proxime sequenti l. 4. §. vlt. sic omnes distinguunt & legunt: *Item Cassius ait, ei qui seruire iussus est anno, illud tempus, quo in fuga sit, vel in controuersia, pro libertate non procedere.* Græci sic verterunt. εἰ φύγῃ μεταξὺ, ἢ δικάσηται ὡς ἐλεύθερος, & cet. hoc est, *si interea fugerit, vel in controuersia sit, veluti liber.* Ergo, *Pro libertate*, non ad *Procedere* referri debet; sed cum præcedentibus iungendum, vt ita distinguatur: *Vel in controuersia pro libertate*, [*tempus illud*] *non procedere.* Distinctio certe variata, nonnihil in sententia quoque diuersitatis efficit.

XC. Qui in principio legis 29. D. eod. pro his verbis, *Et ideo in publicis quoque iudiciis*; reponendum censent, *Sed non in publicis quoque iudiciis*: a Græcis quoque dissident, qui hæc ita vertunt; καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐγκλήμασι τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις δούλοις ὑφίστανται. Itidem qui *orciuum libertum* scribunt quum alibi, tum in l. 5. D. qui sine manumiss. pro *Orcino*, a Græcis refutantur, apud quos ἀπελεύθερος ὀρκῖνος legitur.

Quum

Quum in princ. l. 2. D. de re iudicata, & de effect. sentent. dicitur, *Qui pro tribunali cognoscit, non semper tempus iudicati seruat*; Græci more suo iudicati tempus exprimunt clarius, & spatio quadrimestri definiunt: vt etiam in seq. l. 4. §. si quis condemnatus, *legitimum tempus*, mensium quatuor interpretantur; item *dies constitutos*, τετράμηνον. inf. h. t. l. 7. item in l. 6. §. 2. inf. de confessis. *Confesso tempus datur ad restitutionem*: ἔχει τὴν τετράμηνον. item in l. 1. inf. iudicat. solui *tempus reo principali indultum*, τὴν τετράμηνον. Quæ quidem omnia pertinent ad id, quod diximus, Græcos ex iure posteriori nonnumquam vetus supplere. Nam quod hunc locum adtinet, hæc temporis quadrimestris expressio sumta est ex l. 2. & 3. C. de vsu. rei iudic. Ex aliis itidem alia petita. XCI.

In l. 2. D. de concessione bonor. quod dicitur, *In personalibus actionibus qui postea*, & cet. id apud Græcos ita scriptum exstat, vt vocabulum *Actionibus*, quasi superuacaneum, relictum sit. Ibidem l. 4. dicitur, *Eum qui bonis cessit, ne quidem ab aliis, quibus debet, posse inquietari.* Hæc verba postrema noster Accursius exponens, intelligi dicit creditores absentes, quorum timore bonis cesserit. At Græci nostri solidius hæc interpretantur, non solum scilicet ab illis creditoribus eum non conueniri, propter quos bonorum cessione sit vsus: verumetiam generaliter a nullo creditore post cessionem molestari. In l. 10. §. per hanc actionem. D. quæ in fraud. credit. hisce verbis, *Scilicet vt sumtus facti deducantur*; a Græcis adiectum quiddam est. habent enim ἀναγκαῖα δαπανήματα: *Sumtus necessarii facti deducantur.* XCII.

XCIII. In l. 1. §. est autem generale. D. ne vis fiat ei. nec Florentinus codex cum ceteris exemplaribus conuenit, & omnes a Græcis diffident. In Florentino sic legitur: *Sed siue rei seruandæ caussa, siue legatorum, aut ventris nomine in possessionem missi fuerint: habent ex hoc edicto in factum actionem, siue doli, siue aliter prohibuerint.* Contius subaudiendum putat, *doli via*, vel aliud vocabulum. Crediderim potius dolos numero multitudinis poni, vt dicatur, *Siue doli prohibuerint.* sed tamen illud *Aliter*, quod sequitur, vix hoc videtur admittere. Vulgati libri sic legunt hæc postrema, *Siue dominus, siue alter prohibuerint.* Denique Græci aliam sequuti lectionem, pro *doli* vertunt δόλῳ, & loco verbi *Prohibuerint*, passiuum κωλυθῶσι substituunt. vt hæc illorum scilicet fuerit lectio: *Siue dolo, siue aliter prohibiti fuerint.* Hanc ego tantam diuersitatem indicare volui, suo cuique iudicio relicto. quamquam si Græcorum lectionem ceteris præferendam non putabimus, non tamen etiam dicere possimus, temere reiiciendam.

XCIIII. Dixi de permutatione verborum ἐνεργητικῶν & παθητικῶν. addamus aliud exemplum de eodem verbo prohibendi. In l. 1. §. hoc interdictum. D. Quod vi aut clam. sic in Florentino exemplari legitur; *Eum quoque vi facere, qui quum sciret se prohibere, per vim molitus est, ne prohiberi possit.* Heic Græci *prohibere* vertunt κωλυθῆναι, hoc est, *Prohiberi.* recte. nam ita scriptum ab Vlpiano fuit. Quod quum aliarum editionum auctores perspicerent, ac *Prohibere* non probarent: reposuerunt, *Quum sciret se prohibendum.*

XCV. In l. 2. D. de via publ. dicitur, *Viam publicam populum*

pulum non vtendo amittere posse. Sic enim in Florentino codice legebatur. quamquam alius adiecta negatione, *Amittere non posse*, scripserat. Ego saltem hoc indicabo, negationem a Græcorum etiam interpretatione abesse. recte ne, an sequius, inquirat qui volet. nobis heic non licet esse prolixis. In his autem verbis legis 1. §. Quod ait prætor. D. de cloac. *Hac stipulatio non committitur, si paratus sit restaurare*: Greci pro *restaurare*, ponunt verbum ἀποκαταστῆσαι, quod proprie est *restituere*; ac si hoc ipsum verbum Latinis in exemplaribus suis repetissent. Vtrumque tamen locum habet.

In principio legis 20. D. quod vi aut clam. Florentinus codex habet, *Vi facit*: alii, *vim facit*. Græci βίαν ποιῶν vertunt, tam heic, quam antea in l. 11. D. de vi & vi armata. Quapropter alicui fortasse videri possent legisse, *Vim facit*: sed ego deprehendi, solere Græcos accusandi casu vti, ac βίαν ποιεῖν dicere, sicut & δόλον ποιεῖν, quũ Latini, *dolo facere*, nõ dolũ. In l. 2. in princ. D. de except. legitur in archetypo Florẽtino in exceptionis definitione, *Quæ opponi actioni cuiusq; rei solet ad cludendũ id, quod in intentionẽ deductũ est*. Putãt aliqui pro *cludendũ*, scribi posse *Elidendũ*. Ego rectius vulgatas editiones habere arbitror, *Ad excludendum*. Nã Greci quoq; vocabulo ἀποκλείειν heic vtũtur, quod est excludere. XCVI.

Non abs re ad titulum, *Quarum rerum actio non datur*, vulgati codices adiiciunt hæc verba: *Et de exceptione iurisiurandi*. Nam & Græci ea in ipso titulo ponunt: *Vt est exceptio iurisiurandi, & inutilium stipulationum*. Ceterum d. t. l. 1. in princ. nostri codices habent, *Iusiurandum vicem rei iudicatæ obtinet*. Græci vero sic interpretati sunt, vt legisse XCVII.

videantur : *Iusiurandum vim rei iudicatæ obtinet.* Nam δύναμιν vertunt. Et animaduerti equidem, alterum illud vocabulum, nimirum *vicem*, ab eis reddi τάξιν.

XCVIII. In l. 17. D. de obligat. & action. quum dicitur, *Ex caussa lucratiua:* Græci adiiciunt, οἷον ἀπὸ ληγάτου ἢ δωρεᾶς, *velut ex legato, vel donatione.* declarationis id factum caussa. Eiusdem tituli l. 52. in fin. dicitur, *Sed & nutu solo pleraque consistunt.* Id Græci sic reddiderunt, vt aut cogitandum sit, eos *Plerumque* legisse: aut *Pleraque* non vt nomen accipiendum, sed velut aduerbium, ceu grammatici loquũtur. Vertunt enim, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Nec illud inusitatum.

XCIX. In l. 1. D. de solut. & liberat. ad hæc verba; *Id est in id debitum* [constituat creditor solutum,] *quod non est in controuersia:* notat Contius, Græcos ita locum hunc legere: *Id est, non in id debitum, quod est in controuersia.* Et negationem putat, vt ipse loquitur, præposterari. Alucinatur in vtroque. Nam hæc Græcorũ verba sunt. οὕτω μέντοι, ἵνα μὴ εἰς ἀναμφίβολον, ἢ ἄρα τὸ ἐξ ἐγγύης αὐτῷ χρεωστούμενον, ἢ τὸ ὑπὸ ἡμέραν, περὶ τῆς ἡμέρας: hoc est; *Ita quidem, vt creditor solutum constituat non in id, quod non est in controuersia, vel quod ipsi a debitore fideiussionis nomine debetur, vel sub diei condicione, quum dies nondum venerit.* quibus ex verbis liquido patet, bis ponendam secundum Græcos negationem, vt ita plane legatur: *Id est, non in id debitum, quod non est in controuersia.* Quæ sententia vera est, quum statim l. 3. h. t. subiiciat Vlpianus, debere creditorem semper in duriorem caussam sibi solutum accepto ferre. Durior autem illius est caussa, quod est in controuersia;

trouersia; quam quod in controuersia non est. Glossarum auctores ita legendum viderunt, tametsi aliter in textu legis scriptum esset. Sic enim exponunt: *Id est, non debet constituere solutum pro eo, quod non est in controuersia; sed pro eo, quod est in controuersia.*

C. Ibidem l. 5. in princ. *nomina similia* Græci interpretantur ἴσα, *paria*. Pro, *Sub satisdatione videtur*, legerunt, *debetur*. Caussam putam interpretantur, τὴν χωρὶς ἐγγύης, quæ fideiussorem non habet. Item l. 7. quum dicitur; *Si ex caussa, quæ infitiatione crescit:* amplius illi, τὸ αὔξον εἰς διπλοῦν, *quæ crescit in duplum*. Idem factum ab eis in l. 4. C. de condict. indeb. Elegans est hoc quoque scholium, quum ad verba legis 30. h. t. *Si debitor offerret pecuniam, quæ peteretur, creditor nollet accipere; prætor ei denegat actiones:* Græci subiiciunt, τῶν ἐνεχύρων δηλονότι, καὶ τὴν προσωπικὴν, hoc est; *tam pigneraticias actiones, quam personalem.*

CI. Monuimus supra, recte Cuiacium in l. 8. D. de tutel. pro, *In fraudem debitorum*; reposuisse, *In fraudem creditorum*. Sic enim ibi Græci legerunt. Cōsimile exemplum heic rursus adferam. In l. 99. D. h. t. dicitur, *Debitorem* non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliquid passurus sit. Heic itidem in Basilicis recte Græci δανειστὴν reponunt. vt legendum cum eis sit; *Creditorem non esse cogendum*, & cet.

CII. Quum in l. 21. §. Certe. D. de furt. dicitur, *Quēadmodum si ex pluribus rebus mouentibus in horreo reclusis vnam tulerit:* videri fortassis alicui posset, intuenti Græcorum lectionem, qui res mouentes κινητὰ reddunt, eos legisse, *Si ex pluribus rebus mo-*

LXIX. In hiſce verbis l.34.§. Lucia Titia. D. de legat. 2. *Niſi euidenter adparuerit, omittendi fideicommiſſi cauſſa hoc eum feciſſe*: ſunt qui *omittendi* putent mutandum in *amittendi*. ſed horum ſententiæ Græci aduerſantur. Vertunt enim, ὅτι ὡς ἀποβαλλόμενος ἐποίησε τοῦτο. Et verbum ἀποπάλλεσθαι omnino ſignificat renuntiare, vel repudiare, vel omittere. De permutationibus autem horum verborum, *Omittere*, ac *Amittere*, ſupra quoque dictum eſt.

LXX. In l.65.§. Quadrigæ. D.h.t. verba ſunt Papiniani: *Quadrigæ legatum equo poſtea mortuo, perire quidam ita credunt; ſi equus ille deceſſit, qui demonſtrabit quadrigam*. Sic enim in editione Florentina legitur, fortaſſe pro *demonſtrauit*, more veteri. *Demonſtrabat* legunt alii. Et gloſſarum auctores ad hoc verbum adiiciunt, *Quia erat magiſter quadrigæ*. Item, *Immo demonſtrabat, quia erat de ſubſtantia quadrigæ facta a teſtatore*. De quibus necdum intelligi arbitror, quid ſignificetur per equũ, qui demonſtrabat quadrigam. Rectius hoc vno verbo tibi declarabunr Græci, ſcilicet intelligi τὸν καλλιστεύοντα ἐν αὐτοῖς ἵππον, hoc eſt, *equum inter ceteros quatuor optimum*: quo mortuo legatum extinguitur. Et nota ſequentium quoque verborum planiſſimam interpretationem: *Sed ſi medio tempore deminuta ſuppleatur, ad legatarium pertinebit*. Sic enim hoc Græci, εἰ περιὼν ὁ διαθέμενος ἐπλήρωσε τὸ τέθριππον: hoc eſt; *ſi teſtator ſuperſtes, quadrigam ſuppleuerit*. vt medium tempus, intelligatur de vita teſtatoris.

LXXI. In l.62.D.de legat.3. quum verbis hiſce dicitur, *Quia mulorum adpellatione etiam mulæ continentur*: Græci pro *Mulorum*, ponunt βορδόνων, qui burdones

burdones sunt in l. 49. sup. h. tit. Ceterum quod Contius ex Baronis auctoritate in titulo, *De dote prælegata*, male tradit Haloandrum in editione sua scripsisse, *De dote relegata*: fortasse reuocari adhuc in disputationem posset. Nam & Græci reddiderunt, περὶ προικὸς αὐτιλεγαπευθείσης: hoc est; *de dote relegata*. Et haud dubie nec veterum illi auctoritate librorum, nec ratione caruerunt. quo de prolixius agendi non hic locus est, ne nostro ab instituto discedamus.

In l. 3. §. si vinum. D. de trit. vin. vel ol. legat. dicitur, *Vino legato vasa quoque legata videri. Non quia pars vini sint vasa, quemadmodum emblemata argenti, scyphorum forte, vel speculi.* Hæc postrema sic Græci verterunt. ὥσπερ τὰ ἐμβλήματα τῶν ἀργυρέων σκευῶν, καὶ τὰ ἀπέτλα τοῦ οἴκου. quibus in verbis si vnicam vocem corruptam restituas, legendo ἀπέκλα τοῦ οἴκου, pro ἀπέτλα, non dubium est, insigne mendum ex Latinis codicibus nostris tolli. Nam omnino legi debet, *Vel specula domus*: hoc est; vel quemadmodum specula pars sunt domus. Et arbitror specula esse, quæ & *specularia* quum alibi dicuntur, tum in l. quæsitum §. si domus. inf. de instruct. & instrum. legat. Vbi negat iurisconsultus, instrumento domus legato, deberi specularia & vela, quæ voluptatis caussa in domo sunt, frigoris forte per æstatem, vel vmbræ arcessendæ caussa. Sed acute, vt solet, doctissimus Cuiacius aduersus Vlpianum disputat, propterea quod mox subiiciatur, vela tamen cilicia deberi, quæ ideo parantur, ne domus vento aut pluuia laboret; videri & specularia deberi, quæ in eumdem vsum parantur. Hoc eo magis locum habebit, quum ex hac restitutione dictæ l. 3. §. si

LXXII.

vinum. D. h. t. quam ex Basilicis eruimus, pateat; specula siue specularia partem domus esse.

LXXIII. In l. 3. D. de supellect. legat. variæ sunt adpellationes supellectilis, & quædam etiam vitiosæ ac deprauatæ. Velut est vox *trapezophora*, quæ post mensas ponitur. Scribendum enim, *trapezophori*; quod nomen in Basilicis exstat, cum hac declaratione, οἱ τὰς τραπέζας ἔχοντες, vt intelligantur columellæ siue pedes, qui mensas impositas sustinent. Nam trapezophora significationem aliam habet, videlicet τραπεζῶν, ἐφ' ὧν τὰ ἐκπώματα κατάκειται: hoc est, *mensarum, in quibus vasa potoria collocantur*, vt Pollux scripsit. Glossarium vetus τραπεζόφορα, *calicularia* reddit, quasi calicularia; quod in eis calices, siue caliculi, hoc est, potoria vasa reponantur. Sequuntur *delphica*, pro quibus ex Basilicis restituendi *delphines*. *Imperia* Græci προσκεφάλαια siue puluinos interpretantur. sunt qui pro his *impilia* reponant, quorum mentio fit in l. 25. inf. de auro, argen. mun. *Aquiminalia* leguntur in Florentina editione, in ceteris *aquiminaria*; quæ Græci χερνιβόξεστα reddunt. hanc vocem vetus glossarium significare dicit *aquimanilia*, quemadmodum & heic scribendum in Pandectis, minime dubito. Quæ *candelabra* nostri, ea Græci κανδηλάρια, *candelaria*, vno in loco scribunt. Item quum dicitur, Si *armamentorum* gratia parata sint; Græci legerunt *Armorum* gratia, quum verterint ὅπλων. Vasa *murrina* in l. 3. & *murrea* in l. 11. h. t. eadem esse, de Græcorum interpretatione colligitur, qui vtrobique reddiderunt μύρρινα.

LXXIIII. Titulus secundus libri Digestorum XXXIIII aliter apud Græcos legitur, quam nostris in libris.

Nam

Nam illi post *Mundo*, vocem *Ornamentis* omittunt; & videtur sane posterius illud adiectum, velut scholion, quo declararetur, quid mundus esset. Itidem Græci nec illas voces, *Veste vel vestimentis*; habent.

LXXV. Eodem titulo, l. 19. §. Idem Celsus. mentio fit *iunctura argentea*, quam Græci *μουλῶν κόσμον* interpretantur, hoc est, *ornatum mulorum*: vt intelligatur iunctura mulorum argentea. Somnians heic noster Accursius; *In iunctura*, inquit, *quia cum argento iniungebatur aurum auro, vel alii materia*. Ibidem sigilla Græci *ζώδια* reddunt, quæ signa sunt. vt ea *ζώδια*, quæ Zodiaco nomen dederunt. In lege vero 32. D. eod. de *pediculis argenteis* dicitur, quæ fortasse *pendicula* sunt, aut *pendicla*, ceu scribitur in veteri glossario; quod etiam *ἐρπεδόνας*, & *ἐρπεδόνια* interpretatur. quamquam alio loco, sicut heic, etiam ibi *pedicula* scribantur, eadem tamen cum interpretatione.

LXXVI. Tres hi Pandectarum in libro XXXIIII tituli, *De his quæ pœnæ caussa relinquuntur*, *De regula Catoniana*, *De his quæ pro non scriptis habentur*: auctor eclogæ Basilicorum ad titulum precedentem *De rebus dubiis* refert; nec peculiares heic titulos adgnoscit. Recte, an sequius, equidem dicere non habeo. In l. 41. D. de condic. & demonstr. dicitur, legata sub condicione relicta interea; dum condicio exstiterit, delegari non posse. Græci verbum *delegari* per *μεταφέρεσθαι* exponunt, de quo & ipsa sententia intelligitur, & non *legari*, sed *delegari*, legendum esse, perspicitur. Quod autem in l. 39. D. ad L. Falcidiam, his verbis, *Propter indicium proditæ mortis*, Græci adiiciunt *τῶ δεσπότου*, hoc est, *prodita*

mortis domini; videtur vt ſcholion, non ἀπρόσφορον tamen, declarationis cauſſa eſſe adiectum.

LXXVII. Vitioſam illorum eſſe lectionem, qui l.1.§. Non ſolum. D. vt legat. ſeu fideicom. hanc ſcripturam ſequuntur, *Plane ſi quis omiſſa ſtipulatione litem de legato conteſtatus eſt, probandum eſt nec ceſſare debere ſtipulationem*; iampridem alii quoque monuerunt. Equidem meo vti promiſſo ſatisfaciam, Græcorum auctoritatem producam: qui quum verterint, ἀργεῖ ἡ ἀσφάλεια, legerunt omnino ſine negatione, *Ceſſare debere ſtipulationem*.

LXXVIII. In l.3.§. ſed ſi ſub. D. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. quum dicitur, *Si ſub condicione ſcriptus ſit*; Græci vertunt, ὑπὸ αἵρεσιν αἰτιατικὴν, quæ cauſſalis eſt, ſiue cauſſaria condicio. Ad ipſa vero hæc verba gloſſæ in noſtris mentionem condicionis poteſtatiuæ, itemque caſualis faciunt. Præterea exprimitur a Græcis, hæc de filio dici emancipato.

LXXIX. In eiuſdem tituli l.17. negationem in hiſce verbis, *Bonorum poſſeſſionem contra tabulas non poteſt filius eius habere*; Græci omittunt. Sed adparet, eos Marcelli potius ſententiam ſequi, quæ ſtatim ſubiicitur. Titulū vero, *De dotis collatione*, Græci cum præcedente, *De collatione bonorum*, coniungunt. At vero in l.3.§. ſi mater. D. de Carbon. edict. quū Iuriſconſultus ait, *Ex matrimonio editus*; Græci adiiciunt, νομίμου γάμου, id eſt, *ex matrimonio legitimo*. Iidem in eiuſdem legis §. vlt quum dicitur, *Oportebit hunc, qui ſe filium dicit*; hoc ipſum declarantes interpretantur τὸν προνοοῦντα τοῦ παιδὸς, hoc eſt, eum qui curam impuberis filii gerat, hoc facere debere.

LXXX. In l.vn. D. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. bis repetitur vox, *In hoſticolo*. Notant quidam, in aliis

manu

manu exaratis legi, *In hostili loco.* Ea lectio cum Græcorum interpretatione conuenit, qui verterunt, ἐν πολεμουμένῳ τόπῳ.

In l.1.§.recte autem prætor. D. Si tabul. testam. nul. exstab. quod dicitur, vt sicuti contra tabulas ipsis defert, ita & ab intestato ipsos vocet: Græci sic vertunt, ἐκ διαθήκης ἢ κατ' αὐτῆς, atque si legissent; *Vt sicuti secundum & contra tabulas ipsis defert*, &cet. Titulum vero, *Vnde cognati*, Basilicorum ecloga cum proxime præcedenti, *vnde legitimi*, coniungit. LXXXI.

In principio legis 3. D. de suis & legit. heredib. hæc verba, *Intestato liberto mortuo, primum suis deferri hereditatem, verum est: si hi non fuerint, tunc patrono:* Græci aliter interpretati sunt, insertis quibusdam. Sunt enim hæc illorum verba: *Liberto mortuo, primum descendentes siue liberi vocantur; & post eos, ipsius liberti parentes siue adscendentes; itemque fratres, qui liberi sunt: qui si nulli fuerint, patroni.* Hæc ad ea loca pertinent, in quibus dixi iura vetera siue priora, per posteriora corrigi. Nam hæc emendatio petita fuit ex l. vlt. C. de bon. libert. & iu. patron. quæ quidem in Codice non exstat integra. Legitur autem hoc, quod indicauimus, ibidem cap. 8. eorum fragmētorum legis huius, quæ Contius in editione sua postrema collegit & ordine posuit. LXXXII.

Eiusdem legis §. seq. quod dicitur, *Qui si necem domini detexit*, aliter a Græcis redditur: perinde scilicet, ac si scriptum reperissent, *Quod si necem domini detexit.* Parum hoc abest a lectione aliorum, *Quid si necem domini detexit.* Paulo post, eodem loco, non dubitem ope Græcorum tolli vitiosam LXXXIII.

lectionem posse. Nam quum dicitur, *Quod si non addidit, efficietur quidem ciuis Romanus; sed erit eius libertus*, & cet. Hoc Græci sic vertunt; εἰ δὲ μὴ προσκυρωθῇ τινι: hoc est; *Quod si non addictus alicui fuerit*. Ergo sine vllo dubio legerunt, *Quod si non addixit*, videlicet prætor. Quæ lectio vera est, & ex præcedentibus quoque probatur, vbi dicitur; Siquidem adsignauit prætor. Etenim adsignare & addicere, significationis eiusdem sunt.

LXXXIV. In principio legis 1. D. de oper. no. nuntiat. non est quod dubitem, Florentinæ lectioni præferendam eam, quæ in editis vulgo libris retinetur. In Florentina est, *Hoc edicto promittitur*: in aliis, *permittitur*. ac recte quidem. nam ita Græci quoque legerunt, κωλύειν ἔξεστιν, id est, *hoc edicto permittitur inhibere*. Ibidem sequenti §. in his verbis; *Et erit transeundum ad interdictum, Quod vi aut clam factum erit, vt restituatur*: postrema istæc, *Vt restituatur*, non absque caussa Græci prorsus omiserunt.

LXXXV. Torquent se nostri glossatores in his verbis legis 1. in princ. D. de publican. & vectig. tum restituendis, tum exponendis: *Quod publicanus eius publicani nomine vi ademerit*. Aiunt enim, quosdam libros habere, *Seu publicani nomine*: quosdam, *Eiusve familia publicani*. Neutrum admitti potest. Græci nostri verterunt hæc verba, *Eius publicani nomine*, in hunc modum: ὀνόματι τοῦ τέλους, id est, *vectigalis nomine*. Quæ verba quum adtentius considero, in eam sententiam venio; vt existimem, illos pro, *Eius publicani nomine*, reperisse scriptum, *Iuris publici nomine*. Vel si iuris vocabulum longius a similitudine vocis Eius recedit, saltem legisse videntur, *Eius publici nomine*: vt publicum heic simpli-

ſimpliciter ſignificet vectigal, quemadmodum paulo poſt in definitione publicanorum: *Publicani ſunt, qui publico fruuntur.* & in l. 34. D. ex quib. cauſ. maior. & in l. 33. D. pro ſoc. *publicorum conductiones.*

In l. 8. D. eod. ſic legitur in Florentino archetypo: *Sed ſi vnus ex pluribus heredibus rem munem cauſſa vectigalis ſubripiat.* Monſtroſam hanc vocem ſunt etiam qui hoc loco retinendam putent, & exponant. Sed cur non aliorum lectionem potius ſequamur, qui *Rem communem* habent, cauſſam nullam video: præſertim quum Græci quoque verterint κοινὰ πράγματα, res communes. LXXXVI.

In l. 9. §. 5. D. eod. quum dicitur, *Quod illicite publice priuatimque exactum eſt*; Græci largius interpretantur, *Quod illicite a perſona publica vel priuata exactum eſt.* Rectius ſane, quam Gloſſatores noſtri, qui exponunt *Publice*, hoc eſt, a publicano, qui auctoritate publica vtitur: vel *publice*, puta rapiendo; *priuatim*, ſurripiendo: quæ lector intelligit, quam futilia ſint. Ibidem paulo poſt de vi extorto, pœnæ tripli fit mentio, pro qua τὰ βασιλικὰ pœnam quadrupli ſubſtituunt. Ea num plane iure veteri ſtatuta fuerit, an aliquo recentiori; equidem adfirmare nequeo. LXXXVII.

Ibidem in §. Earum rerum. pro eo verbo, quod libri noſtri habent, *Alius exercere non prohibetur*; Græci videntur inueniſſe ſuis in libris, *Alius exigere non prohibetur.* quod ſane meo iudicio elegans eſt, & aptum huic loco verbum. Et Græcum ἀπαιτεῖν aliter interpretari nequeas. In l. 10. in princ. D. eod. pro *Curatori* puto ſcribendum *Procuratori.* Nam Græci vocabulũ καθολικὸς heic poſuerũt, quod LXXXVIII.

& rationalem,& procuratorem (vt ita dixerim) generalem significat. Curatorem vero φροντιστὴν interpretantur, vt φροντιστὰς δημοσίους, item φροντιστὰς δρόμου, qui curatores publici sunt, & curatores cursus. Non libet heic iuris complura citare loca. quippe non ignoro, curatoris quoque vocem defendi hoc loco posse.

LXXXIX. In l. 3. §. Si quis seruum. D. de statulib. hæc verba sunt. *Sed nec si aliis subripuerit nummos.* In iis verbis, si Græcis interpretibus credere volemus, mendum latet. Nam illi reddiderunt, εἰ δὲ δι' ἄλλου ἔκλεψεν: hoc est; *licet heres per alium subripuit nummos.* Ergo nemo non videt, illos in suis libris inuenisse scriptum: *Sed nec si alius subripuerit nummos.* In proxime sequenti l. 4 §. vlt. sic omnes distinguunt & legunt: *Item Cassius ait, ei qui seruire iussus est anno, illud tempus, quo in fuga sit, vel in controuersia, pro libertate non procedere.* Græci sic verterunt. εἰ φύγῃ μεταξὺ, ἢ δικάσηται ὡς ἐλεύθερος, & cet. hoc est. *si interea fugerit, vel in controuersia sit, veluti liber.* Ergo, *Pro libertate*, non ad *Procedere* referri debet; sed cum præcedentibus iungendum, vt ita distinguatur: *Vel in controuersia pro libertate*, [*tempus illud*] *non procedere.* Distinctio certe variata, nonnihil in sententia quoque diuersitatis efficit.

XC. Qui in principio legis 29. D. eod. pro his verbis, *Et ideo in publicis quoque iudiciis*; reponendum censent, *Sed non in publicis quoque iudiciis:* a Græcis quoque dissident, qui hæc ita vertunt; καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐγκλήμασι τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις δούλοις ὑφίσταται. Itidem qui *orciuum libertum* scribunt quum alibi, tum in l. 5. D. qui sine manumiss. pro *Orcino*, a Græcis refutantur, apud quos ἀπελεύθερος ὀρκῖνος legitur.

Quum

Quum in princ. l. 2. D. de re iudicata, & de effect. sentent. dicitur, *Qui pro tribunali cognoscit, non semper tempus iudicati seruat*; Græci more suo iudicati tempus exprimunt clarius, & spatio quadrimestri definiunt: vt etiam in seq. l. 4. §. si quis condemnatus, *legitimum tempus*, mensium quatuor interpretantur; item *dies constitutos*, τετράμηνον. inf. h. t. l. 7. item in l. 6. §. 2. inf. de confessis. *Confesso tempus datur ad restitutionem*: ἔχει τὴν τετράμηνον. item in l. 1. inf. iudicat. solui *tempus reo principali indultum*, τὴν τετράμηνον. Quæ quidem omnia pertinent ad id, quod diximus, Græcos ex iure posteriori nonnumquam vetus supplere. Nam quod hunc locum adtinet, hæc temporis quadrimestris expressio sumta est ex l. 2. & 3. C. de vsu. rei iudic. Ex aliis itidem alia petita. XCI.

In l. 2. D. de concessione bonor. quod dicitur, *In personalibus actionibus qui postea*, & cet. id apud Græcos ita scriptum exstat, vt vocabulum *Actionibus*, quasi superuacaneum, relictum sit. Ibidem l. 4. dicitur, *Eum qui bonis cessit, ne quidem ab aliis, quibus debet, posse inquietari*. Hæc verba postrema noster Accursius exponens, intelligi dicit creditores absentes, quorum timore bonis cesserit. At Græci nostri solidius hæc interpretantur, non solum scilicet ab illis creditoribus eum non conueniri, propter quos bonorum cessione sit vsus: verumetiam generaliter a nullo creditore post cessionem molestari. In l. 10. §. per hanc actionem. D. quæ in fraud. credit. hisce verbis, *Scilicet vt sumtus facti deducantur*; a Græcis adiectum quiddam est. habent enim ἀναγκαῖα δαπανήματα: *Sumtus necessarii facti deducantur*. XCII.

XCIII. In l. 1. §. est autem generale. D. ne vis fiat ei. nec Florentinus codex cum ceteris exemplaribus conuenir, & omnes a Græcis diffident. In Florentino sic legitur: *Sed siue rei seruandæ caussa, siue legatorum, aut ventris nomine in possessionem missi fuerint: habent ex hoc edicto in factum actionem, siue doli, siue aliter prohibuerint.* Contius subaudiendum putat, *doli via*, vel aliud vocabulum. Crediderim potius dolos numero multitudinis poni, vt dicatur, *Siue doli prohibuerint.* sed tamen illud *Aliter*, quod sequitur, vix hoc videtur admittere. Vulgati libri sic legunt hæc postrema, *Siue dominus, siue alter prohibuerint.* Denique Græci aliam sequuti lectionem, pro *doli* vertunt δόλῳ, & loco verbi *Prohibuerint*, passiuum κωλυθῶσι substituunt. vt hæc illorum scilicet fuerit lectio: *Siue dolo, siue aliter prohibiti fuerint.* Hanc ego tantam diuersitatem indicare volui, suo cuique iudicio relicto. quamquam si Græcorum lectionem ceteris præferendam non putabimus, non tamen etiam dicere possimus, temere reiiciendam.

XCIIII. Dixi de permutatione verborum ἐνεργητικῶν & παθητικῶν. addamus aliud exemplum de eodem verbo prohibendi. In l. 1. §. hoc interdictum. D. Quod vi aut clam. sic in Florentino exemplari legitur; *Eum quoque vi facere, qui quum sciret se prohibere, per vim molitus est, ne prohiberi possit.* Heic Græci *prohibere* vertunt κωλυθῆναι, hoc est, *Prohiberi.* recte. nam ita scriptum ab Vlpiano fuit. Quod quum aliarum editionum auctores perspicerent, ac *Prohibere* non probarent: reposuerunt, *Quum sciret se prohibendum.*

XCV. In l. 2. D. de via publ. dicitur, *Viam publicam populum*

pulum non vtendo amittere posse. Sic enim in Florentino codice legebatur. quamquam alius adiecta negatione, *Amittere non posse*, scripserat. Ego saltem hoc indicabo, negationem a Græcorum etiam interpretatione abesse. recte ne, an sequius, inquirat qui volet. nobis heic non licet esse prolixis. In his autem verbis legis 1. §. Quod ait prætor. D. de cloac. *Hæc stipulatio non committitur, si paratus sit restaurare:* Græci pro *restaurare*, ponunt verbum ἀποκαταστῆσαι, quod proprie est *restituere*; ac si hoc ipsum verbum Latinis in exemplaribus suis repe- rissent. Vtrumque tamen locum habet.

XCVI. In principio legis 20. D. quod vi aut clam. Florentinus codex habet, *Vi facit*: alii, *vim facit.* Græci βίαν ποιεῖ vertunt, tam heic, quam antea in l. 11. D. de vi & vi armata. Quapropter alicui fortasse videri possent legisse, *Vim facit*: sed ego deprehendi, solere Græcos accusandi casu vti, ac βίαν ποιεῖν dicere, sicut & δόλον ποιεῖν, quũ Latini, *dolo facere*, nõ dolũ. In l. 2. in princ. D. de except. legitur in archetypo Florẽtino in exceptionis definitione, *Quæ opponi actioni cuiusq; rei solet ad cludendũ id, quod in intentionẽ deductũ est.* Putãt aliqui pro *cludendũ*, scribi posse *Eludendũ*. Ego rectius vulgatas editiones habere arbitror, *Ad excludendum.* Nã Græci quoq; vocabulo ἀποκλείειν heic vtũtur, quod est excludere.

XCVII. Non abs re ad titulum, *Quarum rerum actio non datur*, vulgati codices adiiciunt hæc verba: *Et de exceptione iurisiurandi.* Nam & Græci ea in ipso titulo ponunt: *Vt est exceptio iurisiurandi, & inutilium stipulationum.* Ceterum d. t. l. 1. in princ. nostri codices habent, *Iusiurandum vicem rei iudicatæ obtinet.* Græci vero sic interpretati sunt, vt legisse

videantur : *Iusiurandum vim rei iudicatæ obtinet.* Nam δύναμιν vertunt. Et animaduerti equidem, alterum illud vocabulum, nimirum *vicem*, ab eis reddi τάξιν.

XCVIII. In l. 17. D. de obligat. & action. quum dicitur, *Ex caussa lucratiua:* Græci adiiciunt, οἷον ἀπὸ ληγάτου ἢ δωρεᾶς, *velut ex legato, vel donatione.* declarationis id factum caussa. Eiusdem tituli l. 52. in fin. dicitur, *Sed & nutu solo pleraque consistunt.* Id Græci sic reddiderunt, vt aut cogitandum sit, eos *Plerumque* legisse: aut *Pleraque* non vt nomen accipiendum, sed velut aduerbium, ceu grammatici loquũtur. Vertunt enim, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Nec illud inusitatum.

XCIX. In l. 1. D. de solut. & liberat. ad hæc verba; *Id est in id debitum* [constituat creditor solutum,] *quod non est in controuersia:* notat Contius, Græcos ita locum hunc legere: *Id est, non in id debitum, quod est in controuersia.* Et negationem putat, vt ipse loquitur, præposterari. Alucinatur in vtroque. Nam hæc Græcorũ verba sunt. οὕτω μέντοι, ἵνα μὴ εἰς ἀναμφίβολον, ἢ ἄρα τὸ ἐξ ἐγγύης αὐτῷ χρεωστούμενον, ἢ τὸ ὑπὸ ἡμέραν, πρὸ τῆς ἡμέρας: hoc est; *Ita quidem, vt creditor solutum constituat non in id, quod non est in controuersia, vel quod ipsi a debitore fideiussionis nomine debetur, vel sub diei condicione, quum dies nondum venerit.* quibus ex verbis liquido patet, bis ponendam secundum Græcos negationem, vt ita plane legatur: *Id est, non in id debitum, quod non est in controuersia.* Quæ sententia vera est, quum statim l. 3. h. t. subiiciat Vlpianus, debere creditorem semper in duriorem caussam sibi solutum accepto ferre. Durior autem illius est caussa, quod est in controuersia;

trouersia; quam quod in controuersia non est. Glossarum auctores ita legendum viderunt, tametsi aliter in textu legis scriptum esset. Sic enim exponunt: *Id est, non debet constituere solutum pro eo, quod non est in controuersia; sed pro eo, quod est in controuersia.*

C. Ibidem l. 5. in princ. *nomina similia* Græci interpretantur ἴσα, *paria*. Pro, *Sub satisdatione videtur*; legerunt, *debetur*. Caussam puram interpretantur, τὴν χωρὶς ἐγγύης, quæ fideiussorem non habet. Item l. 7. quum dicitur; *Si ex caussa, quæ infitiatione crescit:* amplius illi, τὸ αὔξον εἰς διπλοῦν, *quæ crescit in duplum.* Idem factum ab eis in l. 4. C. de condict. indeb. Elegans est hoc quoque scholium, quum ad verba legis 30. h. t. *Si debitor offerret pecuniam, quæ peteretur, creditor nollet accipere; prætor ei denegat actiones:* Græci subiiciunt, τῶν ἐνεχύρων δηλονότι, καὶ τὴν προσωπικὴν, hoc est; *tam pigneraticias actiones, quam personalem.*

CI. Monuimus supra, recte Cuiacium in l. 8. D. de tutel. pro, *In fraudem debitorum*; reposuisse, *In fraudem creditorum*. Sic enim ibi Græci legerunt. Cōsimile exemplum heic rursus adferam. In l. 99. D. h. t. dicitur, *Debitorem* non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliquid passurus sit. Heic itidem in Basilicis recte Græci δανειστὴν reponunt. vt legendum cum eis sit; *Creditorem non esse cogendum*, & cet.

CII. Quum in l. 21. §. Certe. D. de furt. dicitur, *Quēadmodum si ex pluribus rebus mouentibus in horreo reclusis vnam tulerit:* videri fortassis alicui posset, intuenti Græcorum lectionem, qui res mouentes κινητὰ reddunt, eos legisse, *Si ex pluribus rebus mo-*

bilibus. atque hoc eo magis, quod in horreis frumenta quidem, & vina condi dicantur, atque etiam merces preciosæ res custodiri; sed non τὰ αὐτοκίνητα, siue res sese mouentes. Verum obstat lex 93, D. de verb. signific. qua traditur, mouentium & mobilium adpellatione idem significari; nisi pareat, expresse intelligi animalia; quę quod ipsa se moueant, mouentia vocentur. In §. seq. quum de re maioris ponderis aperta dicitur; Græci βούρουκλον interpretantur. quod vocabulum sane insolens est. In veteri glossario legitur ἐμβούλουκλον, & exponitur Latine, *Inburuclum*, transpositis litteris tam in Græco, quam Latino, fortasse scribendum; *Inbulucrum*, pro inuolucro.

IIII. Legis 40. D. eod. hæc verba sunt: *Qui iumenta sibi commodata longius duxerit, alienave re inuito domino vsus sit, furtum facit.* Non dubium est, recte dici, eum qui aliena re inuito domino sit vsus, furtum facere: sed hoc nihil ad præcedentia verba de iumentis. Ideo satis intelligitur; vitium quoddam heic latere: quod videamus, an ope Basilicorum sanari possit. Sic ergo Græci hæc posteriora verba reddunt: ἢ ἐφ' ἑτέρῳ πράγματι. Legerunt igitur in suis libris, *Aliamve ad rem inuito domino vsus sit.* Vnde iam sententia sane perspicua colligitur, & iis cōsentanea, quæ in l. 5. §. quin immo. D. commod. dicuntur his verbis: *Quin immo & qui alias* (hoc est, aliter. nam ἄλλως Græci vertunt: hoc est, alio modo) *re commodata vtitur, non solum commodati, verum furti quoque tenetur.* Et apud A. Gelliū (siue is Agellius est, vt plerisq; placet) lib. VII. cap. XV. legimus in eamdem sententiam: *Si quod vtendum quis acceperit, ad aliam rem, atque accepit, vsus est, furti se obligauit.* In

In l. 3. §. quod si quis. D. arbor. furt. cæsar. dicitur: *Ideo ea quoque arbor esse videtur, cuius radices desinent viuere, quamuis adhuc terra contineatur.* Heic, si Græcis fidem habere volumus, negatio deest. Sic enim reddiderunt; οὐδὲ δένδρόν ἐστιν, οὗ τινος αἱ ῥίζαι ἐξηράνθησαν, καὶ ἵσταται: hoc est; *Nec arbor est, cuius radices exaruerunt, quamuis adhuc stat.* Nimirum hoc vltimis in paragrapho præcedenti verbis Pomponii respondet, quibus ait; arborem nullam proprie dici, quæ radicem non conceperit: vti scilicet intelligatur, ne illam quidem vocandam arborem, quæ viuis radicibus destituta sit. Legerunt ergo Græci, *Ideo ea quoque arbor esse non videtur.* CIIII.

Ad legem vlt. D. de iniur. quum dicitur, homines liberos, qui non sint humilis condicionis, iniuriarum caussa vel exsilio temporali; vel interdictione certæ rei coërceri: adiiciunt hæc scholium Græci: ἢ καὶ χρηματικῶς ποινὴν παρέχουσι, μέχρι τῶν ρν' νομισμάτων, παρὰ τοῦ δικαστοῦ τυπουμένην πρὸς τὴν ποιότητα τῆς ὕβρεως: hoc est; *aut etiam multam pecuniariam præstant, vsque ad C L solidos, taxandam a iudice pro ipsius iniuriæ qualitate.* Quod esse de iure posteriori petitum, nullo negotio intelligitur. CV.

Quum in principio l. 1. D. de colleg. & corpor. edicitur, *ne præsides patiantur esse collegia sodalicia:* Græci declarationis caussa adiiciunt, heic intelligi collegia paganorũ in oppidis & vicis; quia mox sequitur de collegiis militũ in castris non habendis. Quod autẽ postea statim subiicitur, *non prohiberi, quo minus homines coëant religionis caussa:* verbis hisce reddiderũt, χάριν εὐχῆς, *precationis caussa.* in quo CVI.

Marciani verba Christianam ad religionem interpretando accommodant, vt etiam alibi sæpe faciunt.

CVII. Legis 3. D. de public. iudic. verba sunt. *Publica accusatio, reo vel rea ante defunctis, permittitur.* Scio non abs re quosdam accipere *Permitti*, pro *Remitti*. nam eius verbi ἀδιάφορος est σημασία. Glossarum auctores & *Permittitur* legi dicunt, & *Perimitur*. Hanc posteriorem lectionem Græci nostri confirmant quum verterint, ἀναιρεῖται.

CVIII. In l. 38. §. imperator. in fin. dicitur; *humilem, qui vxorem in adulterio deprehensam occidisse se non negat, in opus perpetuum tradi.* Satis ex ipsa legis sententia quiuis intelligit, imperatorem hoc casu velle mitigari acerbitatem vltimi supplicii, respectu iusti doloris. Quænam vero hæc mitigatio pœnæ fuerit, si tradatur in opus perpetuum? Ergo mitius fortasse supplicium videri possit, quod hoc loco Græci exprimunt, quum pro *Perpetuum*; reddunt, δημόσιον. vt omnino legerint, *In opus publicum eum tradi.* quemadmodum & Marcianus loquitur in l. 18. §. 1. D. de iur. fisci.

CIX. Quum traditur in l. 10. §. vlt. D. Ad L. Iul. de vi publ. *Damnato de vi publica, aqua & igni interdici:* Græci morem suum seruando, quo ius vetus ex recentiori corrigere solent, pœnam heic aliam statuunt, nimirum τὴν εἰς μέταλλον διηνεκῆ ἐξορίαν: hoc est; *perpetuam in metallum relegationem.* Et constat sane vel ex l. 3. inf. ad l. Iul. pecul. in locum interdictionis aquæ & ignis, hodie deportationem successisse.

CX. Post l. 15. D. ad L. Cornel. de sicar. Basilica tamquam legem peculiarem, hæc ponunt: ὁ ἐντειλάμενος

μενος τινὶ φονεῦσαι, ὡς φονεὺς κρίνεται. *Mandator cædis, pro homicida habetur.* Adduntur & alia, quæ libri Pandectarum non habent. Ea lector in ecloges nostræ titulo, *de cædibus ex quacumque caussa factis*, & cet. inueniet: & in libro LX Basilicorum integro, quem Cuiacius publicauit.

CXI. In tit. D. ad l. Iul. pecul. hanc τὰ βασιλικὰ tradunt legem, reponendam (si Græcos sequi volemus) inter legem 10. & 11. cuius verba non exstant in Pandectis editis. ὁ ἐν θυσιαστηρίῳ εἰσιὼν ἐν ἡμέρᾳ ἢ νυκτὶ, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἱερῶν τι ἀφαιρούμενος, τυφλούσθω. ὁ δὲ ἔξω τοῦ θυσιαστηρίου ἐκ τοῦ ἄλλου ναοῦ ἀφελόμενος, τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος ἐξοριζέσθω: hoc est; *Qui sacrarium ingressus, interdiu vel noctu, sacrorum aliquid inde aufert, excæcator: qui vero extra sacrarium e templo reliquo aufert, verberatus & tonsus exsilio multator.* Ex pœnæ quidem modo licet deprehendere, vix hæc a veteribus iurisconsultis profecta, sed recentioribus tribuenda principibus; quæ nihilominus in Basilicorum libros relata fuerint, vt postremum hocius, quoad eius fieri posset, integrum posteritati daretur.

CXII. Sunt etiam titulo XXXVII libri LX Basilicorum, quo titulus Pandectarum, Ad L. Iul. de adult. exponitur, aliquot insertæ leges recentiorum principum, ex quarum numero sunt in ecloga nostra l. *67*. de adulteri pœna; & *68*. de muliere cum seruo suo coëunte; & l. *69*. περὶ αἱμομικτῶν; & 70. de pœna incestus; & 71. de stupris monacharum, ascetriarum, & diaconissarum; itemque 72. de his, qui commatres suas stuprant; & 73. de pœnis stupri virginibus oblati, quo 74. & 75. quoque pertinent; & *76*. de pœnis maritorum scortantium;

&77. denique lex, de illorum pœna, qui iumenta ineunt. Has leges quum ex aliis indiciis, tum ex ipſo pœnarum modo, facile depręhenditur; a Chriſtianis, & quidem poſterioribus latas imperatoribus. Nobis eas heic deſcribere non lubuit, quum in edito ecloges libro exſtent: quamquam fortaſſe non inſcite fecerint, ſi qui ius ciuile deinceps ſunt publicaturi, ſuis eas titulis & locis, Baſilicorum exemplo, inſeruerint. Idem fieri poterit de iis etiam, quæ paulo ante notabamus exſtare in titulo ecloges, *De cædibus ex quacumque cauſſa factis*, & de ceteris.

CXIII. Varie ſe torquent iuris interpretes in explicando paragrapho, In cauſſa. 14. l. 1. D. de quæſtionibus. Eius hæc verba ſunt: *In cauſſa tributorum, in quibus eſſe reipublicæ neruos nemini dubium eſt, periculi quoque ratio, quod ſeruo fraudis conſcio capitalem pœnam denuntiat, eiuſdem profeſſionem exſtruat.* pro quo poſtremo verbo, reponere gloſſarum auctores, & alii quidam videntur, *Inſtruat*. Multiplices heic quorumdam errores indicare prolixius haud lubet. Non enim huius id loci fuerit. Saltem Græcorum interpretatione oculis ſubiecta, veram ſententiam eruemus; & ipſum locum a lectione, ſi poterimus, vitioſa repurgare conabimur. Sic igitur illi vertunt: ζητήσεως οὔσης περὶ δημοσίων συντελειῶν, καὶ οἰκέται βασανίζονται· ἐπειδὴ καὶ συνειδότες τῇ κατὰ τοῦ δημοσίου περιγραφῇ, εἰς κεφαλὴν τιμωροῦνται: hoc eſt; *Si quæſtio ſit de publicis tributis, etiam ſerui torquentur: quoniam & fraudis fiſco facta conſcii, capite puniuntur.* Hæc tam manifeſta ſunt, vt declarationis vlterioris haud egeant. Vnum igitur illud reſtat, vt in ipſo textu Pandectarum dicamus pro verbis hiſce,

ſte, *Eiuſdem profeſſionem exſtruat*; videri nobis reponendum, *Eiuſdem profeſſionem extrudat*. Et profeſſionem accipiemus, de ipſius ſerui profeſſione in cauſſa tributorum; aliter ſcilicet, atque gloſſarum auctores, quorum verba leguntur, *profeſſionem* exponentium, *manifeſtationem ſeruorum delatorum*. ex ſomniantium voces ſunt.

In principio l. 17. D. eod. traditur, *non torqueri ſeruos aduerſus dominum in quæſtione ſtupri.* declarationis gratia interpretes Græci adiiciunt, φθορᾶς παρθένου ἢ χήρας, vt ſciatur intelligi ſtuprum tam virgini, quam viduæ oblatum. In lege ſequenti, §. Cogniturum. quum dicitur, *Præſidem oportere ante diem palam facere, cuſtodias ſe auditurum*: gloſſæ dubitant, ſit ne hoc intelligendum, Ante diem vnum; an vero, Ante diem illum, quo allegationes debent audiri. Græci noſtri ſimpliciter reddunt, πρὸ μιᾶς ἡμέρας, hoc eſt, *die vno ante diem ipſum*. ſic enim ſæpe Græci etiam in nouellarum ſubſcriptionibus loquũtur, πρὸ μιᾶς καλανδῶν μαΐων, hoc eſt, *die vno ante diem kalendarum Maii*. quod Latini dicunt, *pridie*. Quod ſequitur, *Cuſtodias ſe auditurum*; reddunt, μέλλειν ἐξέτασιν γίνεσθαι, *futurum vt habeatur quæſtio*. Item illud, *Vt propterea & differantur & proferantur cuſtodiæ*; Græci planius, ὑπερτίθεται καὶ ἐπεκτείνεται ἡ ζήτησις, *differtur & prorogatur quæſtio*. cuius ideo quoque mentionem feci, quia Contius hæc, *Et proferantur*, aſteriſcis incluſit, quaſi temere in textum irrepſiſſent. Ea non eſt mens gloſſæ hoc loco, ſed innuit, quibuſdam in libris ſimpliciter ſcriptum reperiri, *Et differantur & proferantur*. vt neceſſe ſit ſubaudiri vocem, *Cuſtodiæ*. Verum in aliis exemplaribus eam ipſo in textu poſitam inueniri.

CXIIII.

CXV. Hæc verba sunt legis 4. D. de pœnis: *Alioquin in tempus quidem relegato perpetuum exsilium, in perpetuum relegato insulæ relegationis, in insulam relegato deportationis, in insulam deportato pœna capitis irrogatur.* Ea verba quum, vti versa sunt a Græcis, diligenter intueor: animaduertere videor, esse quædam in eis superflua. Sic enim hæc concisius Græci: αὐτὴ μὲ ἐξορίας προσκαίρου, διηνεκῆ ὑφίσανται· αὐτὴ διηνεκοῦς ἐξορίας, περιορισμόν· αὐτὴ δὲ περιορισμοῦ, κεφαλικὴν τιμωρίαν: hoc est; *Pro temporaria quidem relegatione, perpetuam sustinent: pro perpetua relegatione, deportationem in insulam: pro deportatione in insulam, capitalem pœnam.* Ergo explossis his verbis, [*relegationis, in insulam relegato*] sic locus hic concinnius restituetur: *Alioquin in tempus quidem relegato, perpetuum exsilium; in perpetuum relegato, insulæ deportationis; in insulam deportato, pœna capitis irrogatur.* Et quid aliud est obsecro perpetuum exsilium, quam in insulam relegatio? itaq; gradus vnus bis ponitur. Conferat lector cum his ea, quæ de pœnarum gradibus hoc ipso titulo, l. 28. §. in exsulibus, prodita sunt: & deprehendet non absre hunc locum apud me pro suspecto haberi. Eiusdem tituli d. l. 28. §. incendiarii. pro, *Aliquo lenius*; Græci legerũt, *Aliquanto leuius*, ἐλαφρότερον.

CXVI. In l. 37. D. eod. Basilicorum auctores *Dardanarios* exponunt, τοὺς τῇ εὐθηνίᾳ ἐπιβουλεύοντας: hoc est; *eos qui annonæ, vel vbertati annonæ insidiantur.* Lexicon vetus σιτοκαπήλους interpretatur, qui sunt caupones frumenti.

CXVII. In l. vlt. §. Sic autem. D. de bonis eorum. quæri dicitur, an is, qui sibi manus intulit, & non perpetrauit, debeat puniri, quasi de se sententiam detulit.

lit. Heic adparet primum, Græcos legisse, Et *non impetrauit*. reddunt enim, ϗ μὴ ἐπιτυχών. quod verbum proprie est, *impetrare*. Neque tamen alterum illud, *Perpetrauit*, idoneo sensu caret. Deinde non est quod dubitem pro, *Quasi de se sententiam detulit*; reponere, *Sententiam tetulit*. Sic enim veteres loquebantur. Et malim etiam, *Quasi qui de se sententiam tetulit*.

CXVIII. In titulo Digestorum, de interdict. & relegar. defuerunt hactenus leges decem, numerandę post nonam. Has in editione sua Contius ex Latino Basilicorum libro LX Cuiacii, suo loco reposuit. Sed quia Græca non viderat, vitium quoddam typographicum in l. 15. §. Deportatus. in suam quoque transfudit editionem. Verba sunt hæc: *Deportatus a præside siue principe, & heres existere, & legata ex testamento capere potest.* Nimirum scribere debuit, *Deportatus a præside* SINE *principe*. quia Græce legitur, χωρὶς βασιλέως. alioquin hæc aduersarentur legi 5. sup. h. t. & legi prox. sequenti, & l. 6. §. 5. D. de iniust. rup.

CXIX. In principio legis 4. D. de adpellat. & relat. ita nostri codices habent: *Ab exsequutore sententiæ adpellare non licet.* Scio non malam hanc esse lectionem, sed pro instituto tamen meo diuersitatem scripturæ, quam Græci sequuntur, indicabo. Sic igitur illi vertunt: κατὰ τῆς ψήφου τοῦ ἐκβιβαστοῦ οὐκ ἔξεστιν ἐκκαλεῖσθαι. Legerunt igitur aliter, hoc videlicet modo: *Ab exsequutoris sententia adpellare non licet.*

CXX. Quod in l. 8. h. t. dicitur eum, qui prouocans illico uicietur, a quo adpellat, oportere plecti: magis perspicue Basilicorum auctores explicant, dum vertunt, eum oportere τύπτεσθαι, hoc est, *verberibus*

cadi. ſicut de fuſtibus cæſo loquitur l. 18. §. 1. h. t. In l. vero 1. §. 1. D. de iure fiſci, Florentinus codex habet, *Vel domum reſtructam eſſe:* pro quo reſtituunt alii, *Deſtructam.* recte. nam & Græci verbum καταλύθη poſuerunt.

CXXI. Vbi in l. 6. in princ. D. eod. mentio fit vſurarum fiſcalium: adiiciunt Græci noſtri: οἱ τοῦ δημοσίου τόκοι ἡμιεκατοστιαῖοι εἰσίν: hoc eſt; *vſuræ fiſcales ſunt ſemiſſes centeſimæ.* recte. nam hoc paret ex l. 17. §. ſi debitores. ſup. de vſur. Ibidem l. 18. §. 1. quum de iis dicitur, qui dati ſunt in metallum, quod deferre prohibeantur: Græci amplius vertunt: εἰς μέταλλον, ἢ εἰς ἔργον μετάλλου: *in metallum, vel in opus metalli.* quæ ſane duo diuerſa eſſe conſtat multis ex locis; quum in metallum damnati grauioribus; qui in opus metalli, leuioribus vinculis conſtringantur.

CXXII. In principio legis 21. D. de captiu. & poſtlimin. quoddam eſt apud Græcos ſcholium, quo verba ceteroquin obſcura declarantur. Agitur ibi de ingenua ab hoſtibus redemta, quæ poſtea cum liberis manumiſſa ſit. Negat Vlpianus, ignorantiam mariti, eiuſdemque patris, manumiſſorum ſtatui officere: & exinde intelligi oportere, ex quo de ea ſuſcipere liberos optauerit, remiſſum matri pignoris vinculum. Ad hæc poſtrema Græci adiiciunt: συγχωρεῖσθαι αὐτῇ τὴν δουλείαν τῆς ὡρισμένης πενταετίας: quibus ſignificare volunt, matri pignoris vinculum remitti, hoc ſcilicet eſſe; quod ei ſeruitus ipſa definiti quinquennii remittatur. Et reſpicere videntur ad l. vlt. C. de poſtlim. reuerſ. & ex ea, tamquam iure poſteriori, more ſuo lucem huic loco adferre voluiſſe.

CXXIII. Quod in l. 2. §. pœnæ. D. de re milit. numeratur inter

inter pœnas militum, *castigatio:* dictum est generalius, a Græcis autem restrictius explicatum, quum aiunt; milites μαστίζεσθαι, quod est *flagris cædi.* Consimili ratione traditur in l. 2. §. Quem ita senio. D. vacat. & excusat. mun. *debilitatem corporis* eorum munerum excusationem præstare, quæ tantum corpore implenda sint. Heic ne quæuis in genere debilitas corporis prætexi possit, restrictius debilitatem interpretantur ἀκρωτηριασμὸν, hoc est, *mutilationem corporis.*

Titulum XIIII libri L Digestorum nostri faciunt, *De proxeniticis*; aut, *de Proxenetis.* Prius, est in titulorum libri Florentini catalogo; posterius, in ipso titulo. Rectius hunc ego nobis a Græcis conseruatum arbitror, quorum libri titulum hunc præferunt: περὶ προξενητῶν, καὶ προξενητικῶν; *De proxenetis, & proxeneticis.* Proxenetæ, personæ sunt, quæ interueniunt: proxenetica, quæ personis hisce dantur. Ceterum l. 2. eiusdem tituli, quum dicitur; *Idem dico & si aliquid philanthropi nomine acceperit:* Græca mihi *philanthropi* vox nescio qui visa fuit antehac insolens. Cur enim in Græca translatione, Græci homines, vocem Græcam non retinuerunt? Nimitum illi sic vertunt: ὅτι λαμβάνων τι ὑπὲρ μεσιτείας, ὑπόκειται: id est; *Nec si quid interuentionis nomine acceperit, obligatur.* Verum posteaquam diligentius euoluere lubuit glossarium vetus illud, cui multa tum Latinæ, tum Græcæ litteræ debent: inueni *Salialium*, & *Salarium*, non modo exponi ὀψώνιον, παροχὴν, συνήθειαν, ἀλατικὸν: verumetiam φιλάνθρωπον. quo factum, vt insolens antea vox, minus iam mihi peregrina, nec ab hoc loco digestorum aliena videatur.

CXXIV.

CXXV. In l.4.D.de verb.signif.dicitur, *Nominis adpellatione rem significari.* Primum heic notandum, ex Græcis confirmari lectionem hanc libri Florentini, quum vulgo editi habeant, *Pecuniæ adpellatione.* vertunt enim nomen, χαρμάτιον: hoc est; *cautionem vel chirographum.* Deinde *rem* Glossatores nostri exponunt, rem omnem, quæ sit, vel esse possit in patrimonio. Græci rectius, τὸ κεχρεωστημένον πρᾶγμα, *rem debitam.*

CXXVI. In l.5.D.eod.pro, *Qua etiam ea*; Græci legerunt, *Quia etiam ea.* nam per ἐπειδὴ reddiderunt. In l.12. eod.pro, *Ex populari caussa*; Græcos legisse, *Ex pupillari caussa*; sicut & in l. 32. §. 6. D. de recept. qui arbitr. supra quoque notatum a nobis est.

CXXVII. In l.30.eod.legunt alii νέακιν, alii νέατον, alii νεατλὼ. Alciatus νεαγλὼ. Rectissime Basilica nostra νέασιν habent, scriptura proxime ad Florentinam veterem accedente. Nam Græcum sigma veteres ita pingere solebant, vt litteram C Latinam plane repræsentaret. Quod sequitur, *Noualem esse terram præcisa*, vt est in Florentino: pro eo scribitur in aliis, *Proscissa.* male. nam & Græci προτμηθεῖσαν vertunt.

CXXVIII. Licet, opinor, cuiuis in hoc genere commentationis exponere, quæ ad animum ei accidunt; sine præiudicio receptæ scripturæ. Quum in l.35.h.t dicitur, *Si statim iudicii accepti tempore res ei reddita fuisset:* Græci, *Tempore iudicii accepti*; vertunt, ἐν καιρῷ προκατάρξεως, quod est quidem, *Tempore contestationis litis:* sed videntur interpretari non illud, *Accepti iudicii*; sed vel *Cœpti iudicii*, vel *Occepti.* Nam κατάρχεσθαι non est accipere, sed occipere, vel incipere, vel inchoare. Et litis contestatio recte dicitur προκάταρξις δίκης, litis occeptio vel inchoatio,

quia

quia vere per eam inchoantur iudicia.l. 1. C.de lit. contest.l.amplius.15.C.rem rat.hab.Facit huc etiam,quod accipere iudicium,non modo de reo dicitur,vt aperte in l. 34.D.de iudic.& l.§.2. Qui satisd.cogant.verum etiam referri ad actorem videtur. vt heic. Et considera quæso lector exempla, quæ hoc loco tibi ob oculos ponam. videbis alicubi Græcos accipiendi verbum non reperisse. In l. 30.D.de iudic.ait iurisconsultus: *Vbi acceptum est semel iudicium,ibi & finem accipere debet.* Quis non perspicit heic debere vocem *finis* alicui responderere voci, quæ præcesserit? Græci sane recte, ἔνθα ἡ προκάταρξις, ἐκεῖ καὶ τὸ πέρας. *vbi inchoatio,ibi & finis.* Vix ergo dubitem,eos legisse; *Vbi cœptum* (vel *occeptum*) *est semel iudicium, ibi & finem accipere debet.* Prorsus vt in l. 49. D. eod. dicitur, res siue lis cœpta. Sic in l. 18.in princ.D.de iur.fisc.dicitur,in metallum datos posse etiam post damnationem exsequi *caussas, quas ante damnationem cœperunt*. Heic etiam Græci caussas προκαταρχθείσας reddunt, hoc est., *inchoatas.* Rursus in l. 2. C. de plus petit. quum dicitur, *Ante litem inchoatam*: Græci vertunt, πρὸ τῆς προκατάρξεως. & in l. 2. C. de iuram. propr. calum. *lites inchoatas*, ἀρχθείσας. Quibus omnibus in locis Græca Latinis accurate respondent. Cur igitur negemus, eos & in l. 35. de verb. signific. forsitan legisse, *Iudicii cœpti* (vel *occepti*) *tempore*:& in l.30.D.de iudic. *Vbi cœptum* (vel *occeptum*)*est semel iudicium, ibi & finem accipere debet*:& in l.164. D. de reg.iur. *Pœnalia iudicia semel cœpta*, vel *occepta*: quum vbique ponatur a Græcis verbum προκατάρχεσθαι, & προκάταρξις, quæ incipiendi & inchoandi significationem habent? Non

inficior equidem, recte dici, *iudicium accipere*: sed ex iis, quæ dixi, colligo; videri quibusdam in locis alterum verbum illud Græcos repperisse. præsertim quum in his nusquam eos vertisse videam δίκην δέξασθαι, quod esset, *litem accipere*. sicut capere λαβεῖν, accipere δέξασθαι interpretantur, in l. 71. inf. h.t.

CXXIX. Ead. l. 71. Florentinus liber habet *Accipere, & si quis non accepit, vt habeat*. Græci vero legerunt: *Accipere, & si quis non sic accepit, vt habeat*. καὶ οὐχ οὕτως τὶς ἐδέξατο, ἵνα ἔχῃ. Ibidem ad illa verba, *His rebus recte præstari*: subiiciunt verbum ὡμολόγησε, *spopondit, aut promisit*.

CXXX. In l. 77. in princ. D. eod. sic nostri: *Frugem pro reditu adpellari*. Græci verbum ἤρεσκεν adiecerunt: *Frugem pro reditu adpellari placuit*. Et quod sequitur, *Non solum * quod * frumentis, aut leguminibus: verum & * quod * ex vino, siluis cæduis, capitur*: ita vertunt, οὐ μόνον τὸν (scilicet καρπὸν) ἀπὸ πυρῶν, ἢ ὀσπρείων, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπὸ οἴνου, ἢ ὑλῶν τεμνομένων. Constat autem, asteriscis inclusa non inueniri in archetypo. Videntur igitur hoc modo legisse: *Frugem pro reditu adpellari placuit, non solum ex frumentis, aut leguminibus: verum & ex vino, siluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis.* Vt omnino verbum *Capitur*, tamquam irrepticium excludatur. Et videtur sane adiectum, vt illi Quod, bis antea inscite posito responderet.

CXXXI. Initium legis 88. D. eod. in editione Florentina est, *Tantum quisque pecuniæ relinquit*. Apud Græcos σχεδὸν præcedit, sicut & manuscripti quidam habent, *Propemodum tantum*. Ibidem quod nostri dicunt, *Centies aureorum habere*: Græci ἑκατοντάκις ἔχοντα τὸν χρυσοῦς ἔχειν interpretantur. In l. 104.

quæ

quæ Græca eſt, hæc verba; ἡ τῶν πάντων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται: ceteroqui cum Baſilicon ſcriptura conueniunt, niſi quod poſtrema ſic ſcribuntur, καὶ εἰς τοὺς ἐκγόνους.

In hoſtium definitione, l.118.h.t. noſtri legunt: Qui nobis, aut quibus nos *publice* bellum decreuimus. Græci, non δημοσίᾳ, quod eſſet publice; ſed δημόσιον πόλεμον interpretantur: vt eorum lectio fuerit, *Quibus nos publicum bellum decreuimus.* In principio autem legis 123. h.t. quis non videt, in his aliquid deſiderari, vel ea (vt ita dixerim) biulca videri? Quod eſt nobis neceſſarium ſcire, & codicilli ita confirmati teſtamento fuerint, & cetera. Græcorum hæc verba ſunt: ὅπερ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν εἰδέναι. καὶ ὅταν κωδίκελλοι οὕτω βεβαιωθῶσιν ἐν διαθήκῃ. Ergo diſtinctione ſiue στιγμῇ τελείᾳ poſt verbū *Scire* poſita, & inchoata deinde noua periodo, cum adiectione particulæ, quæ in Græcis exſtat, in Latinis omnibus editionibus deſideratur: locum hoc modo habebimus integrum. *Verbum* ERIT *interdum etiam præteritum, nec ſolum futurum tempus demonſtrat. quod eſt nobis neceſſarium ſcire. Et cum codicilli ita confirmati teſtamento fuerint,* QVOD IN CODICILLIS SCRIPTVM ERIT, *vtrumne futuri temporis demonſtratio fiat, an etiam præteriti. ſi ante ſcriptos codicillos quis relinquat? quod quidem,* & cet.

CXXXII.

Legis 164.h.t. paragraphū ſecundum, his paucis verbis Græci explicant: ὁ λέγων μέρος, καὶ μὴ προστιθεὶς, ποῖον· τὸ ἥμισυ δηλοῖ: h. e. *Qui partem dicit, nec adiicit, qualem: dimidium ſignificat.* Ex his verbis intelligitur, nomen *Partitionis* hoc loco non ita conuenire, quamquā in codice Florentino reperiatur; vt illud in editionib. vulgatis, *Portionis nomen*. quippe μέρος portio quidē eſt, ſed non partitio.

CXXXIII.

CXXXIIII. Legis 201. D. eod. hæc verba sunt: *Iusta interpretatione recipiendum est, vt adpellationi filii, sicuti filiamfamilias contineri sæpe respondimus; ita & nepos videatur comprahendi.* Ea sic Græci: τῇ τοῦ υἱοῦ καὶ τῇ τῶν ὑπεξουσίων προσηγορίᾳ καὶ οἱ ἔκγονοι περιέχονται. De quibus colligere licet, eos ita legisse: *Vt adpellatione filii, sicuti filiumfamilias*, & cet. non autem, *filiamfamilias.* prorsus vt & in l. 220. in princ. D. h. t. vertunt: τῇ τῶν παίδων προσηγορίᾳ καὶ τῇ τῶν ὑπεξουσίων, ἔκγονοι, καὶ ἀπέκγονοι, καὶ πάντες οἱ ἐξ αὐτῶν δηλοῦνται. Vbi nostris Latinis in libris illa verba, καὶ τῇ τῶν ὑπεξουσίων, hoc est, *& filiorum familias*, plane desiderantur. Quod si magis lubeat alteram lectionem retinere, referetur ad l. 116. sup. hoc tit. Labeonisque sententiam contra Proculum confirmabit.

CXXXV. Hæc postrema verba legis vlt. d. t. *Et tota restitutio, iuris est interpretatio*; sic Græci reddiderunt: πᾶσα γὰρ ἀποκατάστασις οὐ μόνον τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ τοῦ δικαίου ἐστίν· hoc est, *Omnis enim restitutio non solum corporis* (id est, rei) *sed & iuris est.* Hæc ego verba quum accuratius considero, vel abundare Latinis in exemplaribus vocem vltimam, videlicet *Interpretatio*, suspicor; quam ne Græci quidem reddiderunt: vel ita legendum, *Et tota restitutio, iuris est præstatio.* Iudicium penes eruditiores esto. nam nihil temere mutandum ex coniecturis arbitror.

CXXXVI. In definitione regulæ, quæ traditur in l. 1. D. de reg. iur. inter alia dicitur esse, de sententia Sabini, *quasi quædam caussæ coniectio.* Recte quidam hoc interpretantur, altera lectione reiecta, quæ pro *coniectio*, reponit *coniunctio*. Græci σύνδεσμον verterunt, non (vt equidem arbitror) ad alteram hanc lectionem respicientes; sed potius ad coniectionis

vocabulum, quod συνδεσμον interpretantur, quasi dicas colligationem rei, vel in breue coactionem, vel constrictionem caussæ. recte sane. Legis autem 3. h. t. simplicissimam lectionem esse arbitror, si Græcorum auctoritatem sequi volemus: *Eius est nolle, qui potest velle.* Nam his illa respondent, ὁ δυνάμενος θέλειν, δύναται καὶ μὴ θέλειν: *Qui potest velle, potest & nolle.* Quæ sane lectio Græcorum, Haloandrum excusat. Et probari recte videtur ex l. 4. D. de adqu. vel omitt. hered. cuius verba sunt; *Nolle adire hereditatem non videtur, qui non potest adire.* Sequitur enim hinc, eum qui hereditate adire possit, etiam repudiare posse; quod est, nolle adire. prorsus vt nolle possit is, qui & velle potest: sicut e diuerso simpliciter nolle non videtur, in cuius potestate non est velle. Sane quibusdam in locis nonnulli de hisce negationibus acriter litigant, vbi Græcos aliter sensisse deprehendo. velut in l. 79. sup. de verb. signific. quum dicitur; *Vtiles impensas esse, quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem esse non sinant.* Heic tradunt illam priorem negationem a quibusdam non recte omitti: quod tamen a Græcis fieri video, quorum verba sunt, οὐ μὴν συγχωρούσας εἶναι αὐτὴν χείρω: hoc est; *non etiam sinentes eam esse deteriorem.* sicut idem οὐ μὴν in fine legis eiusdem similiter ponunt, vbi dicitur, *Non etiam fructum augent.*

CXXXVII. Legis 23. in fin. D. h. t. verba sunt, *Animalium vero casus, mortes, quæque sine culpa accidunt,* & cet. Heic quum post τυχηρὰ, qui sunt fortuiti casus, sequatur in ipsorum interpretatione, καὶ τὸν χωρὶς ῥαθυμίας θάνατον: legisse videntur, *Mortes quæ* (non, quæque) *sine culpa accidunt.* Itidem in princ. l. 27. quum

dicitur; *nec ex prætorio, nec ex sollemni iure*, (quod perinde est, ac si diceretur, Nec in prætorio, nec in solemni iure,) *priuatorum conuentione quidquam immutandum est; quamuis obligationum caussa pactione poßint immutari*, & cet. Græci vocem κατάρχας sic inserunt, ac si legissent; *Quamuis obligationum caussa pactione poßint initio immutari.* recte, nam ita statim etiam sequitur, actionum modum priuatorum pactionibus non infirmari; nisi tunc, QVVM INCHOATVR actio, inter eos conuenit. Et sunt sane verbi *Poßint* litteræ postremæ, atque priores illius, quod sequitur, eiusmodi; hanc vt vocem *Initio* propemodum forment, omissam postea negligentibus a librariis, veluti superfluam.

CXXXVIII. In l. 33. h. t. postrema istæc verba sunt, *Durior caussa est petitoris.* quæ quum Græci vertant, χείρων ἐστὶν ἡ τοῦ ἐνάγοντος αἵρεσις, legisse videntur pro *Durior*, *Deterior*; cui respondet Græcum illud χείρων. *Sic deterior condicio* l. 86. & prorsus vt heic, *deterior caussa*, l. 87. inf. h. t. In l. vero 44. recte notatur his verbis, *Toties in heredem damus*, subintelligi actionem. Nam hoc Græcorum quoque more fit. vt in sequenti l. 47. ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ δόλον (scilicet συμβουλῆς) ἁρμόζει ἡ περὶ δόλου. subauditur enim ἀγωγή.

CXXXIX. In l. 78. D. h. t. quum nostri legunt, *Non quid habeat actor*, Basilicorum libri vertunt, τί οὐκ ἔχει ὁ ἐνάγων, addita negatione: ac si reperissent in suis exemplaribus, *Non quid non habeat actor*. Lege 110. in fin. sic in Florentina & aliis quibusdam editionibus legitur: *Mulierib. tunc succurrendum est, quum defendantur.* Postremum hoc alii mutant in *defraudentur*. Sed Florentina cum Græcis consentit, qui vertunt εἰς τὸ διεκδικηθῆναι, sed rectius forte, *Quum defenduntur.* In

In l.119.h.t. Græcos non legisse, *Qui dumtaxat omittit possessionem, sed amittit*; (nam ea vis est verbi ἀποβάλλεσθαι) supra notauimus. Sed hoc loco lubet indicare, videri legendum omnino cum Græcis; *Non alienat, qui dumtaxat amittit possessionem*. atque illa verba sic etiam reponenda in l. 4. §. 1. D. de alienat. iudic. mutan. caus. facta. Nam hoc ipsum amittere possessionem, nihil est aliud; quam possidere desinere sine dolo malo: sicut in d.l.4. princ. Iurisconsultus ipse loquitur. CXL.

In l. 128. §. 2. nostri codices Latini lectionem hanc sequuntur; *Qui in vniuersum ius succedunt, heredis loco habentur*. Græci vero quum ita reddiderint, ὁ εἰς ὁλόκληρον διαδεξάμενος, αὐτὸ κληρονόμου ἐστίν. videntur omissa voce *Ius*, hoc modo legisse: *Qui in vniuersum succedunt*. CXLI.

Paragraphus siue thematium posterius legis 134.h.t. sic nostris in libris legitur: *Nemo ex suo delicto meliorem suam condicionem facere potest*. Græci vero his verbis interpretantur: οὐδεὶς ἐκ τοῦ ἰδίου δόλου κρείττονα ποιεῖ τὴν ἰδίαν αἵρεσιν. Nemo non videt, aliam sequutos lectionem, qui pro *Delicto*, substituerint *Dolo*. Nam delictum semper alias interpretantur ἁμάρτημα. Pro Basilicorum lectione facit l. verum. 63. §. tempus. D. pro soc. vbi totidem prope verbis idem Vlpianus ait: *Nec enim æquum est, dolum suum quemquam releuare*. Et citantur vtraque de libris iisdem Vlpiani ad Edictum. CXLII.

Legis 161. in princ. h.t. (sequor autem Florentini exemplaris auctoritatem in serie legum) hæc verba sunt: *In iure ciuili receptum est, quoties per eum, cuius interest condicionem non impleri, fiat* CXLIII.

quo minus impleatur; *perinde haberi, ac si impleta condicio fuisset*. Ab initio libri huius secundi Notatorum monui, non pauca iurisconsultorum in libris reperiri, in quibus negantium vocularum vel adiectio, vel detractio, magnam perplexitatem efficiat. Id hoc in loco videre est. Nam particula negans, ante verbum *Impleri*, prorsus a Basilicis abest. Et vide quæso, an non ea lectio consentanea videatur verbis legis 157. §. semper. sup. h. t. Vbi dicitur; *Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet*. Immò, quod certius est argumentum, quum in l. 24. D. de condic. & demonstrat. hæc ipsa verba repetita sint; (incertum, permutatis Iuliani & Vlpiani nominibus, an ex alia quadam obscura caussa) tamen eo loco in maiore numero bonorum exemplarium, atque etiam in Florentino, negatio non exstat. itaque concludo, non hanc abs re nostris ab auctoribus τῶν βασιλικῶν heic etiam omissam.

CXLIV. Legem 162. h. t. cuius verba sunt, *Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi*: sic Græci vertunt: τὰ δι' ἀνάγκην παρὰ κανόνα νόμου δεχθέντα, οὐχ ἕλκεται εἰς ὑπόδειγμα. De quibus animaduertere licet, eos post *Necessitatem*, inserere παρὰ κανόνα νόμου, quod est, Contra rationem iuris. hæc enim Latina verba sic reddiderunt in l. 141. sup. h. t. Num autem suis in libris ea repererint hoc etiam in loco, an huc ex indicata l. 141. scholii vice transtulerint; equidem certo definire nequeo.

CXLV. Principium legis 163. h. t. sic legitur in editione Florentina: *Cuius est donandi, eidem & vendendi & concedendi ius est*. Id ipsum Græci verbis hisce

vertunt,

vertunt, ὁ ἔχων ἐξουσίαν. vt omnino scilicet eos legisse constet, Cui ius est donandi: voce nimirum *Cuius*, ex *Cui ius* contracta.

CXLVI. Quum legis 168. paragraphum primum verbis hisce Græci sint interpretati, ἐν τοῖς ἀσαφέσι τὸ φιλάγαθον ἑρμηνεύομεν, hoc est, *in obscuris quod benignius est interpretamur:* aliter, quam nos, legisse videntur. Quumque constet, in editionibus vulgatis nō *Rapienda*, sed *Capienda* legi; & verbo ἑρμηνεύειν Græci sint vsi: fortasse dixerit aliquis, eos reperisse scriptum, *Capienda interpretatio est.* nisi forte longius hoc ab alterius vocis scriptura recedit. In §. quidem sequenti similiter dixit, *interpretationem capere:* vbi tamen hoc fieri tradit ex adfectione cuiusque, non ex eo, quod est benignius. ne quis scilicet existimet, hisce verbis secundam legis partem esse redditam.

CXLVII. Equidem vix dubito, quum verba legis 180. h. t. quæ sunt huiusmodi, *Quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset*; Græci sic verterint, ἐγὼ δοκῶ λαμβάνειν, ὅπερ κατὰ κέλευσίν μου ἑτέρῳ δοθῇ: vel sic eos scriptum inuenisse, *Quod iussu alteri soluitur:* vel, *Quod iussu alterius alteri soluitur*, &c. Et habes exempla quum alibi, tum in l. 1. §. si iusserim. D. de adquir. vel amitt. possess. & in l. 9. in princ. D. de condict. caus. dat. argumento a contrario sensu ducto: *Si iussu mulieris sponso eius numeraui, nuptiis sequutis ipsi numerasse videor.*

CXLVIII. Quum verba legis 184. h. t. sicut in nostris libris leguntur, cum iis confero, quæ Græci reddiderunt: video quamdam aliam lectionem illos esse sequutos. Nostri, *Vani timoris iusta excusatio non est*, inquiunt. Illi, ὁ ἄλογος ἢ μάταιος φόβος οὐ συμβάλλεται.

Verbum συμβάλλεσθαι Græci,& nostri præsertim Basilicorum auctores,ita vsurpant;vt Latini verbum *Prodesse*.Itaque sensus erit istorum verborum:*Vanus & absurdus* (id est, nulla subnixus ratione) *timor nihil prodest*,vel pro nihilo ducitur. At quantum est discrimen inter *excusari*, & *non prodesse*,vel *pro nihilo duci?* Quippe quod pro nihilo ducitur, nec prodest,id nullius quidem æstimatur; sed non continuo etiam excusatur. Quamobrem vt,quid ego sentiam, breuiter indicem: puto corruptam scripturam esse, ac more veteri permutatis inter se litteris X & S, quas hodie Gallica quoque lingua, sicut & Hispanica, citra discrimen in plurimis vocabulis inter se permutat, scriptum vetustis in libris fuisse,*Vani timoris iusta extimatio non est.* Ego quidem certe sæpissime verbum *extimandi*, pro *æstimandi*,manuscriptis in libris reperi. Postea vero librarios scriptores arbitror *Extimatio* mutasse in *excusatio*. Confirmat hanc opinionem meam l.13. D.de re iudic. vbi eadem verba repetuntur,sed ita perscripta, sicut ego scribenda diuinaueram: *Neque enim vani timoris vlla æstimatio est.* Auctor & illius legis,& huius, citatur Celsus. hoc tantum discriminis est,quod in d.l.13.d.t.mentio fit libri VI Digestorum Celsi, de quo exscripta verba sint: heic septimi. sed talem errorem, præsertim in librorum numeris exprimendis,a librariis committi,non insolens est.

AD LIBROS CODICIS *Iustinianei.*

CXLIX. LEx 4. C. de summa trinitat. ponitur illa quidem a Græcis in ecloga Basilicorum, sicut a Tribu-

Tribuniano, & aliis epitomata fuit: sed quum nos integram constitutionem Græcam, in vetusto libro descriptam, inuenerimus; gratam rem studiosis antiquitatis nos facturos existimauimus, si eam hoc loco tam Græce, quam Latine, ex interpretatione nostra, subiiceremus.

Οἱ βασιλεῖς ΦΛΑΎΙΟΣ ΟΥ̓ΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΌΣ, καὶ ΦΛΑΎΙΟΣ ΜΑΡΚΙΑΝΌΣ, αἰώνιοι αὔγουστοι, τοῖς πολίταις ἡμῶν τῆς κωνσταντινουπόλεως.

Μόλις ποτὲ τὸ διὰ μεγίστης εὐχῆς ὑπάρχον ἡμῖν καὶ σπουδῆς ἀποβέβηκε, καὶ ἡ περὶ τὸν νόμον τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν ἐκποδὼν φιλονεικία γεγένηται· μόλις εὕρηται τὰ τῆς ἐπιψόγου πλάνης ἰάματα, καὶ τῶν δήμων ἡ διαφωνοῦσα διάνοια πρὸς μίαν ἀνελήλυθε συνέλευσιν καὶ ὁμόνοιαν. ἐκ διαφόρων γὰρ ἐπαρχιῶν εὐλαβεῖς κατὰ τὴν ἐν χαλκηδόνι πόλιν ἐπίσκοποι συνηθροίσθησαν ἐξ ἡμετέρου προστάγματος, καὶ δι' ὅρου σαφῶς ἐπὶ τῇ θρησκείᾳ τί δέοι διαφυλάττειν ἐδίδαξαν. ἡ βέβηλος τοίνυν ἔρις τοῦ λοιποῦ σχολαζέτω. καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀσεβὴς καὶ ἱερόσυλος, ὃς μετὰ τοσούτων ἐπισκόπων ἀπόφασιν, τῇ οἰκείᾳ τι ποτὲ γνώμῃ καταλιμπάνει πρὸς ἔρευναν. ἐπ' ἐσχάτης γὰρ δηλονότι παρανοίας ἐστὶ, τὸ μεσούσης τῆς ἡμέρας φῶς σεσοφισμένον ζητεῖν. ὁ γάρ τι μετὰ τὴν εὕρεσιν τῆς ἀληθείας διερευνώμενος περαιτέρω, ψεῦδος ζητεῖ.

Μηδεὶς οὖν κληρικὸς, ἢ στρατευόμενος, ἢ γοῦν ἑτέρας αἱρέσεως οἱασδήποτε, περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως δημοσίᾳ, συναγομένων ὄχλων καὶ ἀκροωμένων, εἰς τὸ ἑξῆς διαλέξεις ποιεῖσθαι τολμάτω, ταραχὰς ἐκ τούτου καὶ κακοδοξίας προφάσεις ἐπινοῶν. τῇ κρίσει γὰρ ὕβριν ποιεῖ τῆς ἁγίας συνόδου, ὅστις ἂν τὰ ἅπαξ κριθέντα καὶ ὀρθῶς τυπωθέντα πάλιν ἀνακυλίειν ἐκ διαλέξεως, καὶ δημοσιεύειν φιλονεικείη. ὁπότε τὰ νῦν περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως ὁρισθέντα, κατὰ τὰς τῶν τιη' ἐν νικαίᾳ διδασκαλίας, καὶ τῶν ρν' ἐν τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει, τυπωθέντα γινώσκεται. οὐ-

δὲ γὰρ ἐλλείψει τιμωρία κατὰ τῶν τοῦδε καταφρονούντων τοῦ νόμου. ἐπειδήπερ οὐ μόνον κατὰ τῆς πίστεως τῆς εὖ διατεθείσης ἐναντία χωροῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἰουδαίοις τε καὶ ἕλλησιν † ἔκπιστα διὰ τῆς τοιᾶσδε φιλονεικίας τὰ σεπτὰ ποιοῦσι μυστήρια. οὐκοῦν εἰ μὲν εἴη κληρικός, ὁ περὶ θρησκείας δημοσίᾳ φιλονεικεῖν τολμῶν, ἀποκινηθήσεται τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν· εἰ δὲ στρατείᾳ κεσμύμενος, τὴν ζώνην ἀφαιρεθήσεται· καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ἔνοχοι τοῦ ἐγκλήματι τούτῳ τῆς βασιλίδος αὐτῆς ἐλαθήσονται πόλεως, κατὰ τὴν τῶν δικαστηρίων κίνησιν καὶ ταῖς ἁρμοζούσαις ὑποβληθησόμενοι τιμωρίαις. Δῆλον γὰρ, ἐντεῦθεν τῇ μανίᾳ τῇ τῶν αἱρετικῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐκκαύσεις παρέχεσθαι, ἐν ὅσῳ τινὲς δημοσίᾳ διαλέγονται καὶ ἐρίζουσιν. ἅπαντες τοίνυν τὰ παρὰ τῆς ἁγίας ἐν χαλκηδόνι συνόδου ὁρισθέντα διαφυλάττειν ὀφείλουσι, τοῦ λοιποῦ μηδὲν ἀμφιβάλλοντες. Διὰ τοῦτο τοιγαροῦν ὑπομνησθέντες τοῦ τῆς γαληνότητος ἡμῶν διατάγματος, τῶν δυσσεβῶν φωνῶν ἀπολήξατε, καὶ τοῦ περὶ τὸ θεῖον περαιτέρω ζητεῖν, ὅπερ ἀθέμιτον. ἐπειδήπερ οὐ μόνον ἐκ θείας κρίσεως, καθάπερ πιστεύομεν, τὸ ἁμάρτημα τὸ τοιοῦτον τιμωρηθήσεται, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ τῶν νόμων καὶ τῇ τῶν δικαζόντων αὐθεντίᾳ σωφρονισθήσεται. ἐδόθη πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν φεβρουαρίων ἐν κωνσταντινουπόλει.

† ἔκπυστα.

Impp. FL. VALENTINIANVS & FL. MARCIANVS, perp. AA. ciuibus nostris vrbis Constantinopolitanæ.

VIx tamdem aliquando prospere cessit, quod summopere nobis in votis ac studio fuit; vt orta de orthodoxorum Christianorum lege controuersia prorsus exterminaretur: vix errori culpabili remedia sunt reperta, & dissentiens populorum animus ad vnam congregationem concordiamque rediit. De diuersis enim prouinciis, mandatu nostro, Chalcedone religiosi episcopi conuenerunt, & perspicue definiendo tradiderunt, quid in religione sit obseruandum. Quapropter

propter in posterum profana rixa cesset. Impius enim, sacrilegusque reapse fuerit, qui post tot episcoporum sententiam, suo quid animo perscrutandum relinquere velit. Extremæ nimirum est insaniæ, commenticiam in ipso meridie lucem quærere. Nam qui post repertam veritatem aliquid vlterius inuestigat, mendacium quærit.

Igitur nemo clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet condicionis, de Christianorum fide, turbis publice collectis & auscultantibus, in posterum disputationes instituere conetur; vt ex hoc tumultus, & peruersæ doctrinæ occasiones captet. Nam sacræ sanctæ synodi iudicio facit iniuriam, qui semel iudicata, recteque constituta, rursum reuoluere disputando publiceque tractare contenderit: quum ea, quæ nunc de fide Christianorum definita sunt, tam iuxta CCCXVIII Nicææ, quam CL patrum, in vrbe hac imperatrice collectorum, doctrinas esse sancita constet. Nec enim in legis huiusce contemtores pœna deerit, quum non tantum fidei recte explicatæ aduersando semet opponant: verumetiam per huiusmodi contentionem Iudæis ac paganis veneranda mysteria prodant & euulgent. Itaque si clericus erit, qui publice rixari de religione fuerit ausus, numero clericorum expungitor: sin ornamenta militiæ habuerit, cingulo spoliator: ceteri criminis huius rei de vrbe hac imperatoria pelluntor, pro vigore iudiciario conuenientibus etiam pœnis subiiciendi. * *Nam eo ipso, quod publice quidam disputant atque rixantur, manifestum est; hæreticorum furori occasiones, & quasi flammarum fomites suppeditari. Quapropter vniuersi ea, quæ a sacra Chalcedonensi synodo definita sunt, de nullo deinceps dubitantes, obseruare debent. Itaque hoc nostræ sere-*

Heic incipiunt verba l. 4. C. d. t.

* heic d. l. verba desinunt.

nitatis edicto commoniti, vocibus impiis vti, & vlterius de diuino numine perquirere, quod nefas est, desinite: quando non diuino iudicio tantum, vti nos quidem persuasi sumus, huiusmodi peccatum punietur: sed etiam legum ac iudicum auctoritate castigabitur. Dat. a. d. VII. eid. Febr. Cp.

CL. Epitomen legis 16. C. de sacros. eccles. A. Augustinus ex libro Paratitlorum reposuit. Eius aliam breuem & elegantem epitomen suppeditat ecloga nostra Basilicorum, verbis hisce: ὁ συνταξάμενος δωρεαστικὸν ἐπὶ τῷ εὐκτήριον οἶκον κατασῆναι, ἢ ξενῶνα, ἢ νοσοκομεῖον, ἀπαιτείσθω παρὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ οἰκονόμων τὰ ὑποσχεθέντα. διοικούμενα μέντοι κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ: hoc est; *Ab eo, qui donationis instrumentum confecit, exstruendi oratorii, vel xenonis, vel nosocomii nomine, promissa per episcopos & œconomos exigantur. nihilo tamen minus arbitratu suo res administret.*

CLI. Manifestum mendum est in l. 19. C. h. t. quod tamen e nullis hactenus editis libris, quos mihi videre contigerit, sublatum video. Nam quum ibi dicitur, *Istæ donationes etiam circa actorum confectiones conualescant*: nemo non videt, priora cum his conferens, parum idoneam ex his sententiam elici. Quapropter Græcos sequentes, vnica voce mutata locum restituerimus. Nam illi verterunt, μὴ χρεία ἔσω πράξεως ὑπομνημάτων. Ergo legemus, *Istæ donationes etiam citra* (non, circa) *actorum confectiones conualescant*.

CLII. Epitomen legis 20. d. t. Contius in editione Lugdunensi postrema breuem posuit. In ecloga Basilicorum nostra paulo plenior hæc exstat: Μηδὲ ἀπὸ θείου τύπου, ἢ ἀρχόντων προστάξεως, στρατιωτικὴ σίτησις εἰς εὐκτηρίους οἴκους, ἢ κληρικούς, ἢ μοναστήρια μεταγέσθω. αἱ ἐλλειπόν-

ἐμπιπτόντων δίχα τοῖς ἀριθμοῖς σωματίων: hoc est; *neque ex sanctione diuina, vel præsidum iussu, annona militaris ad oratoria, vel ad clericos, vel ad monasteria transfertor; tamquam deficientibus personis in ipsis numeris.*

In l. 22. C. de episc. & cleric. vltimæ partis hæc verba; *Scituri, quod si citra hanc fiduciam accesserint, sibimet imputabunt, quod non clerici vel monachi esse putabuntur:* Græci sic interpretantur, ἐκ μὴ νομιζέσθω ὅλως κληρικὸς ἢ μοναχὸς, ὁ συλλαβῶν ἐκτὸς τῶ οἰκείου ἐπισκόπου τὸ κομιτάτον καταληφώς. Ergo citra fiduciam accedere, Græcis est συλλαβῶν ἐκτὸς, hoc est, *absque syllabis episcopi.* quod per scholion hoc rursus ita declaratur, vt συλλαβαὶ intelligantur γράμματα, siue litteræ. quod frequens est. vt l. 7. quæ Græca est, in princ. C. de sum. trinitat. Et vetus glossarium vocem *Adfatus* exponit συλλαβαὶ, γράμματα. vt *adfatus sacri*, pro litteris siue rescriptis principis in l. 6. C. de diuers. rescrip. Itidem notatur in ecloges margine τὸ κομιτάτον significare τὴν πόλιν, hoc est, vrbem imperatoriam, vel aulam, & prætorium imperatoris, quæ plerumque ad vrbem erant. Sic vsurpatur in l. vlt. C. de temp. & reparat. Item l. vnic. C. Quãdo imp. inter pupill. Item l. vlt. C. de dignit. lib. XII. Sic & Gratianus vtitur. 23. q. 8. quo ausu. & seq. CLIII.

Protuli paulo ante in lucem l. 4. C. de sum. trinit. quemadmodum ea lata fuit a Marciano A. id est, integram, & talem, qualis ante confectionem Codicis Iustinianei fuit. Idem lubet hoc loco præstare in restitutione totius legis 23. C. de episc. & cler. Nam & illam ego constitutionẽ integram manuscriptis in libris reperi, quæ quidem huiusmodi est: CLIIII.

Οἱ αὐτοὶ † βασιλεῖς Παλλαδίῳ τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων, Οὐαλεντινιανῷ ἐπάρχῳ τοῦ ἰλλυρικοῦ, Τατιανῷ ἐπάρχῳ πόλεως, Βιγκομάλῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων καὶ ὑπάτῳ δεσιγνάτῳ.

† ἤγουν Φλάβιος Οὐαλεντινιανὸς καὶ Φλάβιος Μαρκιανός.

Περὶ τοῦ ἀναστραπῆναι τὰ κατὰ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Φλαβιανοῦ τοῦ ἐν ἁγίοις, ἐπισκόπου τῆς βασιλευούσης κωνσταντινουπόλεως, καὶ βεβαιωθῆναι τὰ μετὰ ταῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου τυπωθέντα.

» Οὐδέποτε δόξα τῷ θανάτῳ τῶν ἐνδόξων ἀπόλλυται, οὐδὲ
» συναποθνήσκουσι τοῖς τελευτῶσιν αἱ ἀρεταί. μᾶλλον δὲ τῶν ἀ-
» γαθῶν ἡ ὑπόληψις αὔξεται τῇ τελευτῇ· ἐπειδήπερ ἅπας ὁ κατὰ
» τῶν τελευτώντων ἐκποδὼν γίνεται φθόνος. ἐντεῦθεν μετὰ τοσαύ-
» της σπουδῆς καὶ ἐπαίνων τὰ τῶν προγόνων εὐφημεῖται κατορθώ-
» ματα· ἐντεῦθεν ἡμῖν τῶν ἀρίστων ἡ μνήμη μετὰ μεγίστης ἐπιμε-
λεῖται † προσκυνήσεως. ἐντεῦθεν τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν αἱ ψυχαὶ
πολλάκις τὰς εὐκλεεῖς εἵλοντο τελευτάς· συνωμολόγηται γὰρ, ἐκεί-
» νους μόνους εἰς τὸ διηνεκὲς ἀποθνήσκειν, ὧν ἥτε ζωὴ καὶ ὁ θάνατος
» σεσιώπηται. τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος οὕτως ἔχειν, ἥτε θεία καὶ ἡ
τῶν ἀνθρώπων ἐπιδείκνυσι κρίσις. ὁπότε γὰρ φθόνῳ ψευδεῖ ὑπὸ
τῆς ἀναιδοῦς συντεθείσης συκοφαντίας ὁ τῆς ἁγίας καὶ προσ-
κυνητῆς μνήμης Φλαβιανὸς, ὁ ταύτης τῆς ἐνδόξου πόλεως ἐπί-
σκοπος, τῆς ἀρχιερωσύνης ἦν ἐκβληθεὶς, καὶ ὁπότε κατὰ τὸ ἀληθὲς
οὐκ ἦν ἑτέρως τῆς ἐπισκοπῆς πλειότερον ἔχεσθαι, ἢ τῷ τὴν πίστιν,
ἣν παρειλήφει, φυλάττειν. (οὗτος γὰρ μόνος ἠξίωται τοῦ τυγχάνειν
ἐπίσκοπος) ὅμως τὸ τούτου λείψανον ἡ βασιλικωτάτη αὕτη πό-
λις ἐξήτησε καὶ ἀπέλαβεν, ὡς μακαριώτερον αὐτὸν πάντων τῶν
ζώντων ὀφθῆναι. ὥστε τὴν τελευτὴν ἐκείνην τὴν χαλεπὴν νο-
μισθεῖσαν πιστεύεσθαι δι' εὐχῆς γεγενῆσθαι, δι' ἧς ἐκείνην τὴν ἀθά-
νατον εὐφημίαν ἐπραγματεύσατο. καὶ δὴ τούτοις ἐπηκολούθησεν
ἐκεῖνο, ὅπερ τοῖς αὐτοῦ γέρασιν ὁ θεὸς ἐδωρήσατο, ὥστε προσκυνη-
τὴν σύνοδον ἀναριθμήτων σχεδὸν ἐπισκόπων συνελθεῖν εἰς τὴν
χαλκηδονίαν, ἥτις ἐν ὅσῳ τὰ κατὰ τὴν πίστιν ἐπιμελῶς ἐκζητεῖ

† προσκυνήσεως.

διὰ

διὰ τῆς αὐθεντίας τοῦ μακαριωτάτου Λέοντος τοῦ τῆς αἰωνίας τὴν δόξαν ῥώμης ἐπισκόπου, καὶ τῆς θρησκείας κυροῖ τὰ θεμέλια, Φλαβιανῷ τὸ βραβεῖον τοῦτο παρῳχηκότος βίου, καὶ τῆς ἐνδόξου παρέσχηκε τελευτῆς.

ἐπειδὴ τοίνυν ὁ τῆς προσκυνητῆς μνήμης Φλαβιανὸς τῇ τοσαύτῃ κεκόσμηται μαρτυρίᾳ, ὥστε Εὐτυχῆ τὸν τἀναντία πεφρονηκότα μετὰ τῶν μυσαρῶν αὐτοῦ ῥημάτων καταδικασθῆναι παρὰ πάντων ἑνὶ στόματι, ἀπαλειφέσθω τὰ διατάξεως ἐκείνης, ἥτις καθ' † ὑφαρπαγὴν τῶν μυσαρῶν μετὰ τελευτὴν τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Φλαβιανοῦ κατ' αὐτοῦ τεθεῖσα γινώσκεται, καὶ καθόλου σχολαζέτω τὰ ἐξ ἀδικίας τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότα, ἥ τε ἄδικος ἀπόφασις μηδὲν βλαπτέτω μηδὲ Εὐσέβιον, μηδὲ Θεοδώρητον, τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, οὓς ὁ ὅρος ὁ αὐτὸς περιέχει. ἐπειδὴ γὰρ οὐ δύνανται ἐκ διατάξεως ἐπίσκοποι καταδικάζεσθαι, οὓς ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῇ τῆς πίστεως συνοδικὴ ψῆφος ἐκόσμησεν. ἐκβληθείσης τοιγαροῦν τῆς νομοθεσίας ἐκείνης, κατεχέτω τοῦ βίου καὶ τῆς δόξης τῆς ἑαυτοῦ Φλαβιανὸς, ἧσπερ ἠξίωται, τὸν αἰώνιον ἔπαινον· τῆς εὐσεβείας τῆς περὶ τὴν πίστιν τοῖς λοιποῖς ἐσόμενος ὑπόδειγμα. ἡ ὑπέρλαμπρος τοιγαροῦν καὶ μεγαλοφυὴς αὐθεντία σου τὸν στοιχειώδη τουτονὶ νόμον, προτεθέντων * ἐκδίκων, εἰς τὴν ἁπάντων ποιήσει γνῶσιν ἐλθεῖν. ἐδόθη πρὸ μιᾶς νόνων ἰουλίων ἐν κωνσταντινουπόλει, ὑπατείᾳ Σφωρακίου τοῦ λαμπροτάτου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου.

† ὑφαρπαγήν.

* ἰδίκτων.

Iidem Impp. † Palladio magnificentiſſimo P.P. Valentiano P.P. Illyrici, Tatiano P.V. Vincomalo magiſtro ſacrorum officiorum, & conſuli deſignato.

† *videlicet Fl. Valentinianus, & Fl. Marcianus.*

De reſcindendis iis, quæ ſtatuta fuerant aduerſus religioſæ memoriæ Flauianum, virum ſanctum, urbis imperatoriæ Conſtantinopolis epiſcopum; deque confirmãdis illis, quæ poſtea pro ipſo per ſanctam ſynodum decreta ſunt.

» NVMQVAM inclutorum gloria morte extingui-
» tur, nec cum iis, qui viuendi finem faciunt, vir-
» tutes quoque commoriuntur: sed potius bonorum existi-
» matio morte crescit, quandoquidem omnis aduersus
» vita functos euanescit inuidia. Hinc tanto studio,
» tantisque cum laudibus, praeclara maiorum facta de-
» praedicantur. Hinc memoria praestantissimorum a no-
bis maxima cum † beneuolentia colitur. Hinc opti-
morum virorum animi saepenumero gloriosos obitus
» adpetiuerunt. Nam in confesso est, illos solos in perpe-
» tuum mori, quorum vita pariter & mors silentio iacet
» obruta. Id etiam in causa praesenti sic comparatum es-
se, diuino simul & humano iudicio paret. Etenim quum
falsa grauatus inuidia, perstructam impudenter ca-
lumniam, sanctae venerandaeque memoriae Flauianus,
huius almae vrbis episcopus, pontificatu deiectus esset;
(quamuis reuera non posset aliter episcopatum verius
pleniusque retinere, quam fidem eam seruando, quam
accepisset. is enim solus esse meretur episcopus.) reli-
quias tamen eius vrbs istaec regia sic expetiit & rece-
pit, vt omnibus viuis beatior exstiterit; & vt illud ei
mortis genus, quod graue fuit habitum, ex voto credi
possit accidisse, dum eo praedicationem illam immor-
talem sibi comparauit. Atque haec illud etiam comi-
tatum fuit, quod Deus eximiis eius honoribus con-
cessit, vt veneranda synodus episcoporum prope innu-
merabilium Chalcedonem conueniret: quae dum de fi-
dei rebus diligenter inquirit, auctoritate beatissimi
Leonis, aeternam adeptae gloriam Romae episcopi, dum-
que fundamenta religionis confirmat; Flauiano tam
vita transacta, quam obitus gloriosi palmam tribuit.

† al. veneratione.

Quoniam ergo venerandae recordationis Flauia-
nus tanto fuit testimonio decoratus, vt Eutyches, qui
contra

Heic incipiunt ver-

contra senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus vno sit ore damnatus: aboleatur illa constitutio, quæ per obreptionem, opera sceleratorum post obitum sanctæ recordationis Flauiani, aduersus eum lata cognoscitur; & in vniuersum cessent, quæ originem ex iniuria traxerunt. Nec iniqua sententia quidquam vel Eusebio, vel Theodoreto, religiosissimis episcopis, noceat; quos idem statutum continet. Quia per constitutionem episcopi condemnari nequeunt, quos ob fidei conseruationem synodale decretum ornauit. Itaque lege illa reiecta, Flauianus vitæ gloriaque suæ, quam meritus est, perpetua laude fruatur, exemplum singularis in fide constantiæ ceteris futurus. Magnifica vero & illustris auctoritas tua salutarem hanc legem, propositis edictis, ad omnium noticiam peruenire faciet. Dat. pridie nonas Iulias C p. *Sphoracio V. C. & qui nuntiatus fuerit,* CONSS.

balegis 23. C. de his.

CLV. Habet iam lector integrã constitutionem hanc, in lucem reuocatam. Vt autem ex ea fructum aliquem capiamus, primum hinc plena inscriptio legis in Codice restituitor, hoc modo; *Impp.* VALENTINIANVS & MARCIANVS *AA. Palladio P.P. Valentiano P. P. Illyrici, Tatiano P. V. Vincomalo magistro sacrorum officiorũ, & consuli designato.* Deinde corrupta *Fabiani* vox emẽdator, pro quo reponẽdus *Flauianus.* Is Cõstantinopolis fuit episcopus Eutychianæ sectæ strenuus oppugnator & veritatis defensor. Nam quũ Eutyches vel eodẽ, vel adfini prorsus errore, quẽ modo propugnãt theologi quidã, longius extollẽdæ humanæ in Christo naturę studio ꝓuectus, eã cũ diuina cõfunderet, ac in diuinã (sublatis, vel inter se ꝑmistis vtriusq; naturę ꝓprietatib.) plane post vnionẽ cõuersam diceret:

fuere nonnulli viri ſancti, qui huic abhorrenti a doctrina veritatis ſectæ ſemet opponerent, præſertim hic Flauianus & Theodoretus, cuius hodieque præclara quædam ſcripta leguntur. Hanc ob cauſſam Theodoſius minor A. alteram Epheſi ſynodum indixit, in qua iudices armatis militibus ſepti, abominabilem Eutychis opinionem opera potiſſimum Dioſcori Alexandrini epiſcopi, ſæui hominis, confirmarunt: Flauiano recte ſentienti, ex conſeſſu eiecto, calces impegerunt; ea quidem vi, vt triduo poſt extingueretur; Theodoreto, & Euſebio, munus inſpectionis eccleſiarum ademerunt; ſic egerunt omnia denique, vt huic ſynodo nomen a latrociniis inderetur. Nec eo contenti, Eudociæ Auguſtæ opera Theodoſio, ceteroqui bono principi, perſuadent: vt promulgato edicto, Flauiani iam extincti cauſſam, cum Euſebio Theodoretoque ſuperſtitibus, damnaret. Huius edicti Theodoſiani mentio fit in extrema conſtitutione Marciani, modo expoſita; qua quidem & abrogatur. Ex eadem & in fine, quod deerat menſis nomen, adiici poteſt. Scribendum enim, *Pridie nonas Iulias*. Itidem nomen *Aſporatii* tam heic, quam in factis conſularibus, mutandum in nomen *Sphoracii*; quemadmodum & apud Theodoretum id, quodam in prooemio librorum eius, ſcriptum legere memini. Denique lector conſideret obiter, quo modo tractauerit veterum principum conſtitutiones Tribunianus ille noſter; reciſis interdum neceſſariis, & quibuſdam de ſuo viciſſim adiectis. vt quum heic ſcripſit; *Aboleatur Eutychetis damnoſa memoria*. quod integra conſtitutio non habet. Itidem in fine l. 4. ſup. de ſum. trinit. poſt clericos &

cos & milites, ceteros in genere dicit imperator & vrbe pellendos, & competenter puniendos. At heic Tribunianus liberos homines vrbe vult exigi, pœnisque competentibus subiugari: seruos autem seuerissimis animaduersionibus plecti.

Equidem Michaëlis Proconsulis, (αἰθυπατος enim vocatur) Attaliatæ, compendium vel epitomen iuris habeo, quod se iussu Michaëlis Ducæ Imperatoris, anno imperii eiusdem tertio, collegisse præfatur. In eo compendio verba quædam ante legem 30. C. de episc. & cleric. reperta, prioribus in notis meis posui; quod existimarem ea forrasse legis alicuius, quæ integra periisset, esse breuem epitomen. Sed quum libros Græcorum legem eiusmodi nusquam hoc loco desiderare videam, & epitomes ipsa sententia contineatur in capite XI, nouellæ CXXIII, nonnullis etiam plenius expositis: libenter heic significare lectoribus volui, me verbum illud vetus περὶ δευτέρων φροντίδων, ὡς ἀμεινόνων, verum adgnoscere. Decepit autem hoc, quod e Nouellis petita Græci non immiscere constitutionibus Codicis, sed vltimo post eas loco ponere soleant. CLVI.

In l. 31. C. de episc. & cleric. pro, *Magistrum census*, Græci tam Basilicorum, quam paratitlorum auctores, legunt *Censuum*, τῶν κλώσων. neque dumtaxat vno id occurrit loco, sed pluribus. Ibidem post illa verba, *Vt precia eorum, quæ exinde colliguntur, ab eisdem personis custodiantur:* hæc subiiciunt, *Vel alias res pro eis emant.* ἢ ἕτερα πράγματα αἰτ' ἐκείνων ἀγοράζειν, subauditur τοὺς ὀρφανοτρόφους θεσπίζομεν. Denique dictæ legis hæc verba, *Vt minime ratiociniis tutelaribus seu curationibus obnoxii sint:* CLVII.

haud dubie rectius apud Græcos legũtur, qui tam in Basilicis, quam libro paratitlorum verterunt, ἐπιτροπικοῖς ἢ κουρατωρικοῖς λογισμοῖς. quibus ex verbis colligere licet, eos ita legisse: *Vt minime ratiociniis tutelaribus seu curatoriis obnoxii sint.*

CLVIII. Epitome legis 11. C. de hæretic. hæc ab aliis traditur: ὁπουδήποτε οἱ μανιχαῖοι εὑρισκόμενοι, κεφαλικῶς τιμωροῦνται: hoc est; *Manichæi vbicumque locorum inueniantur, capite puniuntur.* At Ecloga siue synopsis nostra paulo concinniorem habet, his verbis: ὁ μανιχαῖος ἐν ῥωμαϊκῷ τόπῳ διάγων ὀφθεὶς, ἀποτεμνέσθω: id est; *Manichæo, qui conspectus fuerit in loco Romano degere, caput amputator.* Restrictius scilicet heic & loca prohibita Manichæis, & supplicii genus, indicantur. Quid enim hæc ad Manichęos in Persia degentes, extra solum & iurisdictionem Romanam? Ea certe regio numquam Romani iuris vere fuit, aut in potestate populi Rom. mansit: & plurimos semper Manichæos habuit, vti multis in locis historiæ, præsertim posteriores Græcorum hominum, Cedrini, Zonaræ, Glycæ, atque aliorum, testantur.

CLIX. Epitomen legis 15. C. eod. supra posuimus, libro primo Notatorum, ex Paratitlis nostris. In ecloga Basilicorum hæc exstat: οἱ μανιχαῖοι παῖδας μὴ ἔχοντες ὀρθοδόξους, ἐπ' αὐτοὺς τοὺς μόνους ἐξ ἀδιαθέτου παραπεμπέσθωσαν. μηδενὶ δὲ ἑτέρῳ, & cet. Sic enim recitatur ab aliis. Sed vitium scripturæ manifestum est in verbo παραπεμπέσθωσαν, pro quo scribendum παραπεμπέτωσαν. Deinde nemo non aliquid deesse animaduertit. nostrum quidẽ exemplum hac in parte nobis succurrit, in quo scriptum est, παραπεμπέτωσαν τὴν οὐσίαν: hoc est; *facultates siue patrimonium transmittant.*

Quum

Quum in l. 7. C. de precib. imp. offer. dicitur, rescripta contra ius elicita debere a iudicibus refutari, nisi forte sit aliquid, quod non lædat alium, & prosit petenti, *vel crimen supplicantibus indulgeat:* quæri video, quomodo postremum hoc sit accipiendum, quod aiunt imperatores, de crimine supplicantibus indulgendo. Nam aliqui pœnam criminis, alii aliud intelligunt. Ego Græcos alia verba reddidisse depræhendo, quum ita vertant: ἢ ἄνευ ἐγκλήματος χαρίζεται συγχώρησιν: hoc est; *Vel sine crimine concedat indulgentiam.* Verum an eorum in libris scriptum fuerit, *Vel citra crimen supplicantibus indulgeat:* an alia fuerit lectio, dicere non possum. Ipsa quidem Græcæ lectionis sententia quo spectet, quum non obscurum sit; explicari pluribus a nobis hoc sane loco non debet. CLX.

Post legē 5. C. de offic. præf. prætor. Orien. notatur in manuscriptis quibusdā libris, Grēcam quamdam constitutionē deesse. Eius ego antehac arbitrabar epitomē verbis cōtineri, quę in Basilicorum ecloga legūtur huiusmodi: οἱ ἔπαρχοι προκαθεζέσθωσαν ὅλων, καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ συγκλητικοί: h. e. *Præfectorum prima sit ante vniuersos sedes, & post eos senatorum:* Ac speciē ea quidē opinio quamdā habere mihi tū videbatur. Sed quū ex illo tempore diligentius intuēs verba nouellę LXII, cuius epitomē a Iuliano antecessore traditā legimus, hęc ipsa ibidē repererim; *Vrbicaria præfectura omnib. aliis præsideat dignitatibus,* & quę sequūtur: libēter heic quoq; sententiā mutarim, ne quis temere me rixari dicat. Id vnū adhuc me mouet, quod indicato loco Basilicorū ecloga περὶ ἐπάρχων sine de præfectis in genere loquitur: quū in nouella Iustinianea Præfecturæ nominatim vrbicariæ mentio fiat. CLXII.

CLXII. Addatur heic etiam alia quædam animaduersio, quæ ad hunc locum proprie pertinet. De Præfecto vrbi peculiaris est in ecloga titulus, quo continetur etiam lex 3. C. de offic. præf. vrb. Ea vero lex eminentiam præfecto vrbi supra cunctas alias potestates vrbanas tribuit, perinde ac nouella quoque iam exposita facit. Quidnam inde colligi pro indicatis paulo ante possit, per se quilibet intelligit. Heic certe τὰ βασιλικὰ, non vt istic nude τὴν ἐπαρχότητα, sed ἐπαρχότητα τῆς πόλεως adpellant: quod ideo quoque notandum venit, quia prima dictæ l. 3. verba hæc, *Præfectura vrbis cunctis*, &c. Contius exemplarium quorumdam auctoritate sic mutanda putauit; vt, *Præfectus vrbis cunctis*, &c. contra Græcorum, atque receptam scripturam, legatur. Sed quod subiicit, pro, *Antecellat dignitatibus*; in aliis reperiri, *Antecellat potestatibus*; in eo cum Græcis consentire propius videtur, qui ἀρχὰς reddidere, quæ potestates potius sunt, quam dignitates.

CLXIII. Antonius Augustinus, doctissimus antistes, cum aliis fatetur, in tit. C. de adsess. inter l. 12. & 13. vti nostris in exemplaribus numerantur, ponendam legem Zenonianam, cuius mentio fit in nouella LX. Et quidem illius ex dicta nouella quoddam velut argumentum colligit. Sed elegantior est eiusdem legis epitome, quæ nostra in synopsi Basilicorum exstat huiusmodi: Μηδέποτε χωρὶς τῶν ἀρχόντων οἱ σύμπονοι δικαζέτωσαν, τὰ ἐκείνων τιθέντες ὀνόματα: hoc est; *Numquam sine iudicibus siue magistratibus consiliarii vel adsessores, eorum nomina ponentes, ius dicant.* Eam certe legem non dubium est huc pertinere, quum in Basilicis lex alia verbis hisce

hisce subiiciatur, quæ in codice decima & tertia est.

In l. 19. C. de transact. quum dicitur, *Decisionem litis extorsisse probetur*: Græci vocem ἀντίδικος adiiciunt, ac si legendum sit: *Decisionem litis aduersarius extorsisse probetur*. Paulo post, intra constitutum tempus, more suo declarant expressius aliis ex locis iuris nostri, εἴσω ἐνιαυτῶν δύο, intra biennium. CLXIV.

In l. 41. C. eod. legimus, *Qui nomina nostra placitis inserentes*, & cet. Frequens hic error est librariorum, *nomina* pro *numina* scribentium. Nam Græci hæc ita vertunt: οἵτινες τὴν ἡμετέραν θειότητα τοῖς συμφώνοις ἐνθέντες. *Qui numen nostrum pactis inserentes.* Et singulari numero sunt vsi, respicientes ad vnum auctorem legis Arcadium: (nam data Constantinopoli legitur, de quo constat, ab Arcadio latam, licet ex more nomen Honorii esset additum) nostri numero plurium, ad inscriptionem directis oculis. CLXV.

In l. 5. C. de postul. non *tertiæ partis*, vt in nonnullis est, sed *certæ* cum Græcis legendum, qui vertere ῥητῷ τῆς δίκης μοίραν. Addamus & hoc obiter, tam subscriptionem legis septimæ, quam octauæ, C. de aduoc. diuers. iudic. vitiatam esse. Nam vtraque data fuisse scribitur, *Iustiniano & Opilione* CONSS. Hoc cum Fastis consularibus pugnat, qui Fl. Opilionem nō Iustiniano, sed ipsi Iustino Aug. in eius secundo consulatu adiungunt. Itaque scribendum vtroque loco pro Iustiniano, *Iustino A. II. & Opilione* CONSS. CLXVI.

In l. 6. C de procurat. quod dicitur, reum criminis ante purgationem non posse suscipere *defensionem caussæ*: Græci reddunt, δίκης ἀπολογίας, *defensio-* CLXVII.

nem caussa aliena. Iidem in l. 1. C. ne lic. potent. quum statuitur, vt in potentiores patrocinia suscipientes, seuera sententia prouinciarum rectores vindicent: liberius & expressius hoc interpretati sunt his verbis: τὸν δεχόμενον εἰς προστασίαν τινὰ, κἂν συγκλητικός ἐστιν, ἔξω τῶν διατεταγμένων τιμωρεῖται: hoc est; *lex eum, qui aliquem in patrocinium accipit, tametsi senator sit, extra ordinem punit.* Titulo seq. De his qui potent. nom. adficere nota publicæ sententiæ, Græci exponunt adficere ἀτιμίᾳ, id est, *infamia.* Quid ibidem sit, adficere plumbo, declarant eleganter hisce verbis: τῆς τιμωρίας τὸ εἶδος, ἵνα μολίβδῳ πανταχόθεν περισφιγγόμενος, τουτέστι κλοιοφορῶν, ἢ πλουμβατιζόμενος, διηνεκῶς εἰς τὸ μέταλλον ἐκπέμπηται. *Pœnæ species est,* inquiunt, *vt quis vndique plumbo constrictus, hoc est, boias gestans, siue plumbatus, in metallum perpetuo deportetur.*

CLXIIX. In l. 7. Cod. de his quæ vi metusve caus. quum dicitur, *Vel cuiuscumque alterius contractus obligationis confectum instrumentum*; Græci monstrant deesse particulam διαζευκτικὴν, quum verterint; συναλλάγματος ἢ ἐνοχῆς. Ergo harum alterutram lectionem habuerunt: siue, *Contractus vel obligationis*: siue, *Contractus aut obligationis.*

CLXIX. In l. 6. C. de dol. mal. dicitur, *Dolum ex indiciis perspicuis probari conuenit.* Heic Græci legerunt, *Ex insidiis perspicuis*: ἀπὸ ἐπιβουλῶν. quod sane congruit cum l. 8. C. de rescind. vend. Adiiciunt autem Græci, οὐ δεῖ γὰρ ἀπὸ ψιλῆς οἱασδήποτε ὑπονοίας ὁρίζεσθαι τὴν περὶ δόλου: id est; *Nec enim ex quacumque nuda suspicione actionem de dolo definiri oportet.* Itidem in l. 3. C. si min. se maior. non legendum est, *Ex instrumentorum probatione*: sed, *Ex instrumen-*

instrumentorum prolatione. sic enim Græci: συμβολαίων προφερομένων. nam φέρεσθαι non est probari, sed adferri, vel proferri.

Legem 12. Cod. de iudic. ex synopsi Basilicorum quidam ante nos protulit, sed corruptam. Sic autem repurgetur: πάντες οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ θεῖοι δικασταὶ συντόμως τὰς δίκας † τεμνέσθω. * καὶ εἴς τῶν δικαζομένων πολλάκις τῷ προσφόρῳ δικαστῇ προσελθὼν † μηδὲ ἀναγκαίαν αἰτίαν ὑπερτεθείη, * προσείτω τῷ βασιλεῖ, τὴν ἐκεῖθεν ἀναμένων βοήθειαν. Neque recte Contius hæc interpretatus est his verbis: *Nec aliquis litigatorum frequenter competentem iudicem adiens, non necessariam dilationem obtineat. adeat autem ille principem*, & cetera. Nam ita vertere debuit: *Omnes magistratus & sacri iudices compendiaria via lites decidant, & si quis litigantium sæpius adito iudice competenti, nullam ob necessariam caussam diuturnis dilationibus vexatus fuerit: principem accedat, & eius opem exspectet.*

CLXX. † τεμνέτωσαν. * καὶ εἴ τις. † μὴ δι'. * προσίτω.

Legis Zenonianæ, de præcipientibus diem solutioni constitutum, mentio fit in l. 2. Cod. de plus petit. Item in §. sed hæc quidem. Institut. de actionib. & §. hodie autem. de except. eod. Ea lex esse debebat prima d. t. Cod. de plus petit. quæ quum eo loco non exstet, libet hanc eius epitomen ex Basilicis nostris restituere: πᾶς τῶν ἐναγόντων, καὶ ἄῤῥενες καὶ γυναῖκες, πρὸ τῆς ὡρισμένης προθεσμίας τῶν χρεῶν ἐνάγοντες, καὶ κατὰ τοῦτο τὸν ἐναγόμενον βλάπτοντες, ἄλλον τοσοῦτον περιμενέτωσαν χρόνον, μηδένα τόκον ἐν τῷ μέσῳ λαμβάνοντες, ὅσον αὐτοὶ προφθάσαι τὴν προθεσμίαν ἐπεχείρησαν. καὶ χρόνου δὲ παρατρέχοντος μὴ ἄλλως ἐναγέτωσαν, εἰ μὴ τὰ δαπανήματα τῆς προτέρας εἰσόδου, τὰ ὑπὲρ τῆς μεθο-

CLXXI.

δίκας συμβαίῃ, τῷ αἰτιδίκῳ καταβάλλωσιν: hoc est; *Omnes qui agunt, tam viri, quam fœminæ, si ante definitum debitus diem petierint, & hoc ipso damnum reo dederint: alterum tantum temporis exspectent, vsuras interea nullas accipientes, quanto ipsi præstitutum tempus anticipare conati sunt. Quod si etiam tempus hoc præterlabatur, aliter litem non instituant, nisi sumtus primæ aditionis, in litem factos, aduersario refuderint.*

CLXXII. In l. 1. C. vbi in rem act. exerc. deb. non legerunt Græci, *Nec enim iurisdictionis forma:* sed, *Nec etiam iurisdictionis forma*, & cet. Quodque tamdem exprimitur, *formam iurisdictionis non debere immutari:* explicant, τὸ δικαστήριον ὑπερτίθεσθαι. quod est, differri iudicium non debere. In lege vero 26. C. de inoffic. testam. pro tribus vnciis, τετράουγκιον vel quatuor vncias posuerunt.

CLXXIII. Quum in l. 2. C. de seruitut. dicitur, *Quod si ante id spatium eius vsus tibi interdictus est*, & cet. Græci temporis hoc spatium triennio definiunt, quum vertant, ἐπὶ τριετῆ χρόνον. Sic etiam in l. vlt. inf. fin. regund. *non longi temporis præscriptionem* exponunt τριετίας ἢ δεκαετίας: & cōsimili quadam ratione verba legis 4. inf. de condict. indeb. de iis, *quæ per inficiationem in lite crescunt:* ipsi τὰ διπλασιαζόμενα explicant, hoc est, *quæ per inficiationem duplantur*. Supra quoque monui, frequens hoc Græcis esse. Iidem hæc verba, quæ sunt in princ. l. 9. inf. de condict. ob cauſ. dat. *Indebitum solutum sciens, non recte repetit:* ita verterunt, ac si legissent, *Indebitum qui soluit sciens*. his enim illa Græca respondent, ὁ ἐν εἰδήσει καταβαλών.

CLXXIIII. Post legem 11. C. de test. hanc in ecloga nostra Basili-

Basilicorum legem Græci proximam faciunt, quæ hactenus in editis desideratur. ὁ τὰ ψευδῆ μαρτυρήσας, πρότερον μὲν ἐπιορκεῖν, δεύτερον δὲ καὶ ὡς πλαστογράφος ἐνάγεται. καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ καιρῷ τῆς μαρτυρίας ὑπονοηθεὶς ψεύδεσθαι, βασάνοις ὑπόκειται. εἰ δὲ βουληθείη ὁ ἐκ τῆς ψευδοῦς μαρτυρίας καταδικασθεὶς, πολιτικῶς κινῆσαι κατὰ τοῦ μαρτυρήσαντος, λήψεται παρ' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ὑπέστη ζημίαν, πρὸς τῷ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένην τιμωρίαν ὑφίστασθαι. εἰ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρωτοτύπῳ δίκῃ ψευσάμενος ἐλεγχθείη, ἔργον ἔστω τοῦ δικάζοντος ἢ εἰς πᾶσαν τὴν ἐπιφερομένην ἐκείνῳ, καθ' οὗ ἐμαρτύρησε, δίκην καταδικάζειν αὐτὸν, ἢ εἰς ἔλαττον. ἢ καὶ τιμωρίαις αὐτὸν ὑποβάλλειν, φυλαττομένων πάντων τῶν ἤδη νενομοθετημένων περὶ τῶν ψευδομαρτυρούντων: id est; *Qui falsa testatus fuerit, primum quidem de periurio, deinde falsi crimine conuenitur. Quod si eum in ipso testimonii tempore mentiri suspicio sit, tormentis subiicitur. Sin is, qui ex falso testimonio damnatus est, ciuiliter agere contra testem voluerit: quidquid damni fecit, ab eo recipiet; ac præterea falsus ille testis definitam legibus pœnam sustinebit. Quod si etiam in ipsa lite principali conuictus mendacij fuerit, officium iudicis esto, vt eum vel in totam litem, quæ illi mota est, contra quem testimonium dixit, vel in minus condemnet; vel etiam pœnis subiiciat; seruandis omnibus, quæ iam statuta sunt de his, qui falsum testimonium perhibent.*

Sequẽs lex C. d. t. Zenoniana est, cuius aliquam partem Contius ex libello protulit, qui μικρὸν κατὰ στοιχεῖον, vt ipse tradit, inscribitur. Ea pars in nostra quoque citatur ecloga. Sed notabile scholion est ad illa verba, πρὸς σύστασιν ἐπιτήδεια, quibus indicatur, σύστασιν intelligi τῆς συγγενείας, *propinquitatis vel natalium*. Vnde scopus totius constitutionis perspicitur. Addit autem nostra Basilicorum synopsis & CLXXV.

aliud caput, quod istic non exstat, verbis hisce: ἐπιφέρει δὲ καὶ ἕτερον κεφάλαιον ἡ διάταξις τοιοῦτον. ἐάν τις ἐν ὑπομνήμασι καὶ ἐν συμβολαίῳ προσμαρτυρήσῃ, ἀνάγκην ἐχέτω πᾶσι τρόποις, καὶ δίκης ἐπὶ τῷ πράγματι κινουμένης, μαρτυρῆσαι· κἂν ἕτερον φόρον ἐπιγράφηται. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο εἴποιμεν, βλάπτεται ὁ δεηθεὶς τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας: hoc est; *Subiicit & aliud tale caput hæc constitutio. Si quis in actis & instrumento testimonium perhibuerit, ei necesse sit omnibus modis, etiam lite de negotio mota testimonium dicere, quamuis præscriptione fori vtatur. Quippe ni hoc dicamus, damno adficitur is, qui eius testimonio indiguerit.* Ceterum quam dicto titulo Contius legem 14. fecit, in eius legis fine mendum est, quod propterea libuit indicare, quia præbuit interpreti occasionem halucinandi. Sic enim in editis: πᾶσι δὲ τὰς ἐπὶ τούτοις διαλαλιὰς καὶ τὰς προσαγωγὰς ἀζημίους εἶναι τοῖς μάρτυσιν. Id in hunc modum interpres; *Omnibus autem testibus sine damno & impendio suo vult factas de his interloquutiones & productiones procedere.* Tolle mendum, πάσας pro πᾶσι scribendo, & hanc veram loci sententiam habebis: *Omnes vero de his interloquutiones & productiones sine damno testium vult fieri debere.*

CLXXVI. Prolixam sane legem, quæ debet esse numero decimasexta, C. de fide instrum. ex synopsi nostra petito, de libro Basilicorum XXII, titulo I, capite LXXIII. Non possunt quidem certe referri hæc ad nouellæ XVIII caput VIII & IX. quæ capita libro sequenti Basilicorum ponuntur, & ab his diuersa statuunt. Facit & in fine mentionem legis, Comparationes, C. eod. quam νεαρὰν διάταξιν vocat, vt Iustinianeam. Hoc enim nomine non potest accipi §. si vero nihil. cap. 7. nouellæ 73. vbi

tamen ſimile quiddam de comparatione litterarum traditur. Etenim id non eſt noua conſtitutio, ſed exigua conſtitutionis particula.

CLXXVII. Aliam legem non paulo etiam prolixiorem, quę ad eumdem titulum Codicis pertinet, in eclogą noſtra reperies pagina 97. Eam ego legem collocandam puto inter XVIII & XIX. ſicuti libri editi leges haſce numerant: idque de Baſilicis colligi poſſe arbitror.

CLXXVIII. In fine legis vlt. C. ad S. C. Velleian. Græci legiſſe videntur, Omni auctoritate Velleiani ſenatuſconſulti *in hoc caſu* ceſſante. Vertunt enim θέματι, quam vocem Græci pro caſu ponere ſolent. noſtri hoc loco habent, *In hac cauſſa*. Sic in l. 1. §. Illud quoq. C. comm. de manumiſſ. *In præſenti caſu*, legitur: vbi tamen quidam reponunt, *In præſenti cauſſa*.

CLXXIX. In his verbis legis 4. C. de compenſat. *Quo ad concurrentes quantitates*: notant aliqui, pro *Concurrentes*, legi quibuſdam in libris, *Quoad concurrent quantitates*. Sed pro recepta lectione faciunt Græci, qui συγκροτούσας vertunt, idque declarant per ἐξισαζούσας: hoc eſt; *quantitates per exæquationem ſibi reſpondentes, ſiue pares.*

CLXXX. In tit. C. de vſuris lex deeſt, quæ debet eſſe numero XXIX. Eam noſtra ſynopſis exponit hiſce verbis: οἱ κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον καταβαλλόμενοι τόκοι, τῷ διπλῷ συμψηφίζονται· κἂν μὴ καθάπαξ ὑφ' ἓν καταβληθῶσιν: id eſt; *Vſuræ minutim & per interualla ſolutæ, cum duplo compenſantur: etiamſi non vniuerſæ ſimul ſolutæ fuerint*. Et per duplum intellige τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους, duplum ipſius debiti. Si tamen aliquis hæc ad Nouell. 138. referre malit, inani rixa non aduerſabor.

CLXXXI. Ibidem & vltima siue XXX lex videtur desiderari, cuius hæc est sententia: ἡ παροῦσα διάταξις δηλοῖ, ὅτι κατὰ μέρος καταβαλλόμενοι τόκοι, τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσιν. ὑπεξήρηται δὲ τὸ κείμενον ἐν τῇ ρξ νεαρᾷ περὶ τῶν τόκων τῶν πολιτικῶν χρημάτων: id est; *Præsens constitutio declarat, vsuras particulatim solutas, duplum debitæ sortis non excedere. Verum excipitur id, quod positum est in CLX nouella, de vsuris pecuniæ municipalis.* Qui aliud heic sentit, licet id, per me quidem, vt faciat.

CLXXXII. Post mentionem vini & olei non exportandi ad barbaros, l. 1. C. Quæ res export. non deb. *liquaminis* etiam nomen in genere subiicit, quod γάρον in specie Græci reddiderunt. de quo licet alius erit dicendi locus, tamen hoc alioqui notum arbitror indicandum: videri, liquaminis esse speciem ex pisce, vel quo pisces condiantur. Græci eius hoc loco meminerunt, & Basilicorum lib. 44. tit. 12. ex lege 3. D. de penu legat. Hinc & ὀξύγαρον factum, quod in glossario veteri exponitur *acetarium*.

CLXXXIII. Legis 16. C. de rescinden. vendit. hæc verba sunt: *Nec sub nomine subhastationis publicæ locus fraudibus relinquatur, vt possessionibus viliore precio distractis, plus exactor ex gratia, quam debitor ex precio consequatur.* Heic primum leuiusculum est, quod pro, *vt possessionibus*; Græci reponunt, *Et possessionibus*. Maius hoc, quod pro *Exactor*, ipsorum auctoritate legendum, *Emtor*. Vertunt enim, ὁ ἀγοραστής. Puto autem hoc vitium irrepsisse de scholio quodam, adiecto vocis, *Ex gratia*, declarandæ caussa. sic nimirum, vt supra vocabulum, *Ex gratia*; scriptũ fuerit, *Exactoris*. quod librarius in textum referendum ratus, pro *Emtore* substituerit. Id

ita

ita esse, per sequentia declaratur, quum dicitur: *Etenim periniquum est, ut alienis bonis sub gratiosa auctione distractis, parum accedat publico nomini, quum totum pereat debitori.* Nam vbi publicus exactor emtori fauet, tam fisco detrahitur, quod minus ex distractis redigatur; quam debitori sua pereunt. Idem error & in argumentum legis irrepsit, quod Baldo adscribitur. nam quum in eo legatur, *publicum exactorem debere res vendere gratiose, nec in subhastationibus fraudē committere:* si verum hoc legis argumentum esse debet, ita mutandum erit, vt scribatur; *Publicus exactor non debet res vendere gratiose.*

CLXXXIV. In lege 1. C. de peric. & commod. rei vend. si Græcis interpretibus fidem habere volumus, mēdum latet. Nam quod ibi dicitur: *Et ita, si ei denuntiatum est, ut caussa agenda adesset, & non absente emtore contra eum pronuntiatum est:* sic Græci verterunt: εἴγε καὶ παρήγγειλεν αὐτῷ ὁ ἀγοραστὴς ἐλθεῖν καὶ δικάζεσθαι, καὶ μὴ ἀπόντος αὐτοῦ ἡ καταδίκη γέγονεν: id est; *Et quidem ita, si ei* (venditori scilicet) *denuntiauit emtor, ut agenda caussa interesset, ac non ipso absente pronuntiatum est.* Quod aiunt, *Ipso absente*, dubio procul ad venditorem referunt. ideoque puto Latinis in exemplaribus nostris omnino pro, *Absente emtore*; reponendum, *Absente auctore.*

CLXXXV. In ecloga Basilicorum nostra post legem 4. C. vectigal. no. instit. non pos. recitatur alia lex eiusdem tituli, quæ in Codice non exstat. Eius hæc epitomatæ verba sunt: τῶν χρεωστούντων δημόσια, πάντα τὰ ὑπάρχοντα ὑπεύθυνά ἐστιν: hoc est; *Illorum qui publica siue fiscalia debent, omnia bona sunt obligata.*

CLXXXVI. In exaratis manu libris antiquis notatur, post

legem 32. C. de locat. & conduc. deesse legem Grę-cam. At in ecloga nostra lex vltima tituli huius recitatur, quæ in libris editis non exstat. Verba sunt Basilicorum huiusmodi: ἑκατέρῳ ἡ διάταξις ἐπιτρέπει, καὶ τῷ μισθώσαντι, καὶ τῷ μισθωσαμένῳ, ἐξεῖναι ἐντὸς ἐνιαυτοῦ λύειν τὴν μίσθωσιν, καὶ ἐν ἰταλίᾳ, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις· καὶ μηδὲ διδόναι πρόστιμον ὡς ἐκ παραβασίας. εἰ μὴ ἐν ἀρχῇ τοῦ συναλλάγματος ἀπετάξαντο ἰδικῶς τῷ τοιούτῳ συμφώνῳ, ἢ ἀγράφως ἀπεῖπον: id est; *Hac constitutio permittit vtrique, tam locatori, quam conductori, vt liceat intra annum conductionem soluere, tam in Italia, quam in omnibus prouinciis; ac ne pœnam quidem, velut ex transgressione, prastare: nisi contractus initio specialiter hanc legem repudiarint, aut citra scripturam ei renuntiarint.* Potest autem fieri, vt vel nostri, vel Græci legem transposuerint.

CLXXXVII. Vndecumq; tamdem hoc sumtum sit, (quippe mihi locus sane nullus succurrit) tamen Gręci post illa verba legis 2. C. de spõsalib. *Si is, qui puellam suis nuptiis pactus est, intra bienniũ exsequi nuptias, in eadẽ prouincia degẽs, superſederit:* hęc vlterius adiiciũt, *Sin extra, triennium.* Videntur certe quodã ex iure posteriori hoc voluisse legi expositæ inserere.

CLXXXVIII. Vltima lex C. d. t. de sponsalib. apud nos desideratur, & quidem eo loco vidit Accursius quoq; legem aliquam deesse, dum in rubrica vocabulum *Proxenetica* declarans, subiicit; *de hoc in nigro nihil reperiri.* Sunt autem pleniora, quæ exstant in synopsi nostra, quam quæ apud Harmenopulũ, & rursum nostris integriora, quæ Cuiacius obseruationum libro XI, capite XIIX tradidit.

CLXXXIX. In lege 1. sub fin. C. de donat. ante nupt. *Nihil actum est donatione,* legitur. Gręci vertunt, ἐπιδόσεως

περιλ-

προςελθούσης. de quo colligi poteſt, eos in libris ſuis inueniſſe, *Nihil auctum eſt donatione*. Quas autem perſonas legi 26. C. de nupt. iidem inſerant, quære in titulo Synopſis Baſilicorum noſtræ, *De prohibitis nuptiis*. Eaſdem & auctores iuris canonici Græcorum, vt Matthæus Monachus, & alii, hoc loco recenſent. & videntur hæc ex poſterioris alicuius imperatoris conſtitutione manaſſe.

CXC. In l. 2. C. ne fideiuſſ. vel mandat. dot. dent, duplex mendum eſt, in vno vocabulo commiſſum. Nam pro his verbis, *Vel a marito, vel a patre eius*; legendum, *Vel a parte eius*. & rurſum paulo poſt, *Suamque dotem patri mariti credendam exiſtimauit*; legendum, *parti mariti*. Sic enim Græci, qui vtrobique μέρος interpretantur.

CXCI. Corrupta nonnihil eſt lex 4. C. de ſeru. fugit. Eã quo modo Græci reddiderint, vbi oſtẽdero; deinde meã emendationis rationẽ ſubiiciam. Sic igitur illi: ὁ τὸν φυγάδα ὑποδεξάμενος, ἀποδίδωσιν αὐτὸν μετὰ ἑτέρου ὁμοίου αὐτῷ, ἢ κʹ νομίσματα. εἰ δὲ ὑπεδέξατο αὐτὸν μετὰ ἄλλων δύο ἢ τριῶν οἰκετῶν, ἀναδιδότω αὐτὸν, καὶ ἄλλους δύο ἢ τρεῖς δούλους, ἤτοι μʹ ἢ ξʹ νομίσματα. Quib. ex verbis equidẽ colligo, pro *Vel viginti ſolidis reddat*; legendũ, *Vel viginti ſolidos reddat*. quamquam prior quoque lectio locum habere poteſt. Sed poſtea neceſſario pro hiſce verbis, *Si vero ſecundo vel tertio eum ſuſceperit*: aut reponendum, *Si vero cum ſecundo vel tertio eum ſuſceperit*: aut, *Si vero ſecundo vel tertio comitatum ſuſceperit*. quorum prius interpretationi Græcæ quam proxime reſpondet.

CXCII. In l. 18. D. de furt. & ſer. corrup. quum dicitur, *Præter pœnam olim ſtatutã*: Græci hoc declarantes, iſtęc verba ſubiiciũt: δηλονότι, ἵνα τῷ δημοσίῳ τόδε παρέχῃ.

ὅσον τῷ ἀνάγοντι. quibus ſignificatur, olim ſtatuta pœna contineri, vt qui ex naufragio vel incendio ceperit, etiam fiſco tantumdem præſtet, quantum actori. quod ſane non inelegans eſſe videtur.

CXCIII. Lex 4. C. de bon. libert. in libris editis hactenus deſideratur. Eius aliquot capita variis ex locis A. Contius collegit, in quibus hoc etiam capiti tertio inſertum legitur: ὁ κλέψας ἀλλότρια πράγματα, καὶ διὰ τῶν τοιούτων κλοπιμαίων πραγμάτων I I συναγαγὼν, καὶ δοὺς ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἐλευθερίας, ἐλευθεροῦται. ὁ δὲ I I κλέψας, οὐ δύναται δοῦναι ταῦτα καὶ ἐλευθερωθῆναι, ἀλλὰ δοῦλος μένει, καὶ τούτων ἀφαιρουμένων ἀπ' αὐτοῦ. quorum verborum hæc eſt ſecundum Contium ſententia: *Qui res alienas furatus eſt, & ex earum diſtractione decem (puta) redegit, eaque dedit pro ſua libertate, liber fit. Qui vero decem furatus eſt, non poteſt ipſa dare, & liber fieri: ſed ſeruus manet, etiam iiſdem decem ei ablatis*. Quibus in verbis I I συναγαγὼν, itemq; ὁ I I κλέψας, legere debebat, νομίσματα συναγαγὼν, &, ὁ νομίσματα κλέψας. atque ita vertere; *Qui res alienas furatus eſt, & ex eiuſmodi furtiuis rebus nummos ſiue pecuniam redegit, eoſque nummos dedit pro ſua libertate, liber fit. Qui vero nummos furatus eſt, non poteſt eos dare, & liber fieri: ſed manet ſeruus, ita quidem, vt ei nummi quoque adimantur.* Vnde non leuis error Contii adparet, ex Græcarum litterarum ignoratione profectus.

CXCIIII. Particulas quaſdam conſtitutionis quartæ C. de bon. libertor. tibi ſuppeditat ecloga noſtra Baſilicorum pagina 425. & 426. Nam ea lex, vti diximus, alioqui periit. Recitat ibidem ex Harmenopulo Contius hæc verba: ὁ ἀπαρνόητος, ἐλευθεροῦται. quæ quidem ad caput 4. dictæ legis Iuſtinianeæ,

quæ

quæ amissa est, refert. Atqui pertinent hæc ad l. 2. D. qui sine manumiss. Itidem quæ ad caput 6. ibidem retculit, sumta sunt ex lege 6. & 7. C. qui milit. poss. Hæc ita prorsus esse, de Basilicis paret.

CXCV. In l. 3. C. de obseq. patron. præst. quum dicitur, *Etiam qui pactione data a dominis manumittuntur, mero iure omne eis obsequium debent*: priora verba Græci reddiderunt, παρέχοντες χρήματα. Quapropter legisse videntur, *Qui pecunia data a dominis manumittuntur*. Et simile quiddã, ipsa quod attinet verba, dici videtur in l. qui nummis. D. de in rem verso.

CXCVI. In lege 2. C. de libert. & eor. liber. non dubium est hærere mendum, in his verbis: *Si manumissus ingratus circa patronum suum exstiterit, & quadam iactantia vel contumacia ceruicem aduersus eum erexerit, aut leuis offensæ contraxerit culpam*, & cet. Nam & glossatores veteres mire se torquent, vt lectionem vsitatam defendant. Ego Græcos sequendos arbitror, qui pro *Leuis offensæ*, reposuerunt δικαίας, hoc est, *Iustæ offensæ*. Scribendum vero putem, ex illorum auctoritate; *Ceruicem aduersus eum erexerit, & haut leuis offensæ contraxerit culpam*. quam restitutionem probaturos eruditos spero. similitudo quidem inter & voculam, ac *haut*, (ita pro *haud*, priscis erat in more scribere) præbuit occasionem calligraphis alterius omittẽdæ. Correctio quidem hæc accommodatior est, quam illa nostra prior, *Aut non leuis offensæ*.

CXCVII. In l. 9. C. qui testam. fac. poss. dicitur, testamentum hominis, qui in ipso actu testamenti aduersa valetudine tentus sit, pro nihilo esse. Heic Græci pro verbis hisce, *In ipso actu testamenti*; legisse videntur, *In ipso actu testandi*. Sic enim vertunt, ἐν αὐτῷ τῷ διατιθέναι.

cxcviii. Monuimus aliquoties, solere Græcos ex legibus posterioribus in ipso contextu quædam vel corrigere vel mutare. Huius eorum moris heic exempla subiiciuntor. Sub initium legis 8. hac consultissima. C. d. t. mentio fit septem testium. Græci addunt ἢ πέντε, *Septem vel quinque*. Rursus in l. 27. C. de testam. trium fit testium mentio. Græci vero ponunt ἑπτὰ ἢ πέντε, *septem vel quinque*. Itidem in l. 2. C. de instit. & substit. mentio fit consobrini, siue filii sororis. Heic Græci longe remotiorem gradum ponunt in Basilicis. Vertunt enim τρισεξάδελφον, quum consobrini sint ἐξάδελφοι, quos sequuntur δισεξάδελφοι, ac deinde τρισεξάδελφοι. Vnde diuersitas hęc? nisi quod de constitutionibus principum posteriorum, & de synodorum decretis, quotquot auctoritate principum vim legum obtinuerunt, hæc eis ita mutare libuit?

cxcix. In l. 22. §. Quum igitur hereditas. C. de iu. deliber. si Græcos sequi volumus, in hisce verbis, *Similique modo si non titubante animo*, & cet. Voculam negantem veluti superuacaneam expungemus. Non enim ante σκαζούσῃ διανοίᾳ vllam posuere negationem. Ibidem paulo post pro, *Nec alio circuitu exspectando*, legemus *Spectando*. Vertunt enim, σκοπουμένης.

cc. In tit. C. si quis aliq. testari prohib. lex 4. vel vltima desideratur, sic de Basilicis restituenda: ἐάν τις κωλύσῃ τινὰ διαθέσθαι, ἢ ἀρξάμενον αὐτὸν διατίθεσθαι κωλύσῃ πληρῶσαι τὴν διαθήκην, κατέχεται μὲν καὶ τῷ ζημιωθέντι προφάσει τῆς κωλύσεως· καὶ εἴ τι δὲ ἄλλο πλεονεκτεύσει, δημεύεται· καὶ αὐτὸς ἐξορίζεται: h. e. *Si quis aliquem testari prohibuerit, vel quum testari cœpisset, testamentum prohibuerit perficere: tenetur quidem & læso, ex caussa prohibitionis; si quid*

si quid autem superfuerit, fisco adplicatur; & ipse relegatur. Tollendum obiter etiam leue scripturæ vitium ex l.3.d.t. quod tamen in vtramque Contianam editionem, tam Parisinam, quam Lugdunensem, irrepsit. Non enim scribendum, *Prouocare martiali sermone; sed, Maritali sermone.* quod & cum glossa ibidem couenit.

In l.4.§.Melius itaque. C.de verb. & rer. signif. putauit Alciatus, pro vocabulo Græco παραδιάζευξις, quod ibi reperitur, ponendum συνάφεια. Refutant hoc alii de scriptura librorum veterum. Mihi satis esto, scripturā vsitatam confirmare per Græcorū lectionē, qui verterunt, μᾶλλον ἐὰν παραδιάζευξις. ccI.

In princ.l.1. C.Si omiss.sit caus.testam. pro *legatorū*, Græci ponūt, *In fraudem legatariorū.* Iidem in princ.l.2.C.de fideicom. in his verbis, *Si inutiliter fideicōmissum relictū sit*, pro fideicōmisso ponūt ληγάτον. atq; idē hoc faciunt etiā in l.22.C.eod. In lege vero 30.d.t. hæc verba, Nō tantum filiū heredē instituēs, *sed etiā filiā, vel ab initio nepotē, vel neptē*, &c. sic transponūt, vt recte (meo quidē iudicio) legant: *Sed etiam filiam ab initio, vel nepotē, vel neptem*, &c. ccII.

In fine legis 5.C.ad S.C.Orfit. pro, *Nulla dubitatio est*; Græci legunt *Nulla inuidia est.* nam φθόνος vertūt. Iidem hæc verba legis 3. C.de bon. matern. *Et præmium delatæ emancipationis quum volet accipiet:* ita exprimunt, τὸ ἥμισυ μέρος τῆς περιουσίας αὐτοῦ ἐξ αὐτῶν ἐλευθερίας παρακατέχει: hoc est; *dimidiam partem adquisitæ sibi per eos substantiæ retinet.* ccIII.

In l.6.C.de bon. quæ liberis in potest. Græci hęc verba, *Sed ab aliis quibuscumq; caussis quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus suis ad eum perueniant, eas suis parentibus*, & cetera. sic interpretati sunt, vt ccIIII.

Ea suis parentibus, legendum sit. & quonam illud τῶ̃ referendum, facile perspicitur: quum *Eas* necesse sit respondere *Caussis*, sensu loci peruerso.

CCV. In l. vnic. C. de S. C. Claudiano toll. quum bis Græci verbis vtantur, εὐλαβητέον ἐστὶν: haud dubie intelligitur, eos non legisse, *In adscripticio adserendum est*; sed, *In adscripticio verendum est*. Confer legem vltimam C. de agric. & cens. Nam istic eadem verba repetuntur, sed ita, vti Græcos scripsisse dixi.

CCVI. Rursus exempla duo proferam, vbi videntur ex posterioribus emendasse Græci iura priora. In l. vn. C. de vsucap. transform. dicitur, *Vt si quis alienam rem mobilem, per continuum triennium detinuerit*. Heic Græci διὰ τετραετίας scribunt, id est, *per quadriennium*. Itidem in l. 34. C. de donat. non procul a principio, *trecentorum* solidorum fit mentio. Heic Græci *quingentos* reponunt.

CCVII. In l. 3. C. in quib. cauf. cess. long. temp. præscr. postquam hæc Græci verba exposuerunt, *Quum neque familiæ erciscundæ iudicium, neque communi diuidundo actio excludatur longi temporis præscriptione*: subiiciunt statim, τῇ τριακονταετεῖ δὲ μόνῃ ἀποκλείονται: hoc est; *triginta dumtaxat annorum spatio excluduntur*. quod quidem ex aliis huc relatum est legibus.

CCVIII. In l. 3. C. de præscript. XXX vel XL annor. quum dicitur, *Viuendi vlterius non habeant facultatem*: (loquitur autem lex de actionibus) rectissime notatur a quibusdam, pro *Viuendi* nonnullis in libris scriptum esse *Mouendi*. Nam ita Græci quoque reddiderunt, τῷ ζητεῖν περαιτέρω μὴ ἐχέτωσαν εὐχέρειαν. Nec Cuiacio succensemus, qui *Viuendi* verbum

verbum defendit per aliam Basilicorum lectionem, τῷ ζῶν πραιτώρι, quam suis in libris reperit. Varietas ipsa lectionum & vtilitatem adfert, & voluptatem.

In l. vlt. C. eod. pro his verbis, Vel alios quoscumque casus, *(quum sortes humanæ multæ sint)* qui nec dici, & cet. Græci legerunt hoc modo: Vel alios quoscumq; casus, *(quum sortis humanæ multi sint)* qui nec dici, & cet. Subauditur autem his verbis, *Multi sint*, videlicet casus. sicut & apud Græcos, ὁπότε τῆς ἀνθρωπίνης κλήρου πολλαί εἰσι, scilicet περιστάσεις, quod præcessit. Ibidem paulo ante pro verbo *Perducebant*, Græci repetere scriptum, *Producebant:* quum per προάγειν interpretati sint. Rursum post superius citata verba sequitur: *Merito quidem sine remedio ante lugebant.* Legendum ex auctoritate Græcorum: *Merito quidem, sine remedio autem lugebant.* Sic enim illi, ἀξίως μὲν, πλὴν χωρὶς θεραπείας ἐπένθουν. — CCIX.

In l. 1. §. ad hæc. C. de annal. except. Ital. quum dicitur, Iubemus omnes *personales actiones*, & cet. Græcos aliam lectioné sequutos constat, qui reddiderint προσκαίρους ἀγωγάς, quæ sunt *actiones temporales.* — CCX.

In l. 2. §. Quod si ita contigerit. C. de temp. & reparat. hæc verba: *Tunc intra trium aliorum mensium spatium a nostro numine reparationem peti præcipimus: qua petita, nec aduersarium*, & cet. hæc ergo sic Græci verterunt, atque si scriptum in eorum libris fuerit; *Reparationem peti præcipimus: qua potito, nec aduersarium*, & cet. Nam hæc Græca, τῆς δοθείσης αὐτοῖς τῆς ἀνανεώσεως: id est; *qua illi reparatione concessa*; plane non quadrant ad illud, *Qua peti-* — CCXI.

ta: sed potius ad hoc alterum, quod indicauimus.

CCXII. Hæc vltima verba legis 13. siue vlt. C. de ædific. priuat. *Ceteris videlicet omnibus, quæ non per Zenonianam legem innouata sunt, sed veteribus legibus comprehensa, in sua firmitate manentibus:* in Basilicis expressius in hunc modum Græci declarauerunt: πλὴν τῆς ἀποψεως τῆς θαλάσσης. ἐκείνη γὰρ ἐν μόνη κωνσταντινουπόλει, ἐν τῇ ταύτης περιοικίδι κρατεῖ: id est; *Excepto maris prospectu. Nam is Constantinopoli dumtaxat, & in eius continentibus locum habet.*

CCXIII. In principio legis 3. C. de temp. & reparat. quum Iustinianus ait, *Nemo arbitretur in posterum licentiam futuram consultationibus vltra statuti temporis viuendi spatia:* vix dubito, pro *Viuendi*, restituendum *Vtendi:* licet alterum illud haud improbem. At in l. 11. in fin. C. de oper. publ. pro *Thermarum substitutioni*, quid reponendum sit; necdum peruidere possum. Vox quidem *substitutionis* suspecta redditur ex interpretatione Græcorum, qui ἐκβάσει reddiderunt. Fortasse *Substructioni* legendum quis diceret, quæ vox fabricam & ἐπισκευὴν siue refectionem significat. Rectissime vero tamdem nobis hunc scrupulum Cuiacius eximit, dum pro ἐκβάσει legendum ἐγκαύσει ostendit, ac *Substitutioni* mutandum in *Subustioni*, ex Cod. Theodosiano.

CCXIV. In l. 7. C. quæ res pign. oblig. qui dicitur *intercessor*, a Græcis εἰρήναρχος redditur. Constat autem, εἰρηνάρχους esse personas publicas, sicut & aliarum heic personarum publicarum fit mentio, puta præfecti pagi, vel vici, & decurionis: quibus cur insertus sit creditor, priuata scilicet persona, non video; tametsi quid adferri pro sententia receptæ lectionis in medium possit, non ignorem.

Verba

Verba sunt legis 4. Cod. de inutilib. stipul. *Ex eo instrumento nullam vos habere actionem, in quo contra bonos mores de successione futura interposita fuit stipulatio, manifestum est.* Hæc ita Græci reddiderunt, vt pro *successione futura*, legisse videantur; *Successione mutua.* Nam id significatum est vocis ἀλληλοκληρονομίας. Sin ita quis neget eos Latinis in libris scriptum reperisse, saltem fateatur necesse est, ipsos successionem futuram accepisse de mutua successione.

CCXVI.

CCXVII.

Posuimus libro Notatorum primo epitomen legis 2. Cod. de priuat. carcer. inhib. quæ hactenus in editis desideratur. Nunc aliam heic adferamus e libro LX Basilicorum; cuius hæc verba sunt: ἡ διάταξις κελεύει, μὴ γίνεσθαι ἰδιωτικὰς φυλακάς. τοὺς δὲ τοῦτο πράττοντας ὑποκεῖσθαι καὶ ἐπιτιμίῳ, καὶ διάγειν ἐν τῇ δημοσίᾳ φρουρᾷ τοσαύτας ἡμέρας, ὅσας δή ποτ' ἂν γέγονεν ὁ ἐγκλεισθεὶς ἐν τῇ γινομένῃ παρ' αὐτῶν φυλακῇ· ὁποίας ἂν εἴησαν τύχης ἢ ἀξίας. ἐκπίπτειν δὲ καὶ τῆς δίκης τῆς ἁρμοζούσης αὐτοῖς κατὰ τῶν ἐγκλεισθέντων, προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος. εἰ δὲ ῥᾳθυμήσῃ ὁ ἄρχων, ὑφίστασθαι κίνδυνον καὶ περὶ τὴν οὐσίαν, καὶ περὶ τὴν σωτηρίαν. Ea verba non opus est heic vt interpreteremur, quum exstent in Latino Basilicorum LX libro Cuiacii.

CCXVIII.

In hisce verbis exponendis l. 10. C. ad leg. Iul. de adult. *Et par delictum est accusatoris præuaricatoris, & defugientis veritatis inquisitionem:* aliam sequuti sunt lectionem Græci, quorum hæc verba sunt: καὶ ἴσον ἔγκλημα τοῦ κατηγόρου, τοῦ τι προδεδωκότος, καὶ τοῦ φεύγοντος τὴν τῆς ἀληθείας ζήτησιν οὐκ ἔστιν: i. e. *Et par crimen accusatoris, & eius qui caussam prodidit, & fugientis veritatis inquisitione, non est.* Ergo non dubium est,

eos ita locutum hunc scriptum reperisse: *Et par delictum non est accusatoris, prauaricatoris, & defugientis veritatis inquisitionem.* Nimirum abest a nostris libris negatio, quam tamen & Cuiacius in interpretatione retinuit: licet existimem vulgatam defendi posse, quum ex aliis, tum ex l. 34. D. de iur. fisc.

CCXIIX. De legibus aliquot principum posteriorum, post Codicem Iustinianeum latis, & expositis in libro LX Basilicorum, titulo ad leg. Iul. de adul. quod meum sit iudicium; dixi supra huius II Notatorum libri capite CXII. atque illa ipsa in sententia nunc etiam adquiesco.

CCXIX. Non sine caussa quis existimet in l. vnic. C. de rapt. virg. §. Et si quidem. post istæc verba, *Nec sit facultas raptæ virgini, vel viduæ, vel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere,* Græcos hæc non temere subiecisse, *μηδὲ τοῖς γονεῦσιν αὐτῆς τοῦτο αὐτῇ κελεύειν*: hoc est; *Nec parentibus eius hoc ipsi mandare.* nam in nostris hoc non exprimitur.

CCXX. Simile quiddam occurrit in l. 10. C. ad leg. Fab. de plag. nam post legis verba, quibus dicitur, *comparantem ab eo, qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur, nullo crimine teneri:* Græci adiiciunt, *τῇ δὲ περὶ δόλου ἀγωγῇ ἐνέχεσθαι*: id est; *doli tamen actione conueniri.*

CCXXI. Plagii pœna lege vlt. C. d. t. statuitur hæc in iure nostro, vt posteaquam super crimine claruerit; seruus quidem, vel libertate donatus, bestiis subiiciatur: ingenuus autem gladio consumatur. Diuersa vero, ac longe quidem mitior a Græcis exprimitur supplicii ratio, verbis hisce: *καὶ εἰ μὲν δοῦλός ἐστιν, ἢ ἀπελεύθερος, τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος χειροκοπείσθω· εἰ δὲ ἐλεύθερός ἐστι, χειροκοπείσθω μόνον*: id est; *Si quidem seruus est,*

est, aut libertus, verberato ac tonso manus abscinditor: sin liber, manus ei dumtaxat amputator. Quid de hac diuersitate dicam aliud, non habeo: nisi quod mitigatam legis antiquę pœnam duriorem constitutione quadam recentiori putem; quam deinde Basilicorum auctores sequuti sint.

CCXXII. Iidem auctores Basilicorum hanc legis 2. C. de crim. sacrileg. sententiam faciunt: ὁ τὸν προσφεύγοντα εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἰδίᾳ αὐθεντίᾳ ἀποσπάσας, τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος ἐξοριζέσθω: id est; *Qui confugientem ad sacram ecclesiam abstraxerit auctoritate sua, verberatus & tonsus deportator.* Confer l. 2. C. de his qui ad eccles. Quæ autem secunda est hoc titulo, de crim. sacril. eam Græci tertiam faciunt.

CCXXIII. In l. 3. C. de quæst. dicitur, *interrogandos seruos alienos.* Heic statim addunt Græci, καὶ τοὺς ἰδίους, *seruos scilicet proprios mulieris:* vt illis scilicet etiam interrogatis, tamdem loco tertio mulier ipsa quoque torqueatur.

CCXXIV. Epitomen legis vlt. C. de bon. proscript. Contius ex Eustathii antecessoris libro περὶ χρονικῶν διαστημάτων descripsit. Sed hæc integrior est, ex Basilicis: ἐάν τις ὡς ἐπὶ τυραννίδι ἐλεγχθεὶς δήμευσιν ὑπομείνῃ, οἱ μὲν ἔχοντες αὐτοῦ πράγματα, καὶ διάγοντες ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, εἴσω δύο μηνῶν ὀφείλουσιν αὐτὰ προσαγγεῖλαι. οἱ δὲ μὴ διάγοντες ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, εἴσω ὀκτὼ μηνῶν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσωσι, μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ τετραπλάσιον παρέχουσιν: hoc est; *Si quis vt perduellionis conuictus, bonorum publicationem passus fuerit: ii, qui res eius habent, & in vrbe imperatoria degunt, intra duos menses eas nuntiare debent: qui vero non degunt in vrbe imperatoria, sed in prouinciis, intra menses octo. Si vero id non fecerint, vna cum rebus ipsis quadruplum præstant.*

CCXXV. In l. 2. C. de his qui ex publ. rat. non est quod dubitem Græcorum lectionem nostra integriorem esse. Nostri sic habent: *Quod si quis aurum ex nostro arario priuatis commodis profuturum, occulte, aut cautionis, aut sponsionis fide acceperit*, & cetera. Græci vero, λαθραίως, ἢ φανερῶς, ἢ ἐγγράφως, ἢ μετ' ἐγγύων. Ergo sic restituenda nostra: *Palam aut occulte, aut cautione*, & cet.

CCXXVI. Tituli XX. C. lib. X. verba sunt in inscriptione, *De superexactionibus*. sic enim legitur in editionibus nostris. Græci vero quum interpretentur περὶ περισσοπρακτούντων, haud dubie suis in libris scriptum inuenerunt, *De superexactoribus*. quod eo probabilius videtur, quoniam tituli quoque præcedentis inscriptio est, *De exactoribus tributorum*: non, *de exactionibus*: & ipsimet Græci declarationis caussa subiiciunt, τουτέστι περὶ τῶν περιττὸν ἀπαιτούντων.

CCXXVII. Legem Græcam, quæ numero secunda est, C. vt nem. lic. in emt. qui volet repurgatam a mendis, tam in Græco textu, quam in versione, non paucis; quærat editionis nostræ paginam 472. Hoc adiicere tantum volui. Quæ verba in editis antea sic incipiunt, Μηδεὶς ποτὲ χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης, ea verba, mea quidem opinione, legis tertiæ principium esse. Sed μηδεὶς ποτὲ mutandum in μηδέποτε: vel necessario pro μηδεὶς ποτὲ χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης ἐπιτρεπέσθω τοῖς κτήτορσι συνωνή, legendum μηδεμία ποτέ: vel deniq; pro ἐπιτρεπέσθω reponendum ἐπιτρεπέτω, & συνωνὴν pro συνωνή. Verum quod primo loco posui, concinnius est.

CCXXVIII. Prima verba legis 2. C. de murilegul. hæc sunt in Latinis editionibus nostris: *Baphii & gynæcii, per quos & priuata nostra substantia*, & cet. Recte vero iudicant,

iudicant, quibus corrupta videntur. Quippe nostris in Basilicis leguntur βαφεῖς καὶ γυναικιάριοι. Vnde colligitur, restituendum: *Baphei & gynaciarij*.

De duobus alterum mihi lector dabit. vel legem hanc, quam τὰ βασιλικὰ nostra in ecloga faciunt octauam, C. de murilegulis, deesse nostris in editionibus: (verba sunt eiusmodi. ὁ ὑπονοθεύων γυναῖκα ἀφορισθεῖσαν τῷ γυναικείῳ, δύο λίτρας δίδωσι: hoc est; *Qui solicitauerit mulierem deputatam gynaceo, duas libras soluit*) vel si contendat, esse hæc verba legis 9. C. d. t. necesse est fateatur, pro voce *Nauiculam*, quæ Latinis in libris est, omnino reponendum Græcis auctoribus, *Mulierculam*. Aut si longius hoc recedit a scriptura vocis prioris, reponamus *Ancillam*, vel *Ancillulam*. quo facto, sensus legis non inelegans semet offerre videtur. Sed cur minor sit corruptionis vel sollicitationis, aut vsurpationis (vti lex ipsa loquitur) pœna, quæ binarum heic librarum statuitur; quam cælationis, quæ ternis libris in l. 6. sup. h. t. plectitur? CCXXIX.

In l. 2. Cod. de canone frument. vrb. Rom. pro *Hordei*, legerunt interpretes Græci ἐλαίου, id est, *olei*. Nimirum *ordei* legebatur in aliquo codice, sine adspiratione; vocabulo ex *olei* voce corrupto. Manifestum vero mendum est in l. vn. C. non licere habitat. metrocom. in hisce verbis: *Sed si quis ex hisdem vicariis*. nam quum Græci verterint, ἀλλὰ τις τῆς αὐτῆς κώμης, omnino reponendum, *Ex hisdem vicanis*, vel vt alii scribere malunt, *vicaneis*. Iidem Græci in l. 6. C. de cens. & censit. pro *Bonorum iacturam*, legendum monent, *Honorum*. Vertunt enim, τῆς ἀξίας ἐκπίπτει. quæ sane diuersæ pœnæ sunt, & huic loco posterior magis est accommodata. CCXXX.

CCXXXI. Facere non poſſum, quin tot locis expoſitis, qui noſtris in exemplaribus ex interpretatione Græcorum emendari poſſunt; viciſſim oſtendam, Græcos etiam libris alicubi vitioſæ ſcripturæ non expertibus vſos eſſe. Ponã autem exemplum vnum & alterum, ceteris diligentiæ lectoris relictis. In l. 1. C. de agric. & cenſit. hæc prima verba ſunt: *Nũquam ſationibus vel colligendis frugibus inſiſtentes agricolæ ad extraordinaria onera trahantur*. Heic vocem *Sationibus* Græci per λογισμοὺς interpretantur. Ergo mendoſam ſequuti ſunt ſcripturam Latinã, legendo *Rationibus*, pro *Sationibus*. Iidem vbi verba Prætoris in l. 1. D. de vent. inſpic. interpretantur, *milites* reddiderunt, vbi noſtri libri Latini *comites* habent: qui Græcis ſunt ἀκόλουθοι in l. 1. §. qui puero. D. de extraord. crim. quam legem interpretantur libro LX. tit. XXII. Ac videntur ſane Græci lectionem in d. l. 1. de vent. inſpic. minus probam ſequuti. Nam comites ſiue pediſequos matribus familias, & pueris quoque ſolitos adhiberi, de d. l. §. qui puero, aliiſque pluribus locis conſtat.

CCXXXII. Poſt legem 17. C. de agric. & cenſit. notatur in exemplaribus noſtris, conſtitutionem Græcam deſiderari. Eius conſtitutionis hæc a nobis epitome reſtituitur: τῶν γεωργῶν οἱ μὲν ἐναπόγραφοί εἰσι, καὶ τὰ τούτων πεκούλια τοῖς δεσπόταις ἀνήκει· οἱ δὲ χρόνῳ τῆς τριακονταετίας μισθωτοὶ γίνονται ἐλεύθεροι μετὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. καὶ οὗτοι δὲ ἀναγκάζονται καὶ τὴν γῆν γεωργεῖν, καὶ τὸ τέλος παρέχειν. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς δεσπόταις καὶ τοῖς γεωργοῖς λυσιτελεῖ. *Agricolarum*, inquit, *alii ſunt adſcripticii, quorum ad dominos peculia pertinent: alii triginta annorum ſpatio coloni fiunt liberi, cum rebus ſuis. Atque hi tam terram colere, quam tributum præſtare coguntur. Hoc autem &*

tem & dominis, & ipsis agricolis expedit. Ceterum lex ista non eo reponi loco debet, qui Latinis in libris notatur; sed ante l. litibus. C. eod. Quippe lex Colonos. eod. Theodosii & Valentiniani est, qui principes Anastasium in imperio præcesserunt. Et legem hanc, quam restituere nitimur, Anastasianam esse; paret ex verbis Iustiniani, quæ in l. 22. C. eod. leguntur huiusmodi: *Quum autem Anastasiana lex homines, qui per 30 annos colonaria detenti sunt condicione, voluerit liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare*, & cet.

In verbis inscriptionis tituli LIX. C. lib. XI. Græci pro fundis *limitrophis*, potius limitotrophos agnoscunt. itemque postea sequentibus in verbis non, *Limitaneis vel castellorum*: sed, *Limitaneis vel castellianis*, expresse scribunt. CCXXXIII.

In l. vlt. C. de fund. rei priuat. quum dicitur, *Si quis ad comparationem rei dominicæ demto canone accedat, eum precia perdere perpetuo:* Græci statim subiiciunt, ϗ τὸ χωρίον ἀποσπᾶται· quo significatur, *ipsum etiam prædium huic adimi.* cuius in libris editis nulla mentio. Sic & illud elegans scholion est ad finem legis 8. C. de dignitatib. καλῶς εἶπεν ὁ βασιλεύς, συναριθμεῖσθαι τοῖς συγκλητικοῖς, ἐπιδὴ ϗ ὑπατεύειν ἀνέχεται: hoc est; *recte dixisse imperatorem, se inter senatores connumerari: quoniam & consulatum gerere sustineat.* Item ad legem sequentem, qua traditur, *libertorum filios adipisci clarissimam dignitatem non prohiberi:* non abs re subiiciunt, *ipsos dumtaxat libertos arceri.* CCXXXIV.

Censet doctissimus Cuiacius in l. 6. C. qui milit. poss. in his verbis, *Licere dominis adire competen-* CCXXXV.

tem iudicem, & suam ignorantiam eo, quod contrarium minime probatur, ostendere: pro *Ignorantiam*, legendum *Innocentiam.* Non equidem valde repugno. sed Greci lectionem vsitatam retinuerunt. vertunt enim ἄγνοιαν, *ignorantiam.* quæ lectio suas etiam rationes habet.

CCXXXVI. In quibusdam titulis eclogæ nostræ Basilicorum fit legum mentio, quæ nec exstant in Codice, nec in hac synopsi ad verbum ponuntur, vel integræ, vel epitomatæ. verbi gratia; quod in titulo VII libri Basilicorum LVII recitatur his verbis: *De his qui in bello moriuntur, quodque defuncti militis filius natu maior statim in locum patris sui succedat, & easdem annonas accipiat, vsque ad biarchi gradum:* hoc igitur argumentum est l. 3. C. de fil. official. quod & Contius ibidem posuit. Simile quiddam videre est in præcedente titulo IIII. Nam quod ibi dicitur, *coniugem liberosque defuncti ab erogatore, quidquid ei debeatur ad mortem vsque, consequi:* argumentum legis est, ad titulum Codicis de erogatione militaris annonæ referendæ, quæ non exstat. Ponatur autem hæc epitoma d. l. vltimo inter ceteras eius tituli loco, donec aliunde clarius adpareat, quinam verus sit eius locus.

CCXXXVII. L. 2. in princ. C. de exseq. & exact. dicitur, *Quicumque ex palatio nostro cuiuslibet tituli ad prouincias commeauerit*, & cet. Heic Græci verterunt, εἰς ἀπαίτησιν τίτλων. de quo forte quis coniecerit, eos legisse; *Cuiuslibet tituli nomine.* quibus in verbis quæ tituli significatio sit, notius est, quam vt indicare libeat. Aut si non ita reperere scriptum, saltem indicare voluerunt; hanc verborum esse sententiam, vt ad, *Cuiuslibet tituli*; subaudiatur, *gratia.*

In

In vlt. tit. libri XII Cod. Publ. lætic. & cet. vix dubium mihi quidem eſt, deeſſe legem vnam. Eius hæc ſiue verba, ſiue ſenſus, in Baſilicorum ecloga noſtra ponuntur: οἱ τὰ διατάγματα κομίζοντες τῶν μελλόντων ἄρχειν πολιτικῆς ἢ στρατιωτικῆς ἀρχῆς, ιε μόνους χρυσοῦς ἐκ τῆς ἐπαρχίας κομιζέσθωσαν. εἰ δὲ πλέον λάβωσι, τὸ τετραπλάσιον διδότωσαν, μὴ δυνάμενοι πρὸς ἀπολογίαν προφέρειν, ὡς παρ' ἑκόντων τὸ περιττὸν εἰλήφασιν: hoc eſt; *Qui perferunt eorum mandata, qui ciuilem militaremve magiſtratum geſturi ſunt, aureos dumtaxat ex prouincia quindecim accipiant. quod ſi plus acceperint, quadruplum reddant: nec ad excuſationem proferre poterunt, ſe quid amplius ab ipſis lubentibus accepiſſe.* Arbitror autem hanc equidem eſſe legem 2. C. d. t. quum prima ſeorſum exſtet in titulo Baſilicorum περὶ συνηγορίων: inter quam, & poſtremam, quæ d. t. C. adiicitur a Contio, caput vnum relinquitur. Si diuerſum quis tueri velit, opponam ei ſaltem ipſum diſcrimen ſummæ, quam vtraque lex a prouincialibus exigi permittit. & adparet hinc ſane, poſteriorem eſſe tertiam illam Contianam, quum minorem exigendorum ſummam definiat; & plura quoque præterea complectatur.

CCXXXVIII.

AD ALIQVOT NOVELLARVM IVSTINIANI *loca.*

CCXXXIX.

REPVRGABIMVS obiter etiam nouellas Iuſtinianeas a mēdis quibuſdā, idq; dumtaxat præſtabimus ex Baſilicorū ecloga noſtra, quemadmodum in huius editione, facturos, aliquando nos ꝑmiſimus. Igitur in nouellæ II. cap. V. initio, pro &

καθιστᾶν εἰς τὰ δικαστήρια, ſcribendum κατάγειν: ſicut & veterem conſtat interpretē legiſſe, qui vertit, *Deducere ad iudicia.* Idem paulo ante meo iudicio recte verterat ἀμυδρῶς, *obſcure.* ſed incuria librariorum male pro *Obſcure*, irrepſit *Acerbe.* Rurſus ibidem πρὸς κοινὴν ὑποκεισόμενον βοήθειαν, corrupte legitur; pro quo alii reponunt ὑποκεισόμενον. ſed Baſilica verbum integrius reſtituunt, legendo; πρὸς κοινὴν ἀποβησόμενον βοήθειαν.

CCXL. In nouellæ 22. capite 20. §. Soluto igitur. Haloander inſeruit nonnulla, quæ reperiuntur & in nouella 127. Ea Contius putauit huc perperam fuiſſe relata. ſed fortaſſis hoc factum ab ipſo temere. Nam & Baſilicorum auctoritas Haloandrum defendit. ac locum lector ipſe quærat libro XXVIII. tit. XII. cap. I. non enim huc eum transferre deſcribendo libuit.

CCXLI. In eiuſdem nouellæ cap. XL. in princ. ſtatuitur, de muliere liberorū ſuorum tutelam adminiſtrante. Heic recepti Nouellarum libri mentionem iuriſiurandi faciunt, a muliere præſtiti, de non tranſeundo ſecundas ad nuptias. Sunt enim hæc verba: διομοσαμένη μὴ πρὸς δεύτερον ἔρχεσθαι γάμον. nec multo poſt repetitur, καταφρονήσασα τῶν ὅρκων. vtrobique Baſilicorum libri iuriſiurandi loco, repromiſſionem ſiue ſponſionem ponunt: haud ſcio, num ea de cauſſa; quod imperatores ſequuti putauerint hoc caſu iuriſiurandi rigorem nonnihil mitigandum. Pro διομοσαμένη quidem certe, repoſitum in Baſilicis legitur, διεπαγγειλαμένη: & pro τῶν ὅρκων, itidem τῶν ἐπαγγελιῶν.

CCXLII. In nouella XLIX. cap. I. pro καὶ τρίτην ἐπινέμησιν, παρεπομένης τοῦ μηνὸς καὶ τῆς ἡμέρας, legitur in Baſilicis, &

cis, καὶ τρίτον τὴν ἐπινέμησιν, παρεπομένων τοῦ μηνὸς καὶ τῆς ἡμέρας. quam lectionem confirmat & vetus interpres, dum reddit, *Tertio loco*. nec dubium est, παρεπομένων quoque rectius scribi, quam παρεπομένης: quum pariter & ad mensem, & ad diem referatur.

In eadem nouella, cap. 2. in princ. non exigua quædam quasi lacuna est, omissis multis verbis, quæ in Basilicis leguntur, & continent sententiam non leuis momenti. Nam post hæc verba: ἐπειδὴ γὰρ ἤδη γεγράφαμεν νόμον, βουλόμενον ἐξ ἰδιοχείρων μηδεμίαν γίνεσθαι σύγκρισιν, sequuntur hæc in Basilicis, εἰ μὴ ἄρα τριῶν μαρτύρων ὑπογραφὰς ἔχουσι τὰ χειρόγραφα, καὶ αὐτοὶ οἱ μάρτυρες συνομολογήσουσιν, ὅτι ὑπέγραψαν, ἢ ἀρνούμενοι περὶ τῆς ἰδίας χειρὸς ἀπὸ συγκρίσεως τῶν ἰδίων γραμμάτων ἐλεγχθῶσιν· ἀλλ᾽ ἐκ μόνων τῶν ἀγοραίων, & cet. Quorum verborum hæc est sentẽtia: *Quando enim iam legem scripsimus, quæ vult, vti de scriptura propria manus nulla fiat comparatio; nisi forte hæc ipsa chirographa trium testium subscriptiones habeant, atque ipsi testes confiteantur, se subscripsisse; vel si negent, de manu sua ex litterarum suarum comparatione conuicti fuerint: sed dumtaxat ex documentis publice celebratis*, &c. Hanc additionem ego notatu dignam putaui.

Laudo consilium A. Contii, qui nouellarum interpretationem veterem, siue illa Berguntionem Pisanum, siue alium auctorem habuit, omnino publicandam putauit. Nam multis in locis ea plenior est, & integrior; quam Græcæ vel Haloandri, vel Scrimgeri nostri sint editiones. Sed vellem diligentius eam Græco textu adhibito recensuisset, ac plurima scripturæ menda sustulisset. Equidem lubenter id præstarem, si tantum mihi meis a negotiis esset otii. Et fieri non incommode posse,

CCXLIII.

CCXLIIII.

prolatis heic locis aliquibus ostendamus. Dixi paulo ante de principio capitis V. nouellæ II. vbi legitur: *Illud quoque dudum acerbe quidem*. heic ego vix dubito, non *Acerbe* scriptum ab interprete fuisse, sed *Obscure:* quod respondet Græco, ἀμυδρῶς. Sic etiam dicto cap. 2. nouel. 49. pro *Eximentes litteras*, scribendum *Examinantes:* & paulo post pro, *Modis omnibus prohibendo*; reponendum *Præbendo*. Nam prius illud Græco ἀνεξετάζοντας, hoc posterius voci διδομένῳ respondet. Rursus in nouel. 63. cap. 1: in princ. pro, *Sed si hoc egerit pro veritate:* legendum, *Sed si hoc eguerit*. quia Græci εἰ τοῦ τούτου δέοιτο. Item nouel. 73. cap. 2. in princ. pro *Noluerit hoc in publico confiteri*; scribendum, *confieri:* sicut in Græco, μὴ βούλεται τοῦτο ἐπ' ἀγορᾶς συντεθῆναι. Item nouel. 80. cap. 7. in princ. pro *In quocumque collegio*; restituendum, *In quocumque negotio*. ἐν οἱῳδήποτε πράγματι. Item in titulo nouellæ 88. pro *administratione panum*, scribendum *Subministratione:* quæ est ἀρτωνχορηγία. Item nouellæ 113. cap. 1. pro *dispositionem*, repone *Depositionem*; quæ κατάθεσις est. Ibidem in his verbis, *Per proprium nostrum iudicium disponere & dicere:* scribendum *Decidere*, pro *Dicere :* quum in Græco sit verbum τέμνεσθαι. Item in fine cap. 3. Nouel. 128. in his verbis, Si de hoc interpellatus non *indicauerit:* reponendum, *vindicauerit*. hoc enim Græcis est ἐκδικεῖν. Item nouel. 134. cap. 9. sub finem, in his verbis, per quas potest *publice* & libere custodiri; restituendum *Pudice*, pro *publice :* quod est σωφρόνως. Adduci denique alia quoque possent exempla. sed hæc arbitror sufficere nostri quidem instituti respectu, quod alium minus occupatum prosequi vellem.

In

In nouel. 53. cap. 3. §. Sancimus igitur. hæc verba leguntur, δέκα μόνων ἡμέρων ἔχιν τὸν ὑπομνησθέντα προθεσμίαν, ἀλλὰ δεκαπλασίαν. In iis primum μόνων mutandum in μόνον, deinde δεκαπλασίαν in διπλασίαν. sicut vetus interpres reddidit, & *solummodo*, & *duplices inducias*. Paulo post in his verbis, πολλάκις δὲ ᾗ οἰκεῖον ἐπὶ τῷ φεύγοντι διοικουμένῳ: mutandum in Græco διοικουμένῳ in διακειμένῳ, & in Latina versione, *Contra eum*; in, *Contra reum*: qui Græcis est φεύγων. quamquam vetus interpres scopum verborum Iustiniani non adtigit. Nam eorum hæc est sententia: *Sæpenumero autem nonnihil erga reum familiariter adfecto.* pro quo male vetus interpres, *dispensante*. Basilicorum auctoritate restituta lectio vera est. CCXLV.

In principio nouellæ LXIII. hæc scripturæ notanda diuersitas. pro τῶν οἴκων οἰκοδομὰς, nostri scribunt οἰκοδομίας: & pro ἀλλήλων, ἀλλήλοις: & pro ἐπῆκται, ἐπιτέτραπται: & paulo post, pro οἰκοδομεῖν, οἰκοδομοῦσιν: item ante ἐπειδὰν, ponenda coniunctio καί. Item in nouella 64. cap. 1. §. Sed æstimator. ante ὥσπερ ὁ κηπουρὸς, ponendum ex Basilicis, θεσπίζομεν. vt integer locus sit, ᾗ θεσπίζομεν, ὥσπερ ὁ κηπουρὸς, & cetera. CCXLVI.

In nouel. 73. cap. 7. in princ. pro τῶν πλεισμάτων scribitur in Basilicis τῶν πλεισάντων, sicut etiam sequitur ἢ τῶν ὑπογραψάντων. In nouella vero 77. cap. 1. §. Et quoniam quidam. in fin. pro ταύτην ἡμῶν νομοθεσίαν, legitur in manuscriptis νουθεσίαν: neque multo post itidem pro μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν νομοθεσίαν, συνέχειν reponitur in iisdem, μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν νουθεσίαν, ἐπέχειν. Item sub finem, pro ᾗ αὐτὸς γὰρ ὁ ἀνδοξότατος, ibidem est, αὐτὸς δὲ ὁ ἐνδοξ. CCXLVII.

CCXLVIII. Diximus ſupra, veram inſcriptionem eſſe nouellæ 8. *De Quæſitore*, non *De Quæſtore*. Nam κοιαισίτωρ expreſſe ſcribitur in Baſilicis, adiecta vocis eiuſdem interpretatione, qua ſignificatur, Quæſitorem Latinis dici, qui Græcis ſit ἐρευνητής. de quo id etiam ſequitur, vt in ipſa nouella cap. 1. pro ἐρευνάδας ſcribamus ἐρευνητὰς, ſicut & in Latina veteri verſione mutandum *Ereunadas* in *Ereunetas*.

CCXLIX. Eiuſdem nouellæ cap. 3. in princ. pro δικασόμενοι πρὸς ἑτέροις, lege πρὸς ἑτέρους: item paulo poſt, hæc verba, ἐνοχλήσαντος τῷ ἀκρωμένῳ τῆς δίκης ἢ τοῖς τῶν γεωργῶν κυρίοις, ſic emendabis, vt ſcribas: ἐνοχλήσαντος τὸν ἀκροώμενον τῆς δίκης ἢ τοὺς τῶν γεωργῶν κυρίους. ac rurſus initio cap. 5. pro ἀρτοκοποιητικῶν ἐργαστηρίων, repone ἀρτοκοπικῶν. Nec multo poſt ταῦτα νομοθετοῦμεν ſcribitur in editis, quum in Baſilicis legatur νουθετοῦμεν: ſicut & νομοθεσίαν, pro νουθεσίαν, bis in nouella 77. ſcribi; modo notabamus.

CCL. In principio cap. 1. nouel. 92. hæc notanda veniunt. Primum iſta verba, τοσοῦτον ἑκάστῳ τῶν παίδων φυλάττειν τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος, ὅσον ἦν πρὶν τὴν δωρεάν, &c. ſic in Baſilicis ſcripta legũtur, τοσοῦτον ἑκάστῳ τῶν παίδων φυλάττειν, ὅσον ἦν τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος, πρὶν τὴν δωρ. & cet. Deinde pro οὐδὲν ἔτι ταῖς δωρεαῖς ἐγκαλέσουσιν, ibidem eſt ἐπὶ ταῖς δωρεαῖς. nec multo poſt, αὐξομένου τούτου τοῦ μέρους, in Baſilicis eſt αὐξομένου τούτου τοῦ μέτρου, cui reſpondet interpretatio vetus, quæ μέτρου quantitatem reddidit.

CCLI. In nouella 99. cap. 1. pro hiſce verbis, ἢ εἰς ἐκεῖνο ἐνέχεται, Græci legunt εἰς ἐκεῖνο ἐκείνους ἐνέχεται. Item in nouel. 115. cap. 3. §. 5. pro εἰ τῇ ζωῇ τῶν γονέων, ſcribe ἢ τῇ ζωῇ τῶν ἰδίων γονέων: ſicut & vetus interpres reddidit, *Vel vita parentum ſuorum*. Et nota poſt illum pri-

lum primum paragraphum, εἰ τοῖς ἰδίοις γονεῦσι χεῖρας ἐπιβάλοι, ſemper deinceps in Baſilicis ſequentes paragraphos incipere, non ab εἰ, ſed ab ἤ. Quod autem in fine §. 9. dicitur, κατὰ τοὺς ἄλλους νόμους τοὺς περὶ τούτου κειμένους τὰ τοιαῦτα πράγματα περαιούσθω: id Græci ſic declarant, vt intelligi dicant ἀτιμοῦσθαι τὸν κωλύσαντα, id eſt, *eum infamia notari, qui prohibuerit.*

CCLII.

Vidi nouellæ iam indicatæ exemplum, in quo huius ipſius 3. capitis §. 14. pro τὰς ἁγίας τέσσαρας συνόδους, ſcriptum erat ἑπτὰ συνόδους. quod arbitror imperatores poſteriores, ipſoſque Baſilicorum auctores ita voluiſſe ſcribi; vt ſeptem generalium conciliorum auctoritas conſtaret. Atque hæc ipſa ſeptem concilia ſic ibidem numerantur, vt in ipſo nouellæ textu verbis iam dictis ſubiiciatur: τὴν ἐν Νικαίᾳ πρώτην, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει πρώτην, τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην, τὴν ἐν Χαλκηδόνι, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει δευτέραν, ὡσαύτως καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τρίτην, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ δευτέραν. vt horum hæc ſententia ſit: *Et ſancta ſeptem concilia, Nicænum primum, Conſtantinopolitanum primum, Epheſinum primum, Chalcedonenſe, Conſtantinopolitanum ſecundum, itidemque Conſtantinopolitanum tertium, & Nicænum ſecundum.* Quæ quidem concilia celebrata fuerunt; primum, imperante Conſtantino magno: alterum, Theodoſio maiore: tertium, Theodoſio minore: quartum, Marciano: quintum, Iuſtiniano magno: ſextum, Iuſtiniano naribus mutilato: ſeptimum, Conſtantino & Irena AA.

CCLIII.

Idem exemplar dicto eiuſdem nouellæ capite, poſt enumeratos Neſtorianos, & Acephalos, hæc verba ſubiicit, continentia quorumdam aliorum hæreticorum mentionem, qui poſt tempora Iu-

stiniani exstiterunt: ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τοὺς ἰακωβίτας, καὶ μονοθελήτας, καὶ εἰκονομάχους, καὶ ὅσαι ἄλλαι αἱρέσεις εἰσὶ, παρὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυσσόμεναι, καὶ ταύταις φωραθεῖεν τινὲς ἐνεχόμενοι, τὰ αὐτὰ περὶ τοὺς ἅπαντας ἀπαραβάτως φυλάττεσθαι: hoc est; *similiter & circa Iacobitas, ac Monotheletas, & Iconomachos, & quacumque sunt aliæ sectæ, quas ecclesia generalis abrogauit, & si qui deprehensi fuerint his esse obnoxij; eadem in vniuersis citra violationem esse obseruanda.* Quæ verba, sicut dixi, non a Iustiniano sic fuere perscripta: sed Iustinianeæ nouellę de posteriorum imperatorum voluntate inserta.

CCLIIII. Inscriptio nouellæ 116. Græcis in editionibus est, περὶ στρατιωτῶν, de militibus. Verum interpres ille nouellarum vetus hanc prolixiorem habet, instar alicuius periochæ: *Vt neque miles, neque fœderatus obseruetur domui priuatæ, aut possessioni alicuius.* Eam ego repertam arbitror ab interprete, vetusto in libro; quamquam reddita paulo sit impolitius, vt ea ferebant tempora. Nostra quidem in ecloga Basilicorum, hæc eiusdem nouellæ traditur inscriptio, ad Latinam illam quamproxime accedens: περὶ τοῦ μή τινα στρατιώτην ἢ φοιδερᾶτον ἐν τισιν ἰδιωτικαῖς χρείαις ἀπασχολεῖσθαι: hoc est; *Vt nullus miles, aut fœderatus, priuatis vsibus occupetur.* Vnde veteris etiam interpretis verba corrigi poterunt.

CCLV. In nouel. 117. cap. 5. in princ. legitur in editis, εἴ τις ἄπορον γυναῖκα κατὰ διάθεσιν μόνον λάβοι, *Si quis inopem mulierem adfectionis caussa dumtaxat acceperit.* Heic libri Basilicorum scribunt, εἴ τις ἄπροικον καὶ ἄπορον γυναῖκα, & cet. quam ego scripturam iccirco magis germanam puto, quia vetus etiam interpres vertit, *Si quis indotatam vxorem*, & cet. Ibidem

cap.

cap. 9. §. Si quis in sua domo, Græce legitur, ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ. sed ecloga Basilicorum habet, ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ. quam lectionem vetus etiam sequutus est interpres.

CCLVI. In fine capitis 9. d. nouel. 117. post hæc vltima verba, καὶ τὴν δεσποτείαν κελεύομεν: in Basilicis non pauca subiiciuntur, tamquam ad hoc ipsum caput pertinentia. Verba quidem huiusmodi sunt: ἐκεῖνο δὲ παραφυλακτέον, ὡς εἴπερ εὐλόγως ὁ ἀνὴρ τὸ διαζύγιον πέμψειε, καὶ ὑπεύθυνος ἡ γυνὴ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων ἡμῖν ἔσται αἰτιῶν, καὶ εἰς πενταετίαν ὅλην πρὸς δεύτερον ἐλθεῖν κωλυθήσεται συνοικέσιον, καὶ πρὸ τῆς πενταετίας ὁ γάμος οὐκ ἔσται ἀνεύθυνος, οὐδὲ νόμιμος γάμος κληθήσεται· ἀλλὰ πᾶς ὁ βουλόμενος προσίτω, καὶ κατηγορείτω τοῦ γινομένου, ὡς παρὰ τὸν νόμον τολμηθέντος. εἰ δὲ καὶ εὐλόγως ἡ γυνὴ τὸ διαζύγιον στείλειε, καὶ κρατήσει τῶν δώρων· κερδαινέτω μὲν τὰ κέρδη, τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα, ἐρυθριάτω δὲ πρὶν ἐνιαυτὸν ἐξήκειν, εἰς δεύτερον φοιτᾶν γάμον. ὅπερ οὐ παραφυλακτέον ἡμῖν ἐπ᾽ ἀνδρὸς τοῦ εὐλόγως κεκρατηκότος τῶν τοιούτων κερδῶν, ὅπουγε καὶ τῷ μὴ κεκρατηκότι καὶ παραχρῆμα γαμεῖν ἔξεστιν. ἐπεὶ μηδεμία περὶ τὴν τῆς γονῆς σύγχυσιν εὔλογός ἐστιν ὑπόνοια, ὅπερ ἐπὶ τῶν γυναικῶν τὴν πρὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ συνάφειαν εἰκότως ἀπείργει. καὶ τοῦτόν ἐστι τὸ τῆς κωλύσεως ἐνταῦθα, ὅτι καὶ εἰ ἀγαθῇ χάριτι διαλυθῆναι συμβαίη τὸν γάμον, ἀλλὰ καὶ οὕτως εἰς ἐνιαυτὸν ἡ κώλυσις τῶν δευτέρων γάμων ταῖς γυναιξὶν ἐπιτέτακται. Eorum hæc est sententia: *Illud autem obseruandum est, vt siquidem iuste vir repudium miserit, ac mulier rea fuerit ex iis caussis quæ antea sunt a nobis indicatæ; toto quinquennio secundus ad nuptias accedere prohibeatur, nec ante quinquennium contractæ nuptiæ culpa careant, neque legitimũ matrimoniũ adpellentur: sed quiuis sane, qui volet, accedat, & quod agitur, accuset; veluti contra ius adtentatum. Quod si iuste mulier quoque repu-*

dium miserit, & victrix in litibus exstiterit: lucra quidem prius indicata consequatur, sed erubescat ante, quam exierit annus, secundas ad nuptias conuolare: quod in viro nobis non est obseruandum, qui iuste obtinuit eiusmodi lucra; quandoquidem & illi, qui non obtinuit, confestim matrimonium contrahere licet: quum heic nulla circa confusionem * *subolis suspicio probabilis sit, quod in feminis haud abs re coniugium ante anni exitum prohibet.* Occurrit hoc loco nobis consimile quiddam illi, quod paulo ante, cap. 240. notabamus ex nouella 22. cap. 20. vbi quædam inseruit Haloander, quæ reperiuntur etiam in nouella 127. Atque vt ibi pro Haloandro facit aduersus Contium auctoritas Basilicorum, ita lubet eodem heic etiam vti clupeo aduersus eos, qui nobis obiicient, conforme quiddam his, quæ modo sunt exposita, propemodum totidem verbis in nouellæ 22, capite 15 sub finem, & 16 sub initium, tradi: nimirum sequi nos Basilicorum exemplar, & non absimile vero videri, res easdem nonnumquam duabus aut pluribus in nouellis repeti. Quo si contentiosus aliquis sibi satisfactum non putat, saltem hoc commodi capiemus ex hac collatione loci Basilicorum cum verbis editæ nouellæ 22, vt in fine capitis 15. d. nouel. pro καὶ τὸν περὶ τῆς πενταετίας γάμον μὴ ἀνεύθυνον εἶναι μὴ γάμον, ἀλλὰ πᾶς (φησὶν) ὁ βουλόμενος, & cet. legamus, καὶ τὸν περὶ τῆς πενταετίας γάμον μὴ ἀνεύθυνον εἶναι, ἀλλὰ πᾶς (φησὶν) ὁ βουλόμενος, & cet. Deinde sub initium 16 capitis πρὸς δεύτερον φοιτᾶν, mutemus in εἰς δεύτερον φοιτᾶν γάμον. Hæc itidem verba, ὐ παραφυλακτέον ἡμῖν ἐπ᾽ ἀνδρός· τῷ γὰρ εὐλόγως κεκρατηκότι τῶν τοιούτων κερδῶν: restituamus hoc modo, οὐ παραφυλακτέον ἡμῖν ἐπ᾽ ἀνδρός, τοῦ εὐλόγως κεκρατηκότος.

* in Græco γονῆς, seminis.

τηκότος τῶν πιϛτ. κεφαλ. Item pro εὐλόγως ἐστὶν ὑπόνοια, ſcribamus εὔλογός ἐστιν ὑπόνοια. Rurſum pro καὶ τοῦτόν ἐστι τὰ τῆς κωλύσεως ἐντεῦθεν, reponamus τοῦτόν ἐστι τὸ τῆς κωλύσεως ἐνταῦθα.

In eadem nouella, cap. 11. in medio, valde confuſe poſita leguntur in editis hæc verba. καὶ μεθ' ὃ ταῦτα πράξῃ, τὰ ὑπομνήματα ἀναληφθέντα ἡ γυνὴ ὑπὲρ τῆς ἰδίας μαρτυρίας ἐκλάβῃ· καὶ μετὰ ταῦτα κελεύομεν μένειν αὐτὴν, & cet. Baſilicorum ecloga nonnullis inductis, aliis alia collocatis ſerie, ſcripturam nobis huiuſmodi præbet: καὶ μεθ' ὃ λάβῃ ταῦτα τὰ ὑπομνήματα ἡ γυνὴ ὑπὲρ τῆς ἰδίας μαρτυρίας, κελεύομεν μένειν αὐτὴν ἑνὸς ἐνιαυτοῦ διάστημα: id eſt; *Ac poſtquam hæc monumenta pro teſtimonio ſuo mulier acceperit, vnius anni ſpatium exſpectet.* CCLVII.

In nouella 118. cap. 2. in princ. notat Contius, quod in Haloandri Græca Latinaque nouellarum editione, peruerſe fuerint additi poſt hæc verba, *Solis exceptis fratribus*, etiam fratrum filii. quos ait primum hoc caſu vocari cœpiſſe per nouellã 127. Ego aliud quod dicam, non habeo: niſi ſequutum Haloandrum auctoritatem Baſilicorum, in quibus poſt fratres ſubiiciuntur & οἱ ἀδελφόπαιδες. Num vero in authentica Iuſtiniani hac nouella ſic illud perſcriptum fuerit, an huc aliunde translatum: de hoc nolim equidem prolixe contendere. Saltim addam, ad illa nouellæ verba, ἐξῃρημένων μόνων ἀδελφῶν ἐξ ἑκατέρου γονέως συναπτομένων τῷ τελευτήσαντι, ſcholion hoc a Græcis adiici, οἱ λεγόμενοι ἀμφιθαλεῖς ἀδελφοί. Ii Latinis dicuntur Germani, & patrimi. Et ipſa vox reperitur apud Zoſimum noſtrum lib. 11. in Sibyllino carmine de ludis ſæcularibus. quamquam aliis *patrimi* credantur adpellari, quorum CCLVIII.

CCXXXI. Facere non poſſum, quin tot locis expoſitis, qui noſtris in exemplaribus ex interpretatione Græcorum emendari poſſunt; viciſſim oſtendam, Græcos etiam libris alicubi vitioſæ ſcripturæ non expertibus vſos eſſe. Ponã autem exemplum vnum & alterum, ceteris diligentiæ lectoris relictis. In l. 1. C. de agric. & cenſit. hæc prima verba ſunt: *Nũquam ſationibus vel colligendis frugibus inſiſtentes agricolæ ad extraordinaria onera trahantur.* Heic vocem *Sationibus* Græci per λογισμοὺς interpretantur. Ergo mendoſam ſequuti ſunt ſcripturam Latinã, legendo *Rationibus*, pro *Sationibus*. Iidem vbi verba Prætoris in l. 1. D. de vent. inſpic. interpretantur, *milites* reddiderunt, vbi noſtri libri Latini *comites* habent: qui Græcis ſunt ἀκόλουθοι in l. 1. §. qui puero. D. de extraord. crim. quam legem interpretantur libro LX. tit. XXII. Ac videntur ſane Græci lectionem in d. l. 1. de vent. inſpic. minus probam ſequuti. Nam comites ſiue pediſequos matribus familias, & pueris quoque ſolitos adhiberi, de d. l. §. qui puero, aliiſque pluribus locis conſtat.

CCXXXII. Poſt legem 17. C. de agric. & cenſit. notatur in exemplaribus noſtris, conſtitutionem Græcam deſiderari. Eius conſtitutionis hæc a nobis epitome reſtituitur: τῶν γεωργῶν οἱ μὲν ἐναπόγραφοί εἰσι, καὶ τὰ τούτων πεκούλια τοῖς δεσπόταις ἀνήκει· οἱ δὲ χρόνῳ τῆς τριακονταετίας μισθωτοὶ γίνονται ἐλεύθεροι μετὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. καὶ οὗτοι δὲ ἀναγκάζονται καὶ τὴν γῆν γεωργεῖν, καὶ τὸ τέλος παρέχειν. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς δεσπόταις καὶ τοῖς γεωργοῖς λυσιτελεῖ. *Agricolarum*, inquit, *alii ſunt adſcripticii, quorum ad dominos peculia pertinent: alii triginta annorum ſpatio coloni fiunt liberi, cum rebus ſuis. Atque hi tam terram colere, quam tributum præſtare coguntur. Hoc autem &*

tem & dominis, & ipsis agricolis expedit. Ceterum lex ista non eo reponi loco debet, qui Latinis in libris notatur; sed ante l. litibus. C. eod. Quippe lex Colonos. eod. Theodosii & Valentiniani est, qui principes Anastasium in imperio præcesserunt. Et legem hanc, quam restituere nitimur, Anastasianam esse; paret ex verbis Iustiniani, quæ in l. 22. C. eod. leguntur huiusmodi: *Quum autem Anastasiana lex homines, qui per 30 annos colonaria detenti sunt condicione, voluerit liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare*, &c cet.

In verbis inscriptionis tituli L IX. C. lib. XI. Græci pro fundis *limitrophis*, potius limitotrophos agnoscunt. itemque postea sequentibus in verbis non, *Limitaneis vel castellorum*: sed, *Limitaneis vel castellianis*, expresse scribunt. CCXXXIII.

In l. ult. C. de fund. rei priuat. quum dicitur, *Si quis ad comparationem rei dominicæ demto canone accedat, eum precia perdere perpetuo*: Græci statim subiiciunt, καὶ τὸ χωρίον ἀποσπᾶται· quo significatur, *ipsum etiam prædium huic adimi.* cuius in libris editis nulla mentio. Sic & illud elegans scholion est ad finem legis 8. C. de dignitatib. καλῶς εἶπεν ὁ βασιλεὺς, συναριθμεῖσθαι τοῖς συγκλητικοῖς, ἐπειδὴ καὶ ὑπατεύειν αἱρεῖται: hoc est; *recte dixisse imperatorem, se inter senatores connumerari: quoniam & consulatum gerere sustineat.* Item ad legem sequentem, qua traditur, *libertorum filios adipisci clarissimam dignitatem non prohiberi:* non abs re subiiciunt, *ipsos dumtaxat libertos arceri.* CCXXXIV.

Censet doctissimus Cuiacius in l. 6. C. qui milit. poss. in his verbis, *Licere dominis adire competen-* CCXXXV.

tem iudicem, & suam ignorantiam eo, quod contrarium minime probatur, ostendere: pro *Ignorantiam,* legendum *Innocentiam.* Non equidem valde repugno. sed Græci lectionem vsitatam retinuerunt, vertunt enim ἄγνοιαν, *ignorantiam.* quæ lectio suas etiam rationes habet.

CCXXXVI. In quibusdam titulis eclogæ nostræ Basilicorum fit legum mentio, quæ nec exstant in Codice, nec in hac synopsi ad verbum ponuntur, vel integræ, vel epitomatæ. verbi gratia; quod in titulo VII libri Basilicorum LVII recitatur his verbis: *De his qui in bello moriuntur, quodque defuncti militis filius natu maior statim in locum patris sui succedat, & easdem annonas accipiat, vsque ad biarchi gradum:* hoc igitur argumentum est l. 3. C. de fil. official. quod & Contius ibidem posuit. Simile quiddam videre est in præcedente titulo IIII. Nam quod ibi dicitur, *coniugem liberosque defuncti ab erogatore, quidquid ei debeatur ad mortem vsque, consequi:* argumentum legis est, ad titulum Codicis de erogatione militaris annonæ referendæ, quæ non exstat. Ponatur autem hæc epitoma d. l. vltimo inter ceteras eius tituli loco, donec aliunde clarius adpareat, quinam verus sit eius locus.

CCXXXVII. L. 2. in princ. C. de exseq. & exact. dicitur, *Quicumque ex palatio nostro cuiuslibet tituli ad prouincias commeauerit,* & cet. Heic Græci verterunt, εἰς ἀπαίτησιν τίτλων. de quo forte quis coniecerit, eos legisse; *Cuiuslibet tituli nomine.* quibus in verbis quæ tituli significatio sit, notius est, quam vt indicare libeat. Aut si non ita reperere scriptum, saltem indicare voluerunt; hanc verborum esse sententiam, vt ad, *Cuiuslibet tituli;* subaudiatur, *gratia.*

In

In vlt. tit. libri XII Cod. Publ. lætic. & cet. vix dubium mihi quidem est, deesse legem vnam. Eius hæc siue verba, siue sensus, in Basilicorum ecloga nostra ponuntur: οἱ τὰ διατάγματα κομίζοντες τῶν μελλόντων ἄρχειν πολιτικῆς ἢ στρατιωτικῆς ἀρχῆς, ιέ μόνους χρυσοῦς ἐκ τῆς ἐπαρχίας κομιζέσθωσαν. εἰ δὲ πλέον λάβωσι, τὸ τετραπλάσιον διδότωσαν, μὴ δυνάμενοι πρὸς ἀπολογίαν προφέρειν, ὡς παρ' ἑκόντων τὸ περιττὸν εἰλήφασιν: hoc est; *Qui perferunt eorum mandata, qui ciuilem militaremve magistratum gesturi sunt, aureos dumtaxat ex prouincia quindecim accipiant. quod si plus acceperint, quadruplum reddant: nec ad excusationem proferre poterunt, se quid amplius ab ipsis lubentibus accepisse.* Arbitror autem hanc equidem esse legem 2. C. d. t. quum prima seorsum exstet in titulo Basilicorum περὶ συγχαρικίων: inter quam, & postremam, quæ d. t. C. adiicitur a Contio, caput vnum relinquitur. Si diuersum quis tueri velit, opponam ei saltem ipsum discrimen summæ, quam vtraque lex a prouincialibus exigi permittit. & adparet hinc sane, posteriorem esse tertiam illam Contianam, quum minorem exigendorum summam definiat; & plura quoque præterea complectatur.

ccxxxviii.

AD ALIQVOT NOVELLARVM IVSTINIANI *loca.*

REPVRGABIMVS obiter etiam nouellas Iustinianeas a mẽdis quibusdã, idq; dumtaxat præstabimus ex Basilicorũ ecloga nostra, quemadmodum in huius editione, facturos, aliquando nos ꝓmisimus. Igitur in nouellæ II. cap. V. initio, pro

ccxxxix.

καταπάτειν εἰς τὰ δικαστήρια, scribendum καταγαγεῖν: sicut & veterem constat interpreté legisse, qui vertit, *Deducere ad iudicia.* Idem paulo ante meo iudicio recte verterat ἀμυδρῶς, *obscure.* sed incuria librariorum male pro *Obscure*, irrepsit *Acerbe.* Rursus ibidem πρὸς κοινὴν ὑποκεισόμενον βοήθειαν, corrupte legitur; pro quo alii reponunt ἀποκεισόμενον. sed Basilica verbum integrius restituunt, legendo; πρὸς κοινὴν ἀποζητούμενον βοήθειαν.

CCXL. In nouellæ 22. capite 20. §. Soluto igitur. Haloander inseruit nonnulla, quæ reperiuntur & in nouella 127. Ea Contius putauit huc perperam fuisse relata. sed fortassis hoc factum ab ipso temere. Nam & Basilicorum auctoritas Haloandrum defendit. ac locum lector ipse quærat libro XXVIII. tit. XII. cap. I. non enim huc eum transferre describendo libuit.

CCXLI. In eiusdem nouellæ cap. XL. in princ. statuitur, de muliere liberorũ suorum tutelam administrante. Heic recepti Nouellarum libri mentionem iurisiurandi faciunt, a muliere præstiti, de non transeundo secundas ad nuptias. Sunt enim hæc verba: διομοσαμένη μὴ πρὸς δεύτερον ἔρχεσθαι γάμον. nec multo post repetitur, καταφρονήσασα τῶν ὅρκων. vtrobique Basilicorum libri iurisiurandi loco, repromissionem siue sponsionem ponunt: haud scio, num eadem caussa; quod imperatores sequuti putauerint hoc casu iurisiurandi rigorem nonnihil mitigandum. Pro διομοσαμένη quidem certe, repositum in Basilicis legitur, ἐπαγγειλαμένη: & pro τῶν ὅρκων, itidem τῶν ἐπαγγελιῶν.

CCXLII. In nouella XLIX. cap. 1. pro καὶ τρίτην ἐπινέμησιν, παρεπομένης τοῦ μηνὸς καὶ τῆς ἡμέρας, legitur in Basilicis, &

cis, καὶ τρίτον τὴν ἐπινέμησιν, παρεπομένων τοῦ μηνὸς καὶ τῆς ἡμέρας. quam lectionem confirmat & vetus interpres, dum reddit, *Tertio loco*. nec dubium est, παρεπομένων quoque rectius scribi, quam παρεπομένου: quum pariter & ad mensem, & ad diem referatur.

CCXLIII. In eadem nouella, cap. 2. in princ. non exigua quædam quasi lacuna est, omissis multis verbis, quæ in Basilicis leguntur, & continent sententiam non leuis momenti. Nam post hæc verba: ἐπειδὴ γὰρ ἤδη γεγράφαμεν νόμον, βουλόμενον ἐξ ἰδιοχείρων μηδεμίαν γίνεσθαι σύγκρισιν, sequuntur hæc in Basilicis, εἰ μὴ ἄρα τριῶν μαρτύρων ὑπογραφὰς ἔχουσι τὰ χειρόγραφα, καὶ αὐτοὶ οἱ μάρτυρες συνομολογήσουσιν, ὅτι ὑπέγραψαν, ἢ ἀρνούμενοι περὶ τῆς ἰδίας χειρὸς ἀπὸ συγκρίσεως τῶν ἰδίων γραμμάτων ἐλεγχθῶσιν· ἀλλ' ἐκ μόνων τῶν ἀγοραίων, & cet. Quorum verborum hæc est sententia: *Quando enim iam legem scripsimus, quæ vult, vti de scriptura propria manus nulla fiat comparatio; nisi forte hæc ipsa chirographa trium testium subscriptiones habeant, atque ipsi testes confiteantur, se subscripsisse; vel si negent, de manu sua ex litterarum suarum comparatione conuicti fuerint: sed dumtaxat ex documentis publice celebratis*, &c. Hanc additionem ego notatu dignam putaui.

CCXLIIII. Laudo consilium A. Contii, qui nouellarum interpretationem veterem, siue illa Burgundionem Pisanum, siue alium auctorem habuit, omnino publicandam putauit. Nam multis in locis ea plenior est, & integrior; quam Græcæ vel Haloandri, vel Scrimgeri nostri sint editiones. Sed vellem diligentius eam Græco textu adhibito recensuisset, ac plurima scripturæ menda sustulisset. Equidem lubenter id præstarem, si tantum mihi meis a negotiis esset otii. Et fieri non incommode posse,

In nouel.53.cap.3.§.Sancimus igitur.hæc verba leguntur, δέκα μόνων ἡμέρων ἔχειν τὴν ὑπομνησθεῖσαν προθεσμίαν, ἀλλὰ δεκαπλασίαν. In iis primum μόνων mutandum in μόνον, deinde δεκαπλασίαν in διπλασίαν. sicut vetus interpres reddidit, & *solummodo*, & *duplices inducias*. Paulo post in his verbis, πολλάκις δὲ τι καὶ οἰκεῖον ἐπὶ τῷ φεύγοντι διοικουμένῳ: mutandum in Græco διοικουμένῳ in διακειμένῳ, & in Latina versione, *Contra eum*; in, *Contra reum:* qui Græcis est φεύγων. quamquam vetus interpres scopum verborum Iustiniani non adtigit. Nam eorum hæc est sententia: *Sæpenumero autem nonnihil erga reum familiariter adfecto.* pro quo male vetus interpres, *dispensante*. Basilicorum auctoritate restituta lectio vera est. CCXLV.

In principio nouellæ LXIII. hæc scripturæ notanda diuersitas. pro τῶν οἴκων οἰκοδομαῖς, nostri scribunt οἰκοδομίας: & pro ἀλλήλων, ἀλλήλοις: & pro ἐπήχθη, ἐπιτέτραπται:& paulo post, pro οἰκοδομεῖν, οἰκοδομοῦσιν:item ante ἐπειδὰν, ponenda coniunctio καί. Item in nouella 64. cap. 1. §. Sed æstimator. ante ὥσπερ ὁ κηπουρὸς, ponendum ex Basilicis, θεσπίζομεν. vt integer locus sit, καὶ θεσπίζομεν, ὥσπερ ὁ κηπουρὸς, & cetera. CCXLVI.

In nouel.73. cap.7. in princ. pro τῶν πλεσμάτων scribitur in Basilicis τῶν πλεσάντων, sicut etiam sequitur ἢ τῶν ὑποσχομένων. In nouella vero 77. cap.1.§. Et quoniam quidam. in fin. pro ταύτην ἡμῶν νομοθεσίαν, legitur in manuscriptis νουθεσίαν: neque multo post itidem pro μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν νομοθεσίαν, συνέχειν reponitur in iisdem, μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν νουθεσίαν, ἐπέχειν. Item sub finem, pro καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ ἀνδοξότατος, ibidem est, αὐτὸς δὲ ὁ ἔνδοξ. CCXLVII.

CCXLVIII. Diximus supra, veram inscriptionem esse nouellæ 8. *De Quæsitore*, non *De Quæstore*. Nam κοιαισίτωρ expresse scribitur in Basilicis, adiecta vocis eiusdem interpretatione, qua significatur, Quæsitorem Latinis dici, qui Græcis sit ἐρευνητής. de quo id etiam sequitur, vt in ipsa nouella cap. 1. pro ἐρευνάδας scribamus ἐρευνητάς, sicut & in Latina veteri versione mutandum *Ereunadas* in *Ereunetas*.

CCXLIX. Eiusdem nouellæ cap. 3. in princ. pro δικαζόμενοι πρὸς ἑτέροις, lege πρὸς ἑτέρους: item paulo post, hæc verba, ἐνοχλήσαντος τῷ ἀκρωμένῳ τῆς δίκης ἢ τοῖς τῶν γεωργῶν κυρίοις, sic emendabis, vt scribas: ἐνοχλήσαντος τὸν ἀκροώμενον τῆς δίκης ἢ τοὺς τῶν γεωργῶν κυρίους. ac rursus initio cap. 5. pro ἀρτοποιητικῶν ἐργασιῶν, repone ἀρτοκοπικῶν. Nec multo post ταῦτα νομοθετοῦμεν scribitur in editis, quum in Basilicis legatur νουθετοῦμεν: sicut & νομοθεσίαν, pro νουθεσίαν, bis in nouella 77. scribi, modo notabamus.

CCL. In principio cap. 1. nouel. 92. hæc notanda veniunt. Primum ista verba, τοσοῦτον ἑκάστῳ τῶν παίδων φυλάττειν τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος, ὅσον ἦν πρὶν τὴν δωρεάν, &c. sic in Basilicis scripta legũtur, τοσοῦτον ἑκάστῳ τῶν παίδων φυλάττειν, ὅσον ἦν τὸ ἐκ τοῦ νόμου μέρος, πρὶν τὴν δωρ. & cet. Deinde pro οὐδὲν ἔτι ταῖς δωρεαῖς ἐγκαλέσουσιν, ibidem est ἐπὶ ταῖς δωρεαῖς. nec multo post, αὐξομένου τούτου τοῦ μέρους, in Basilicis est αὐξομένου τούτου τοῦ μείζον, cui respondet interpretatio vetus, quæ μεῖζον quantitatem reddidit.

CCLI. In nouella 99. cap. 1. pro hisce verbis, ἢ εἰς ἐκεῖνο ἀνέχεσθαι, Græci legunt εἰς ἐκεῖνο ἐκείνους ἀνέχεσθαι. Item in nouel. 115. cap. 3. §. 5. pro εἰ τῇ ζωῇ τῶν γονέων, scribe ἢ τῇ ζωῇ τῶν ἰδίων γονέων: sicut & vetus interpres reddidit, *Vel vita parentum suorum*. Et nota post illum pri-

lum primum paragraphum, εἰ τοῖς ἰδίοις γονεῦσι χεῖρας ἐπιβάλοι, semper deinceps in Basilicis sequentes paragraphos incipere, non ab εἰ, sed ab ἤ. Quod autem in fine §. 9. dicitur, κατὰ τοὺς ἄλλους νόμους τοὺς περὶ τούτου κειμένους τὰ τοιαῦτα πράγματα πραιούσθω: id Græci sic declarant, vt intelligi dicant ἀτιμοῦσθαι τὸν κωλύσαντα, id est, *eum infamia notari, qui prohibuerit.*

Vidi nouellæ iam indicatæ exemplum, in quo huius ipsius 3. capitis §. 14. pro τὰς ἁγίας τέσσαρας συνόδους, scriptum erat ἑπτὰ συνόδους. quod arbitror imperatores posteriores, ipsosque Basilicorum auctores ita voluisse scribi; vt septem generalium conciliorum auctoritas constaret. Atque hæc ipsa septem concilia sic ibidem numerantur, vt in ipso nouellæ textu verbis iam dictis subiiciatur: τὴν ἐν νικαίᾳ πρώτην, τὴν ἐν κωνσταντινουπόλει πρώτην, τὴν ἐν ἐφέσῳ πρώτην, τὴν ἐν χαλκηδόνι, τὴν ἐν κωνσταντινουπόλει δευτέραν, ὡσαύτως καὶ τὴν ἐν κωνσταντινουπόλει τρίτην, καὶ τὴν ἐν νικαίᾳ δευτέραν. vt horum hæc sententia sit: *Et sancta septem concilia, Nicænum primum, Constantinopolitanum primum, Ephesinum primum, Chalcedonense, Constantinopolitanum secundum, itidemque Constantinopolitanum tertium, & Nicænum secundum.* Quæ quidem concilia celebrata fuerunt; primum, imperante Constantino magno: alterum, Theodosio maiore: tertium, Theodosio minore: quartum, Marciano: quintum, Iustiniano magno: sextum, Iustiniano naribus mutilato: septimum, Constantino & Irena AA.

CCLII.

Idem exemplar dicto eiusdem nouellæ capite, post enumeratos Nestorianos, & Acephalos, hæc verba subiicit, continentia quorumdam aliorum hæreticorum mentionem, qui post tempora Iu-

CCLIII.

stiniani exstiterunt: ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τοὺς ἰακωβίτας, καὶ μονοθελήτας, καὶ εἰκονομάχους, καὶ ὅσαι ἄλλαι αἱρέσεις εἰσὶ, ἃς ἡ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυσσόμεναι, καὶ ταύταις φωραθεῖεν τινὲς ἐνεχόμενοι, τὰ αὐτὰ περὶ τούτους ἅπαντας ἀπαραβάτως φυλάττεσθαι: hoc est; *similiter & circa Iacobitas, ac Monotheletas, & Iconomachos, & quacumque sunt alia secta, quas ecclesia generalis abrogauit, & si qui deprehensi fuerint his esse obnoxij; eadem in vniuersis citra violationem esse obseruanda.* Quæ verba, sicut dixi, non a Iustiniano sic fuerę perscripta: sed Iustinianeæ nouellę de posteriorum imperatorum voluntate inserta.

CCLIIII. Inscriptio nouellæ 116. Græcis in editionibus est, περὶ στρατιωτῶν, de militibus. Verum interpres ille nouellarum vetus hanc prolixiorem habet, instar alicuius periochæ: *Vt neque miles, neque fœderatus obseruetur domui priuata, aut possessioni alicuius.* Eam ego repertam arbitror ab interprete, vetusto in libro; quamquam reddita paulo sit impolitius, vt ea ferebant tempora. Nostra quidem in ecloga Basilicorum, hæc eiusdem nouellæ traditur inscriptio, ad Latinam illam quamproxime accedens: περὶ τοῦ μή τινα στρατιώτην ἢ φοιδεράτον ἐν τισιν ἰδιωτικαῖς χρείαις ἀπασχολεῖσθαι: hoc est; *Vt nullus miles, aut fœderatus, priuatis vsibus occupetur.* Vnde veteris etiam interpretis verba corrigi poterunt.

CCLV. In nouel. 117. cap. 5. in princ. legitur in editis, εἴ τις ἄπορον γυναῖκα κατὰ διάθεσιν μόνον λάβοι, *Si quis inopem mulierem adfectionis caussa dumtaxat acceperit.* Heic libri Basilicorum scribunt, εἴ τις ἄπροικον καὶ ἄπορον γυναῖκα, & cet. quam ego scripturam iccirco magis germanam puto, quia vetus etiam interpres vertit, *Si quis indotatam vxorem*, & cet. Ibidem

cap.

cap. 9. §. Si quis in sua domo, Græce legitur, ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ αὐτοῦ οἴκῳ. sed ecloga Basilicorum habet, ἐν τῷ αὐτοῦ οἴκῳ. quam lectionem vetus etiam sequutus est interpres.

CCLVI. In fine capitis 9. d. nouel. 117. post hæc vltima verba, καὶ τὴν δεσποτείαν κελεύομεν: in Basilicis non pauca subiiciuntur, tamquam ad hoc ipsum caput pertinentia. Verba quidem huiusmodi sunt: ἐκεῖνο δὲ παραφυλακτέον, ὡς εἴπερ εὐλόγως ὁ ἀνὴρ τὸ διαζύγιον πέμψειε, καὶ ὑπεύθυνος ἡ γυνὴ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων ἡμῖν ἔσται αἰτιῶν, καὶ εἰς πενταετίαν ὅλην πρὸς δεύτερον ἐλθεῖν κωλυθήσεται συνοικέσιον, καὶ πρὸ τῆς πενταετίας ὁ γάμος οὐκ ἔσται ἀνεύθυνος, οὐδὲ νόμιμος γάμος κληθήσεται· ἀλλὰ πᾶς ὁ βουλόμενος προσίτω, καὶ κατηγορείτω τοῦ γινομένου, ὡς παρὰ τὸν νόμον τολμηθέντος. εἰ δὲ καὶ εὐλόγως ἡ γυνὴ τὸ διαζύγιον στείλειε, καὶ κρατήσει τῶν ἀγρόνων: κερδαινέτω μὲν τὰ κέρδη, τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα, ἐρυθριάτω δὲ πρὶν ἐνιαυτὸν ἐξήκειν, εἰς δεύτερον φοιτᾶν γάμον. ὅπερ οὐ παραφυλακτέον ἡμῖν ἐπ' ἀνδρὸς τοῦ εὐλόγως κεκρατηκότος τῶν τοιούτων κερδῶν, ὅπουγε καὶ τῷ μὴ κεκρατηκότι καὶ παραχρῆμα γαμεῖν ἔξεστιν. ἐπεὶ μηδεμία περὶ τὴν τῆς γονῆς σύγχυσιν εὔλογός ἐστιν ὑπόνοια, ὅπερ ἐπὶ τῶν γυναικῶν τὴν πρὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ συνάφειαν εἰκότως ἀπείργει. καὶ τοῦτόν ἐστι τὸ τῆς κωλύσεως ἐνταῦθα, ὅτι κἂν εἰ ἀγαθῇ χάριτι διαλυθῆναι συμβαίη τὸν γάμον, ἀλλὰ καὶ οὕτως εἰς ἐνιαυτὸν ἡ κώλυσις τῶν δευτέρων γάμων ταῖς γυναιξὶν ἐπιτέτακται. Eorum hæc est sententia: *Illud autem obseruandum est, vt siquidem iuste vir repudium miserit, ac mulier rea fuerit ex iis caussis quæ antea sunt a nobis indicatæ; toto quinquennio secundas ad nuptias accedere prohibeatur, nec ante quinquennium contractæ nuptiæ culpa careant, neque legitimum matrimonium adpellentur: sed quiuis sane, qui volet, accedat, & quod agitur, accuset; veluti contra ius adtentatum. Quod si iuste mulier quoque repu-*

dium miserit, & victrix in litibus exstiterit: lucra quidem prius indicata consequatur, sed erubescat ante, quam exierit annus, secundas ad nuptias conuolare: quod in viro nobis non est obseruandum, qui iuste obtinuit eiusmodi lucra; quandoquidem & illi, qui non obtinuit, confestim matrimonium contrahere licet: quum heic nulla circa confusionem * *subolis suspicio probabilis sit, quod in feminis haud abs re coniugium ante anni exitum prohibet.* Occurrit hoc loco nobis consimile quiddam illi, quod paulo ante, cap. 240. notabamus ex nouella 22. cap. 20. vbi quædam inseruit Haloander, quæ reperiuntur etiam in nouella 127. Atque vt ibi pro Haloandro facit aduersus Contium auctoritas Basilicorum, ita lubet eodem heic etiam vti clupeo aduersus eos, qui nobis obiicient, conforme quiddam his, quæ modo sunt exposita, propemodum totidem verbis in nouellæ 22, capite 15 sub finem, & 16 sub initium, tradi: nimirum sequi nos Basilicorum exemplar, & non absimile vero videri, res easdem nonnumquam duabus aut pluribus in nouellis repeti. Quo si contentiosus aliquis sibi satisfactum non putat, saltem hoc commodi capiemus ex hac collatione loci Basilicorum cum verbis editæ nouellæ 22, vt in fine capitis 15. d. nouel. pro *καὶ τὸν περὶ τῆς πενταετίας γάμον μὴ αἰεύθυνον εἶναι μὴ γάμον, ἀλλὰ πᾶς (φησὶν) ὁ βουλόμενος*, & cet. legamus, *καὶ τὸν περὶ τῆς πενταετίας γάμον μὴ αἰεύθυνον εἶναι, ἀλλὰ πᾶς (φησὶν) ὁ βουλόμενος*, & cet. Deinde sub initium 16 capitis *πρὸς δεύτερον φοιτᾶν*, mutemus in *εἰς δεύτερον φοιτᾶν γάμον*. Hæc itidem verba, *οὐ παραφυλακτέον ἡμῖν ἐπ' ἀνδρός. τῷ γὰρ εὐλόγως κεκρατηκότι τῶν τοιούτων κερδῶν*: restituamus hoc modo, *οὐ παραφυλακτέον ἡμῖν ἐπ' ἀνδρὸς, τῷ εὐλόγως κεκρατηκότος*.

* in Græco γονῆς, seminis.

τηκότος τῆς πιστ. κεφ. Item pro εὐλόγως ἐστὶν ὑπόνοια, scribamus εὔλογός ἐστιν ὑπόνοια. Rursum pro καὶ τοῦτόν ἐστι τὰ τῆς κωλύσεως ἐντεῦθεν, reponamus τοῦτόν ἐστι τὰ τῆς κωλύσεως ἐντεῦθεν.

In eadem nouella, cap. 11. in medio, valde confuse posita leguntur in editis hæc verba. καὶ μεθ' ὃ ταῦτα πράξει, τὰ ὑπομνήματα ἀναληφθέντα ἡ γυνὴ ὑπὲρ τῆς ἰδίας μαρτυρίας ἐκλάβῃ· καὶ μετὰ ταῦτα κελεύομεν μένειν αὐτὴν, & cet. Basilicorum ecloga nonnullis inductis, aliis alia collocatis serie, scripturam nobis huiusmodi præbet: καὶ μεθ' ὃ λάβῃ ταῦτα τὰ ὑπομνήματα ἡ γυνὴ ὑπὲρ τῆς ἰδίας μαρτυρίας, κελεύομεν μένειν αὐτὴν ἑνὸς ἐνιαυτοῦ διάστημα: id est; *Ac postquam hæc monumenta pro testimonio suo mulier acceperit, vnius anni spatium exspectet.* CCLVII.

In nouella 118. cap. 2. in princ. notat Contius, quod in Haloandri Græca Latinaque nouellarum editione, peruerse fuerint additi post hæc verba, *Solis exceptis fratribus*, etiam fratrum filii. quos ait primum hoc casu vocari cœpisse per nouellã 127. Ego aliud quod dicam, non habeo: nisi sequutum Haloandrum auctoritatem Basilicorum, in quibus post fratres subiiciuntur & οἱ ἀδελφόπαιδες. Num vero in authentica Iustiniani hac nouella sic illud perscriptum fuerit, an huc aliunde translatum: de hoc nolim equidem prolixe contendere. Saltim addam, ad illa nouellæ verba, ἐξῃρημένων μόνων ἀδελφῶν ἐξ ἑκατέρου γονέως συναπτομένων τῷ τελευτήσαντι, scholion hoc a Græcis adiici, οἱ λεγόμενοι ἀμφιθαλεῖς ἀδελφοί. Ii Latinis dicuntur Germani, & patrimi. Et ipsa vox reperitur apud Zosimum nostrum lib. 11. in Sibyllino carmine de ludis sæcularibus. quamquam aliis *patrimi* credantur adpellari, quorum CCLVIII.

ſuperſtites ſint patres. Sic in principio cap. 3. huc nouel. iidem Græci ad hæc verba, οἵτινες ἐξ ἑνὸς γονέως συνάπτονται τῷ τελευτήσαντι, notant: οἱ λεγόμενοι ἑτεροθαλεῖς. qui Latinis ſunt fratres vterini, & conſanguinei.

CCLIX. Nouella 120. cap. 3. quædam ſcripturæ vitia ſic ex Græcis emendanda ſunt; Pro παρ' αὐτῶν τῶν εὐαγῶν οἴκων, reponendum παρὰ τῶν αὐτῶν εὐαγῶν. & mox pro ἐνιαυτοῖς ſcribendum ἐνιαυτούς: itemque ὑπερβαινούσας recte mutabitur in ὑπερβαίνοντας, hoc ipſo relato ad ἐνιαυτούς, quod præceſſit. quamquam ſi quis retinere ſcripturam vſitatam velit, non incommode poſſit id facere; quo ὑπερβαινούσας reſpondeat voci μισθώσεις.

CCLX. Cap. 5. d. nouel. §. Oeconomis. 1. in princip. in hiſce verbis, τοῖς δὲ οἰκονόμοις, ὀρφανοτρόφοις, καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγῶν οἴκων διοικηταῖς, inſerendum quiddam hoc modo: καὶ τοῖς τῶν ὁπουδήποτε ὄντων λοιπῶν εὐαγῶν, & cet. Paulo poſt, cap. 6. §. Licentiam. 1. ſub princip. pro μὴ μόνον πρόσκαιρον ἐμφύτευσιν γενέσθαι, reponendum ἐμφύτευσιν ποιεῖσθαι, quocum vetus etiam conſentit interpres, qui reddidit, Emphyteuſin facere.

CCLXI. Eiuſdem 6. cap. §. In venerabilibus. 2. hæc verba, εἰς ἰδικὸν ἐνέχυρον δίδοσθαι ἀκίνητον πρᾶγμα τῷ δανειστῇ, ἵνα τοὺς τούτου καρποὺς ἀναλεγόμενος, & cet. leguntur in Baſilicis integrius, hoc modo: δίδοσθαι ἀκίνητον πρᾶγμα τῷ δανειστῇ, ἵνα νέμηται τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, καὶ τοὺς τούτου καρποὺς ἀναλεγόμενος, & cet. quam ego lectionem alteri præfero. Ceterum §. Propterea enim. ſub fin. pro εἴκοσιν ἡμέρας, qui ſunt viginti dies, legitur in Baſilicis, ἐπὶ ὀκτὼ ἡμέρας, qui ſunt dies octo. numerus omnino impar.

CCLXII. Rurſus in eiuſd. nouel. d. cap. §. Si vero ſecundum,

dum, in fin. pro, καὶ τῆς τούτων προσόδου, καὶ δημοσίων, καὶ τῆς λοιπῆς καταστάσεως, reponendum ex manuscriptis, ἐκ τῆς τούτων προσόδου, καὶ δημοσίων, καὶ τῆς λοιπῆς καταστάσεως διατιμωμένων. quam lectionem confirmat & Iuliani antecessoris interpretatio, cuius hæc verba sunt: *Æstimari oportet ex reditu suo, & publicarum tributionum functione, & reliquo statu.* De quibus intelligitur, verbum διατιμᾶσθαι, quod æstimandi significationem habet, omnino ab editis libris haud recte abesse. Quod si mauult paratitlorum libri scripturam sequi lector, adnotemus eam quoque, non valde dissimilem modo expositę. Nam in illo sic locus iste scriptus legitur; ἐκ τῆς τούτων προσόδου, καὶ δημοσίων, καὶ τῆς λοιπῆς καταστάσεως, τῆς διατιμήσεως γινομένης. quæ lectio non (vt dixi) longe recedit ab indicata, & plane cum interpretatione Iuliani consentit.

CCLXIII. In nouel. 123. cap. 16. pro, τῶν ἄλλων μερικῶν, quibusdam in libris legitur, τῶν ἄλλων μερικῶν, in aliis vero, τῶν ἄλλων μερισμῶν. quam lectionem & Basilicorum synopsis confirmat, & equidem vel propterea veram puto, quod voce *portionis* hoc in loco sit vsus interpres vetus, quæ μερισμῷ respondet.

CCLXIIII. Quæ traduntur in d, nouel. 123. cap. 17. de seruo, & adscripticio, quonam modo scilicet in clericos ordinari possint: etiam ἐπὶ δούλου στρατευομένου intelligi debere Basilicorum tradunt auctores. quod an verbis huius nouellæ fuerit expressum, an huc ex aliis nouellis translatum, an Iustiniani more pluries repetitum: aliis inquirendum, dispiciendumque, relinquo.

CCLXV. Verba quædam sunt in iure ciuili, quæ quod ius ipsum a Romanis profectum fuerit, tam impera-

tores alii, quam Iustinianus in nouellis Latine retinuerunt: ne quid aduersus imperii Romani dignitatem committerẽt, cuius se principes esse meminerant. Verisimile tamen est, additas fuisse Græcas horum interpretationes; vt Byzantinis, & aliis prouincialibus, ea ratione consuleretur, litteras Latinas paulatim obliuioni tradentibus. Quas equidem, quum passim Basilicorum in libris adhuc superare videam, notandas vno putaui loco; non omnes quidem, sed aliquas; vt aliis occasionẽ præbeam, plura studiosorum in gratiam colligẽdi, quando vel ipsa Græcæ Latinæque linguæ collatio magnam rebus lucem adfert. Igitur in nouella prima, cap. 2. §. Si vero non fecerit, vocem ἰμβεντάριον Basilicorum auctores exprimũt καταγραφήν. In nouel. 12. cap. 1. in princ. ἴγκεστον γάμον iidem reddunt ἀθέμιτον: Νεφάριον vero, παράνομον: δαμνάτον, κατάκριτον. Idem fecit Matthæus Monachus in commentario quæstionum matrimonialium, qui liber est octauus Iuris canonici Græcorum nostri, propediem publicandi. In nouel. 39. στοῦπρον reddunt μοιχείαν. In nouel. 71. cap. 1. τὴν *iniuriarum*, exponunt τὴν περὶ ὕβρεως. In 80. cap. 6. in princ. vocem τῶν σπορτύλων declarant per συνηθειῶν. Idem in nouel. 112. cap. 2. & 124. cap. 3. In nouel. 81. cap. 1. in princ. ὀρδιναρίους στάτους interpretantur ἐμβάθμους, hoc est, *in ipso gradu vel dignitate constitutos*. In nouel. 90. cap. 3. μάρτυρας ῥογάτους vertunt παρακεκλημένους. Nouel. 91. cap. 1. τὴν *in rem*, exponunt τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι. In nouel. 100. cap. 2. in princ. ῥεπούδιον reddunt διαζύγιον. Idem in nouel. 117. cap. 8. & cap. 9. ibidem bis. In nouel. 112. cap. 3. ἔδικτα vocant προγράμματα. In nouel. 115. cap. 4. ἔγκλημα πούβλικον, reddunt δημόσιον.

σιον. Ibidem κογνάτυς & ἀδγνάτυς, vna voce συγγενεῖς. Vbi etiam pro περὶ τῶν ἐξωτικῶν γραφομένων κληρονόμων, scribitur καλουμένων κληρονόμων. In nouella 117. cap. 4. pro μέχρις ἰλλουστρίων, reponunt μέχρι ἀπαθαρείων, de quibus alius erit aliquando, sicut & de ceteris ὀφφικίων ἢ ἀξιωμάτων adpellationibus, dicendi locus. In eadem nouella, cap. 11. in principio, verba istæc, περὶ τῶν ἐν ἐξπεδίτῳ ὄντων, interpretantur ἐν ταξειδίοις ὄντων: vt ταξείδιον Græcis sonet expeditioné, quemadmodum ταξειδίων δουλεία, seruitus est expeditionum, in nouella Romani Minoris. Errauit in eius vocis significato Xylander, amicus meus, qui ταξείδιον putauit apud Cedrenum dici locum, vbi vectigalium aut pensionum rationes ducerentur. In nouella 118. cap. 3. in fin. quum dicitur, ὅπερ *in capita* οἱ ἡμέτεροι λέγουσι νόμοι, Basilicorum auctores reposuerunt, ὅπερ κατὰ κεφαλὴν, ἤτοι προσωπικῶς, οἱ ἡμέτεροι λέγουσι νόμοι. Ibidem cap. 4. paulo distinctius, quam in nouella 115. cap. 4. fecerunt, vt modo diximus, ἀδγνάτυς interpretantur τοὺς ἐξ ἀρρενογονίας, itidemque κογνάτυς reddunt, τοὺς ἐκ θηλυγονίας. In nouella 123. cap. 10. ταβλίζειν exponunt κυβεύειν. In nouel. 126. τὴν ρεπρεζεντίονα Græce dicunt εὐπρεπισμόν. In nouel. 128. cap. 8. quũ dicitur, καὶ παντὸς ἄλλου ἰνστρούκτυ, καὶ ἰνστρυμέντυ τοῦ ἐκεῖσε εὑρισκομένου, Basilicorum auctores pro his reponunt, καὶ πάσης ἄλλης ἐξοπλίσεως καὶ ἀμφιάσεως. In eadem nouel. cap. 15. sub fin. κόμητα τῶν θείων λαργιτιόνων, ipsi vocant κόμητα τῶν θείων θησαυρῶν. vbi paulo post etiam pro ἵνα καὶ ταῦτα δίχα βάρους, scribunt ἵνα κατὰ ταῦτα, & cet. In nouella 130. cap. 1. sub fin. ἰνδίτων ὀνόματι, reddunt ἐπιδημιῶν ὀνόματι. quod pertinet ad explicationem tituli Codicis, *De metatis & epidemeticis.* Denique plura congerere

poſſem,niſi vererer exiſtimaturum lectorem,alieno loco tractationem hanc ſuſcipi; quæ potius ad commentarium de verborum iuris ſignificatione pertinet.

CCLXVI. In nouella 128.cap.3.in princ.legitur,vt habent editi libri, σημαίνοντας τὴν τῶν χρημάτων ποσότητα. quam lectionem ſequutus eſt Iulianus anteceſſor,quum verterit; *Per quas ſignificent non ſolum quantitatem pecuniarum*. Alii vero legunt; τὴν τῶν νομισμάτων ποσότητα. quos ſequutus eſt interpres ille vetus, qui *ſolidorum quantitatem* reddidit. quamquam apud eum vitioſe *qualitatem* legatur, pro *quantitatem*. Et quia mentionem Iuliani fecimus, libet ex eius epitoma nouellæ huius in hoc ipſo loco mendum tollere. Nam pro eo,quod in editione Pithæi,quæ vltima eſt,hoc ipſo 3. capitis principio legitur; *Exactores tributorum plenarias vel ſecuritates ſiue apochas penſitantibus faciant:* reponendum, *Plenarias vel particulares ſecuritates*, &c cet. Sic enim hoc in textu Græco, ἀμεριμνείας μερικάς τε καὶ πληναρίας, &c.

CCLXVII. Eodem capite d. nouel. 128. leguntur in editis hæc verba: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἰουγῶν, ἤτοι τῶν οὐιλίων, ἤγουν κεντουρείων,& cet. Heic quid ſibi vox οὐιλίων velit,equidem dicere non habeo. Vetus quidem interpres his in conuerſione verbis eſt vſus: *Nec non & iugorum,ſiue villarum,ſiue centuriarum*. quamquam in manuſcriptis quibuſdam pro *villarum*, reperitur *viliorum*. In Baſilicis autem locus hoc modo ſcriptus eſt: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ζευγῶν,ἤτοι ἰυλίων, εἴ τι οὖν κεντουρείων. quæ lectio confirmatur etiam Paratitlorum auctoritate,ac Iuliani anteceſſoris, cuius hæc verba ſunt: *Sed & numerum iugerorum, vel iuliarum, vel centuriarum*. Quorum omnium

conſenſus

consensus facit, vt ἰκλίων scriptura, pro germana debeat agnosci. quid autem vox ea significet, aliis dispiciendum relinquo. sunt qui modos, quibus antiqui rura metiebantur, intelligi velint.

CCLXVIII. Nouella 131. cap. 1. in princ. rursus mentionem facit sanctorum quatuor conciliorum. Libri vero Basilicorum hoc etiam in loco septem agnoscunt concilia, scribendo τῶν ἁγίων ἑπτὰ συνόδων, pro τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων. cuius scripturæ caussam aperuimus supra, ad nouel. 115. cap. 3. §. 14. Si quis de prędictis parentibus.

CCLXIX. Eiusdem nouellæ cap. 11. sub initium legitur, διὰ ὕνος χρὴ γίνεσθαι τὴν ἀνάρρυσιν. Sed integrius Basilicorum, & alii libri manuscripti, διὰ ὕνος χρὴ γίνεσθαι τῶν αἰχμαλώτων τὴν ἀνάρρυσιν. Ibidem paulo ante, recte scribitur in editis, ποίῳ τρόπῳ πένησι, cuius loci pauperibus: quum alii male, ποίῳ τρόπῳ πένησι legant: quam tamen scripturam vetus etiam sequutus est interpres, dum vertit; *Quomodo pauperibus hoc reliquit.*

CCLXX. In eiusdem nouellæ cap. 15. sub fin. pro, καὶ τοῖς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ δικαιοδοσίαν καθεστῶσιν εὐκτηρίοις, reponendum ex auctoritate Basilicorum ὑπὸ τὴν αὐτοῦ διοίκησιν. Non enim iurisdictionem, quæ δικαιοδοσία est, habebat xenon ille Sampsonicus: sed administrationem quorumdam aliorum oratoriorum, & venerabilium locorum. qua cum lectione facit & paratitlorum liber, & vetus interpres, qui gubernationem reddidit.

CCLXXI. Nouel. 133. cap. 1. in princ. hæc verba, μηδὲ τὸ καλούμενον κάλλιον εἶναι κατὰ τὸ μοναστήριον, ἐν ᾧ δὲ τυχὸν ἢ δύο χρωμένους ὑπουργοῖς κατὰ τὴν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ διάγειν βίον, rectius hoc modo leguntur in Basilicis: μηδὲ τὸ κα-

λούμενον κελλίον εἴη κατὰ τὸ μοναστήριον, ἑνὶ τυχὸν ἢ δύο χρωμένου ὑπουργοῖς κατὰ τὸν τῶν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ διάγειν βίον. Eodem cap. §. Certum est. pro τὰ πρὸς θεὸν ζητοῦντας, reponendum ex Basilicis τὸ πρὸς θεὸν ζηλοῦντας.

CCLXXII. Nouel. 134. cap. 9. in his verbis, ὑπουργοῦντας αὐτοῖς ἐπὶ ταῖς προειρημέναις ἀρχαῖς, pro illo postremo ἀρχαῖς, reponendum ex manuscriptis αἰτίαις. Ibidem cap. 11. §. Vno vero volente. pro τοῦ ἑνὸς δὲ βουλομένου, scribitur apud Matthæum Monachum, τοῦ δ' ἑνὸς προσώπου βουλομένου, & cet.

CCLXXIII. Eadem nouel. cap. vlt. in fine dicitur, εἰ δὲ καὶ δίχα προικὸς τοῖς τοιούτοις προσώποις συνῴκησαν, τὴν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων νόμων ὁρισθεῖσαν μοῖραν ἐκ τῆς ὅλης οὐσίας τοῦ κατακριθέντος ταύτας λαμβάνειν. Heic elegans est in Basilicis scholion huiusmodi, quo exponitur, quænam illa sit ὁρισθεῖσα μοῖρα, verbis hisce: τουτέστι, τὴν τετάρτην μοῖραν ἄχρι παίδων γ'. διὰ τὸν κανόνα, τὸν λέγοντα· ταῖς ἀπόροις γυναιξὶ τὸ δ' δίδομεν τῆς τοῦ ἀνδρὸς περιουσίας. εἰ δὲ πλείονες εἴησαν οἱ παῖδες, ἑνὸς καὶ αὐτὴ παιδὸς μοῖραν λαμβάνει, πλὴν μὴ ὑπερβαίνουσαν ρ' λίτρας χρυσοῦ ποσότητι. Eorum hæc est sententia, *per definitam legibus portionem intelligi quartam partem, ad tres vsque liberos: idque propter regulam, qua traditur; Inopibus mulierculis dari quartam partem substantiæ ipsius viri. Sin plures liberi fuerint, etiam ipsam vnius ex liberis partem accipere, quæ tamen quantitate siue summa sua centum auri libras non excedat.* Arbitror autem hoc respicere ad nouell. 117. cap. 5. Quia vero legem.

CCLXXIV. Ex nouella 138. probatur, leges duas vltimas in titulo Codicis, de vsuris, hactenus desideratas, & a nobis restitutas, a Iustiniano quidem latas; sed ampliorem in nouella 138. declarationem subsecutam fuisse, quæ tamen ipsa quoque intercidit. Re-

stituit

ſtituit autem illius epitomen, a Iuliano anteceſſore factam, præſtantiſſimi vir ingenii, & doctrinæ ſummæ pontifex Ant. Auguſtinus. In ea epitome quum ab initio dicitur, *Manifeſtiſſima noſtri numinis eſt conſtitutio:* intelligitur iſta, quam diximus eſſe debere legem vltimam, C. de vſur. nec ante me proditam a quoquam arbitror. Vide Synopſin noſtram libro 23. tit. 3. cap. 72. Rurſus in extrema nouellæ huius epitome dicitur; *Similis conſtitutioni huic Græca ſubſequitur,* & cet. Eam vero notant auctores noſtri Baſilicorum eſſe nouellam CLX. ſicuti ſane verum eſt. Verbum autem in epitome dicta, ſub finem, corruptum eſt; *Quæ ciuitates muniantur.* Pro eo lector, me monitore, reponat, *Mutuantur.* In nouella denique 140. cap. 1. quod legitur, τῶν ταύτην δηλουμένων στελλομένων διαζυγίων, in Baſilicis aliter ſcribitur, hoc modo: τῶν ταύτῃ δηλονότι στελλομένων διαζυγίων. quæ vera eſt ſcriptura.

Habes, amice lector, quæ tecum hoc tempore, tuum ad vſum, communicare volui; quod edendis iis ex promiſſo me putarem obligatum. Te vero bonam in partem & accipere omnia, & interpretari, æquum eſt.

EXPLICIT LIBER II. NOTATORVM FELICITER.

Io. Levnclavi,

FL. IVSTINIANVS A.

INter *Cæsarides Iustini Roma nepotem*
Hunc cole. Quæ reliqui singula, trina tulit.
Pax aliis culta est, aliis Mars sæuus: at iste
Fert leges, condit mœnia, bella gerit.
Has, illas aliis sat erat deuincere gentes:
Hic domat Europam, cum Libya, atque Asia.
Rex, opifex, victor; decorauit, muniit, vltus;
Orbem, agros, hostes; iure, opidis, gladio.

INDEX IN PARATITLORVM IO. LEVNCLAVII LIBROS RERVM ET VOCAbulorum vberrimus.

Clerici

Consti-

DACIAS

D

Dubium

Episcopi

F

Flagitium

Inclyto-

L

Patriar-

Scenicæ

T

FINIS.